HΣSPΣRIA
LIBROS HISPANICOS
PLAZA LOS SITIOS,10
ZARAGOZA

DEPARTAMENTO DE HISTORIA
DEL DERECHO
NUMERO DE ORDEN: 1.247

UNIVERSIDAD DE GRANADA
DEPARTAMENTO DE H.ª DEL DERECHO

19 ENE. 1988

i24066813

BIBLIOTECA HOSPITAL REAL
GRANADA
Sala: B
Estante: 050
Numero: 118

Universidad de Granada
Facultad de Derecho
Historia del Derecho
Estante
Tabla 2/422
Número

Ht.
historica

FACULTAD DERECHO
BIBLIOTECA
GRANADA

R 84899




ROTERODAMI,
Apud ARNOLDUM LEERS
A° 1671

# VALERII MAXIMI

Dictorum Factorumque Memorabilium.

## LIBRI IX.

Annotationibus, in uſum ſtudioſæ Juventutis, inſtar Commentarii illuſtrati.

*Operâ & Induſtriâ.*

JOHANNIS MIN-ELLII.




ROTERODAMI,
*Ex Officinâ* ARNOLDI LEERS.
CIƆ IƆ CLXXI.

N

R

D

D.

D.

D.

D.

D.

D.

*Nobiliſſimis, Ampliſſimis, ac Prudentiſſimis*

# V. V. D. D.

*Prætori, Conſulibus Illuſtris Reipublicæ*

ROTERODAMENSIS,

*Nec non Scholæ Eraſmianæ Curatoribus.*

D. FRANCISCO VERBOOM, J. C. *Vrbis Prætori.*

D. JOHANNI VANDER MEYDE, J. C. *Conſuli, Senatori, & Scholarchæ.*

D. PAULO VERSCHUER, *Conſuli & Senatori.*

D. WILHELMO VISCH, *Conſuli & Senatori.*

D. ADRIANO VROESEN, *Conſuli & Senatori.*

D. GULIELMO VANDER AA, J. C. *Civitati Roterodamenſi à Secretis, Senatori, Scholarchæ.*

D. ADRIANO BOON, I. C. *Senatori, Scholarchæ.*

D. GULIELMO SOESTIO,
*Verbi Divini Miniſtro, Scholarchæ.*

D. SEGERO VAN SON,
*Verbi Divini Miniſtro, Scholarchæ.*

Eruditis pariter & probis Viris.

D. SIMONI SIMONIDÆ,
*Verbi Divini Miniſtro.*

D. ISAACO GRUTERO,
*Gymnaſii Roterodamenſis Rectori vigilantiſſimo.*

D. BERNARDO HOVIO,
*ejuſdem Gymnaſii Conrectori ſpectatiſſimo.*

Dominis & Mæcenatibus ſuis
Ex affectu & officio
Inſcribit

JOHANNES MIN-EL.

*Nobi-*

*Nobiliſſimi, Ampliſſimi, Pruden-tiſſimi Domini.*

DIverſum omninò hominibus & brutis animantibus genium & ingenium eadem parens Natura impertivit. Hæc enim ſua invident mortalibus commoda & beneficia, quâque poſſunt ratione ut plurimùm denegant: ut patet ex lyncibus, quarum cùm lotium in gemmam pretioſiſſimi valoris concreſcat, ne in uſum humanum veniat, ab iiſdem infoditur & abſtruditur. Illi, ut mutuæ conſervationis cauſa nati, ipſi inter ſeſe aliis prodeſſe contendunt, aut propriis inventis, ut quondam Triptolemus aratro, Eleuſis terræ cultu, Mercurius harmoniâ, igne Prometheus, ſcientiis & artibus Minerva; aut aſſiduâ ſe lectione claſſicorum auctorum exercent, diurnâ nocturnâque manu verſando & evolvendo, nunc hos, nunc illos, ex quibus (ne ſibi tan-

tùm vivere videantur, & lyncurium ſepelire) ſemper aliquid excerpunt & colligunt, quod poſteris uſui eſſe poſſit. Cùm itaque, ne inter utiles inutilis omninò vitam agerem, ſubciſivas horas, & illud otium, quod ab erudiendâ juventute mihi ſuperfuit, elucidando Valerio Maximo applicuiſſem, & addixiſſem, quas in eundem collegi & addidi Notas, publici Juris facere mihi viſum eſt. Cum autem in more poſitum ſit, ut libris, in aſpectum publicum exeuntibus, patroni deligantur, quorum excellente nominis claritate tùm muniantur, tùm commendentur: nobis diſpicientibus nulli nunc quidem magis idonei, quam EE. VV. DD. occurrêre, quibus hoc opus meritò dicandum eſſe cenſuimus. Cùm enim ſub præſidio veſtro hæc otia literaria nobis concedantur, æquum fuit ut eorum uſus ac fructus in rationes veſtras referretur, ſimulque hac animi mei ſignificatione, & velut ſimulacro, gratitudinem ſaltem aliquam teſtarer, tantis in me collatis beneficiis, quibus recen-

ſendis

ſendis nulla ſatis abundè ſufficere poteſt oratio. Sed quia in talibus negotiis voti magis, quam ingenii, ratio verſatur, imparitatem non metuo, dùm fugio ingrati notam, quam mihi inuſſiſſem, ſi cuivis alteri, quam veſtræ Amplitudini, hos meos partus veſtro ſæculo natos, nuncupaſſem. Nec leves aut vanæ ſunt, quæ ad id me impulerunt, cauſæ. Nam ſi Veſtri rationem habeamus, ea enim eſt Veſtri nominis & celebritas & autoritas, non tam eruditionis, quam eximiarum virtutum ſplendore, variiſque in Remp. meritis parta, ut ſi vobis noſtrum hoc opus approbarimus, alii quoque ſuam ſententiam veſtræ aggregaturi, nec ullius Zoïli obtrectationes, nulli Theonini dentes pertimeſcendi videantur. Impulit nos etiam non tantùm æquitas veſtra (quâ etiam exile munus non dedignamini, nec æſtimatione, ſed affectu donantis liberalitatem metiri conſueviſtis) verùm etiam inſignis illa in literas & literarum ſtudioſos προθυμία & humanitas, & Scholarum cura: quæ

ita in vobis elucet, ut ad hanc virtutem nati eſſe videamini. Hùc enim veſtra conſilia tendunt, hùc cogitationes omnes, ut ſub auſpiciis veſtris floreant amœniores Muſæ; non ornamenta ſolùm Reipublicæ, ſed auxilia & fulcra permanſura, donec in terris erunt cultores ſapientiæ atque eruditionis. Ex hac palæſtrâ Athletæ prodeunt, qui pro Eccleſiâ, qui pro Rep. certant. Formantur ac cuduntur in hac officinâ, qui templo præſunt, qui foro, qui curiæ. Quæ quò præſtantiora, eò digniores veſtræ curæ ſunt. Majus enim eruditionem promovere eſt, quam habere: in aliis fovere, quam in ſe admirari. Verùm cùm præſtet humili ſilentio res ſublimes involvere, quam humilibus evolvere dicendi formulis, calamo parcam, cujus ſtylus incaleſcere nunquam didicit: parcam Veſtris laudibus, ne in his commemorandis videar Vobis moleſtus eſſe, Veſtramque ſingularem modeſtiam offendere, propterea quòd ut quiſque eſt laude digniſſimus, ita minimè laudes ſuas libenter

ter audire conſuevit; & vererer inſuper, ne rei per ſe claræ potius tenebras afferrem, quam auferrem, potiùs premerem, quam exprimerem, potiùs dehoneſtarem, quam cohoneſtarem. Nimirùm, *Ipſa quidem virtus* (ut Claudiani verba mea faciam) *pretium ſibi, ſolaque latè Fortunæ ſecura nitet, nec faſcibus ullis Erigitur, plauſuque petit clareſcere vulgi. Nil opis externæ cupiens, nil indiga laudis, Divitiis animoſa ſuis.* Si verò auctoris rationem habeamus, vel hoc nomine Vobis debere cenſui; eò quòd auctorum nemo in Scholis Veſtris Valerianæ diligentiæ ſtudioſis utiliùs prælegi queat: nullum enim fermè hominum genus inveniri poteſt, cui non aliquâ ex parte conſuluiſſe videatur: cùm ille per omnia fermè omnium ſcriptorum monumenta, tanquam per redolentia prata diſcurrens, multiplici flore veſtita, pulcherrimarum rerum, veluti florum, ſpecioſiſſimam ſibi coronam confecerit, digniſſima quæque legendo. Nam virtutis & vitii nullum genus reliquit intactum, undè habeant homines,

nes, & imitari quod cupiant, & fugere quod oporteat. Hoc enim opere ſuo complexus eſt divinarum humanarumque rerum prçcipua qụ̈çque,ut ab egregiis illa quidem viris edita deligi potuere. Hinc ſcilicet habetur, quo jure homines egregiam laudem, quâ-ve injuriâ dedecus omne incurrerint. Habent ſacris religionibus dedicati, quo pietatis honore colant faſque bonumque, quam deinde turpitudinis notam metuant ſceluſque nefaſque. Habent rerum-publicarum reges & principes, quibus eas inſtitutis majorum meliores efficere poſſint, quibus & artibus ſeditiones in populum ſerere pernicioſi homines conſueverint, ut earum artium turpitudinem abominentur. Habent adoleſcentes, quæ-nam egregiæ indolis præclara facinora imitentur, quæ rurſùs indignitatis, & ignaviæ convitia declinent. Hinc fortitudinis & patientiæ fructus uberior, hinc conſtantiæ gloria major exoritur, hinc rebus omnibus modum imponere diſcimus: aut amicitiis gerendis, ac inimicitiis: ne aut in his re-

miſſiores,

miſſiores, aut illis vehementiores, quam oporteat, ſimus. Hinc abſtinere à flagitiis, continere libidines, tolerare pauperiem, turpia vereri, pietatem colere, ſeveritatem obſervare docemur. Hinc nobis conjugalis amor charior efficitur, amicitia jucundior, liberalitas clarior, humanitas præſtantior, clementia nobilior. His præceptis inſtruuntur, qui gratitudinis laudem ſibi comparare ſtudent, qui obnixiùs ingratitudinis nomen effugere contendunt. Hujus peritiâ majorem in modum juſtitia colitur, fides obſervatur, pudicitia retinetur: hujus admonitione maximè juvantur, qui ſapientiùs conſulere, aſtutiùs providere, induſtrioſiùs agere voluerint. Hic quoque otioſa ſenectus invenire poteſt, quo ſe ſtudio oblectet atque negotio: hinc luxuria atque libido quam deteſtabiles ſint, facilè percipitur. Hic crudelitas, ira, odium, avaritia, impotentia, perfidia, quam contrariç ſint naturç hominum, planiùs oſtenditur. Adde varias verborum ac ſententiarum figuras, ſenſus acutiſsimos, aptiſsimos Tranſitus,

crebra

crebra epiphonemata, aliaque permulta orationis ornamenta. Poſtremò quoniam Valerianæ diligentiæ non poſſumus omnia narrata percurrere, ex his ſatis conſtare arbitror, quam utilis ſit liber iſte, qui in Scholis Veſtris prælegatur, ubi virtutum omnis generis imagines collocatæ ſint, quas non ære aut marmore Phidias, aut Apelles, ſive Lyſippus, ſed tantùm libris ſuis ſcriptor diligentiſſimus reliquerit incorruptis literarum monumentis perpetuò duraturas. Vobis igitur, unicis Patronis meis, laborem hunc meum qualemcunque gratitudinis & meæ erga vos obſervantiæ ἐνέχυρον ἀνενδοίαστον non dedignemini, ſed benevolo animo, ſereno vultu, pro veſtrâ, in naturam versâ, conſuetudine accipite: Artaxerxis, Perſarum regis, exemplo, qui, dùm iter faceret equo inſidens, ambabus manibus hauſtum frigidæ propinandum, ab inope quodam ſibi oblatum, pari vultu excepit, quo magnorum Principum & aliorum Regum ſolebat munera, non habitâ rei oblatæ, ſed animi & affectus ratione.

Hunc

Hunc ergo laborem, Viri Clariſſimi ac Conſultiſſimi, placidâ fronte ſuſcipite, meque clientem veſtrum, ingentium beneficiorum veſtrorum immemorem nunquam futurum, ac Scholas, & idoneos teneræ pubis Doctores, quo cœpiſtis favore & patrocinio, tueri pergite. Quod ſi ab Amplitudine Veſtrâ conſecutus fuero, id quod unicè opto, abundè ſatisfactum, neque operam meam perdidiſſe mihi perſuaſiſſimum habebo, quibus etiam officia mea ſubmiſsè defero. Et ſuppliciter Deum pacis orabo, ut compingat Veſtras *Dominationes* in omni opere bono, ad præſtandam ipſius voluntatem, efficiens in vobis, quod gratum ſit in conſpectu ſuo, per Jeſum Chriſtum, cui ſit gloria in ſæcula ſæculorum, AMEN. *Hebr. 13. 20. 21.*

*Roterodami. Sexto Idus Martii.* 1662.

# *Erudito Lectori.*

MEnſes aliquot labuntur, erudite Lector, ex quo gravioribus diſtrictus curis, ad nobilium ſcriptorum illuſtrationem ſum invitatus. Ego autem (cùm nihil mihi minus in animo eſſet, quam huic me devovere curæ, faſtidioſo hoc, ac delicatioris palati ſæculo, quo multi nunc ſunt Ariſtarchi, plures ſycophantæ, qui jejunè malevoli, nihil præter odium literarum profitentur) tandem perſuaſus, huic operi me totum addixi: ſic exiſtimans, ſiniſtrum de aliorum factis judicium inveteratum eſſe malum, nec hujus ſolum ævi. Ita Zoïlos ſuos habuit & famæ veſpillones Homerus; Pindarus Amphimachum; Simonides Timócreontem; Virgilius Mævios ſuos & Bavios. Calumniâ immunem eſſe, humanam ſortem excedit, nedum noſtram mediocritatem. Hoc ergo ſolatio erectus, Valerium Maximum brevioribus quibuſdam & ſuccinctioribus Annotationibus, ex multis prolixioribuſque in hunc Autorem commentationibus magnâ ex parte excerptis, illuſtrandum ſuſcepi, non alio fine, quam ut ſtudioſis adoleſcentibus aliquâ ex parte commodarem. Non ſpero igitur laborem hunc noſtrum tibi ingratum fore. Nam quòd brevior fui, quam rei exigebat ratio, id ex inſtituti ratione feci, cùm non enarrationes in hunc nobiliſſimum hiſtoricum, ſed breviores duntaxat Annotationes ſcribere propoſitum fuerit. Verba difficiliora aut ſynonymo notiore, aut periphraſi explico: aliquando & integras ſententias aliis verbis reddo: quæ per ellipſin deerant, addo. Atq; ea ſunt, erudite Lector: quæ de inſtituto noſtro te ſcire volebam. Tuum erit egregiis deſtinationibus ſavere, ac ſtudio tuo meam in ſimilibus autoribus (ſi Deus largiorem hujus vitæ uſuram mihi dederit) diligentiam excitare. Interim,

*------ Si quid noviſti rectius iſtis,*
*Candidus imperii; ſi non his utere mecum.*

Vale.

Tui commodi ſtudioſiſſimus,

*I. M.*

VALE-

# VALERII MAXIMI
## Librorum novem
## CAPITA.

### PRIMI LIBRI.
### CAP. VIII.

1 *De religione.* 1
2 *De ſimulata religione.* 15
3 *De peregrina religione rejecta.* 17
4 *De auſpiciis.* 18
5 *De ominibus.* 20
6 *De prodigiis.* 25
7 *De ſomniis.* 35
8 *De Miraculis.* 47

### SECUNDI LIBRI.
### CAP. X.

1 *De matrimoniorum ritu, & neceßitudinum officiis.* 63
2 *De magiſtratuum atque ordinum officiis, & inſtitutis.* 68
3 *De militaribus inſtitutis.* 75
4 *De ſpectaculis.* 77
5 *De frugalitate & innocentia.* 82
6 *De externis inſtitutis.* 86
7 *De diſciplina militari.* 94
8 *De jure triumphandi.* 107
9 *De cenſoria ſeveritate.* 112
10 *De Majeſtate.* 118

### TERTII LIBRI.
### CAP. VIII.

1 *De indole.* 125
2 *De fortitudine.* 129

3 *De*

3 *De patientia.* 148
4 *De humili loco natis, qui clari evaſerunt.* 154
5 *Qui à præclaris parentib. degenerarunt.* 159
6 *De illuſtribus, qui in veſte, aut cætero cultu, licentiùs ſibi indulſerunt.* 161
7 *De fiducia ſui.* 164
8 *De conſtantia.* 176


## QUARTI LIBRI.
### CAP. VIII.


1 *De animi moderatione.* 186
2 *De reconciliatione.* 200
3 *De abſtinentia & continentia.* 204
4 *De paupertate laudata.* 215
5 *De verecundia.* 222
6 *De amore conjugali.* 226
7 *De amicitiæ vinculo.* 231
8 *De liberalitate.* 242


## QUINTI LIBRI.
### CAP. X.


1 *De humanitate & clementia.* 247
2 *De gratitudine.* 260
3 *De ingratitudine.* 268
4 *De pietate in parentes.* 279
5 *De pietate fraterna.* 287
6 *De pietate erga patriam.* 291
7 *De patrum amore, & indulgentia in liberos.* 299
8 *Qui ſeveri adverſus liberos.* 303
9 *Qui moderati adverſus ſuſpectos liberos.* 306
10 *Qui filiorum obitum forti animo tulerunt.* 309


SEX-

## SEXTI LIBRI.
### CAP. IX.


1 *De pudicitia.* 313
2 *Quæ liberè dicta aut facta.* 321
3 *De ſeveritate.* 329
4 *De graviter dictis aut factis.* 337
5 *De juſtitia.* 343
6 *De fide publica.* 350
7 *De fide uxorum erga maritos.* 353
8 *De fide ſervorum erga dominos.* 354
9 *De mutatione morum aut fortunæ.* 360


## SEPTIMI LIBRI.
### CAP. VIII.


1 *De felicitate.* 371
2 *De ſapienter dictis aut factis.* 374
3 *De vafrè dictis aut factis.* 386
4 *De ſtratagematis.* 397
5 *De repulſis.* 403
6 *De neceſſitate.* 407
7 *De teſtamentis reſciſſis.* 412
8 *De ratis teſtamentis & inſperatis.* 417


## OCTAVI LIBRI.
### CAP. XV.


1 *De judiciis publicis inſignibus.* 422
2 *De privatis judiciis inſignibus.* 432
3 *De mulieribus, quæ cauſas apud magiſtratus egerunt.* 435
4 *De quæſtionibus.* 437
5 *De teſtimoniis irritis vel ratis.* 438
6 *De his, qui commiſerunt quæ in aliis vindicarant.* 440
7 *De ſtudio & induſtria.* 442
8 *De otio laudato.* 454
9 *De vi eloquentiæ.* 456

10 *De pronuntiatione & apto motu corporis.* 459
11 *De effectibus artium raris.* 462
12 *Optimis artium magiſtris concedendum eſſe.* 465
13 *De ſenectute memorabili.* 466
14 *De cupiditate gloriæ.* 473
15 *Quæ cuique magnifica contigerunt.* 479

## NONI LIBRI.
### CAP. XV.

1 *De luxuria & libidine.* 487
2 *De crudelitate.* 496
3 *De ira & odio.* 506
4 *De avaritia.* 512
5 *De ſuperbia, & impotentia.* 514
6 *De perfidia.* 518
7 *De ſeditionibus.* 521
8 *De temeritate.* 524
9 *De errore.* 526
10 *De ultione.* 528
11 *De improbe dictis & ſcelerate factis.* 531
12 *De mortibus non vulgaribus.* 537
13 *De cupiditate vitæ.* 544
14 *De ſimilitudine formæ.* 548
15 *De his, qui per mendacium ſe in alienas familias inſerue-runt.* 552

# VALERII MAXIMI
# VITA,
## INCERTO AUTORE.

VALERIUS MAXIMUS civis Romanus, Patricio genere natus, omnem pueritiam, & magnam adoleſcentiæ partem literis percipiendis, & honeſtis artibus dedit. Inde, ſumpta virili toga, ſe contulit ad rei militaris diſciplinam, ubi aliquandiu ſtipendia feciſſe, & in Aſiam cum Sexto Pompejo navigaſſe dicitur. Unde reverſus, cum videret ſe patriæ ſuæ tam benedicendo, quam benefaciendo poſſe prodeſſe, à quo incepto ſtudio militiæ gloria detinuerat; eodem regreſſus, ſtatuit urbis Romæ, exterarumque gentium facta, ſimul ac dicta memoratu digna, ut ipſe fatetur, literarum monumentis commendare: quòd feliciter & glorioſè conſecutus eſt. Floruit autem Tiberii Cæſaris temporibus, & ſub ejus imperio hanc ſcripſit hiſtoriam, cujus etiam numen invocat. Imperatores enim Romani, cum virtute ſua juſte ſanctèque geſſiſſent imperium, divino celebrabantur honore, & in Deorum numerum tranſferebantur, undè etiam Divos imperatores appellamus. Genus verò ſuum paternum à gente Valeria, maternum à Fabia duxiſſe fertur: unde Valerius Maximus ex utraque familia ei nomen eſt. De cujus morte certi nihil poteſt afferri.

# VALERII MAXIMI

## Exemplorum Memorabilium

## LIBER PRIMUS.

## AD

## TIBERIUM CÆSAREM AUGUSTUM.

## PROLOGUS.

[1] POPULI *Romani*, [2] *exterarumque gentium* [3] *facta ſimul ac dicta* [4] *memoratu digna*, [5] *quę apud* [6] *alios latius* [7] *diffuſa ſunt, quàm ut breviter cognoſci poſſint*, [8] *ab illuſtribus electa auctoribus* [9] *deligere conſtitui: ut* [10] *documenta ſumere*

1 In hac præfatione Valerius more oratorio exorditur: captat enim attentionem & docilitatem. Proponit enim, quibus de rebus dicturus ſit; & ſe rem utilem ſcripturum pollicetur: idque quam breviſſimè facturum. Benevolentiam quoque comparat à perſona ſui, cùm officium ſuum ſine arrogantiâ laudet. Extenuat quoque meritum ſuum, cùm dicat ſe non tantum ingenio & induſtriâ valere, ut omnia complecti poſſit, neque confidat, ea etiam, de quibus acturus ſit, ſe vel ornatiùs, vel copioſiùs, quam cæteros, eſſe ſcripturum. In reliquâ verò parte nihil aliud agit, niſi ut planè aduletur Tiberio Cæſari: nam invocat ejus numen, quod Poëtarum proprium eſt. Dicit ergo: *Populi Romani, &c.* Eo ordine hiſtoriam exequetur, quo nunc proponit: nam ubique primò domeſtica ponet exempla; deinde externa ſubjunget. 2 Aliarum nationum extra civitatem Romanam. 3 Ut, quod quiſque rectè fecerit aut dixerit, oculis noſtris ſubjiciatur. 4 Ut memorentur, & ad memoriam reducantur. 5 Facta ſc. ac dicta. 6 Auctores ſc. ſeu ſcriptores. 7 Diſperſa ſunt, ut non breviter cognoſci poſſint. Atque ita utilitatem oſtendit operis ſui: dicit enim apud alios ejuſmodi prolixè tractata eſſe: & ob eam rem non facilè comprehendi poſſe. 8 A claris ſcriptoribus cum judicio excerpta. 9 Prævià deliberatione de multis legere & decerpere ſtatui. 10 Illis, qui volent ſumere exempla & monumenta virtutis vel vitii, id eſt, quibus moneantur, quid in faciendo aut dicendo & imitari & vitare debeant. *Documentum* enim eſt à perfecto *docui*, verbi *doceo*, & eſt propriè exemplum aut experientia, quæ nos aut doctiores reddit, aut certiores, aut prudentiores.

*volen-*

*volentibus* [1] *longæ inquiſitionis labor abſit.* [2] *Nec mihi cuncta complectendi cupido inceßit. Quis enim omnis ævi geſta modico* [3] *voluminum numero comprehenderit? Aut quis* [4] *compos mentis* [5] *domeſticæ peregrinæque hiſtoriæ* [6] *ſeriem,* [7] *felici* [8] *ſuperiorum ſtylo* [9] *conditam, vel* [10] *attentiore cura, vel præſtantiore facundia, traditurum ſe ſperaverit?* [11] *Te igitur huic cœpto,* [12] *penes quem* [13] *hominum, Deorumque conſenſus, maris ac terræ regimen eſſe voluit,* [14] *certiſſima ſalus patriæ Cæſar* [15] *invoco: cujus cœleſti providentia virtutes, de quibus dicturus ſum, benigniſſimè* [16] *foventur: vitia ſeveriſſimè vindicantur.* [17] *Nam ſi* [18] *priſci Oratores ab Iove Opt. Max.* [19] *benè orſi ſunt, ſi excellentiſſimi* [20] *vates à* [21] *numine aliquo* [22] *principia traxerunt: mea* [23] *parvitas eò juſtiùs ad favorem tuum decurrerit,* [24] *quod cætera divinitas opinione colligitur,* [25] *tua præſenti fide paterno*

1 Nam alioquî neceſſe eſſet, ut apud multos ejuſmodi exempla invenirentur: quod ſine maximo labore confici non poſſet. Hic ergo auditores benevolos reddere nititur: quia profitetur ſe illis minuere laborem.
2 Nec cupiditas comprehendendi omnia facta ac dicta memoratu digna invaſit me. Dicitur autem: *inceßit me cupiditas*, vel, *inceſſit mihi cupiditas*, id eſt, invaſit vel cepit me cupiditas. Eſt autem à verbo *inceſſo* (quod derivatur à ſupino verbi *incedo*) quod ſignificat laceſſo, convitiis & maledictis peto. Ovid. *Quid ſimulacra ferox dictis inceßis amaris?* 3 Utpote novem libris. Hoc inter *volumen* & *librum* intereſt: quod volumen ſignificat partes operis, non autem totum librum: *liber* verò & pro toto codice, & pro volumine accipitur. 4 Niſi inſanus ac ſtultus fuerit: nam qui ſupra vires aliquid audet, hic prope inſaniam acceſſiſſe videtur. Undè Horat. *Sumite materiam veſtris, qui ſcribitis, æquam Viribus, & verſate, diu, quid ferre recuſent, Quid valeant humeri.* Quis ergo, inquit, niſi malè ſanus audeat cæteros ſcriptores eloquentiâ & induſtriâ ſuperare? 5 Civitatis tuæ & externæ hiſtoriæ. 6 Ordinem, à *ſerendo*, id eſt, ordinando dictam. 7 Fœcundo & copioſo. 8 Priorum ſcriptorum. 9 Compoſitam. 10 Ad veritatem rei ſervandam. 11 Poſtquam propoſuit, invocat (ut diximus) Tiberium Cæſarem. 12 In cujus poteſtate. 13 Quia homines & Dii ita conſenſerunt, ut totius terrarum mariſque orbis imperium haberes. 14 Quia ſalus patriæ in te uno poſita eſt. 15 In favorem & auxilium voco. 16 Suſtentantur. 17 Probat ſe rectiùs invocaſſe Cæſarem, quam cæteros Deos, qui ab Oratoribus & Poëtis invocari ſolent. 18 Ut Cato, Gracchus, & cæteri. 19 Benè & decenter exordia fecerunt. 20 Poëtæ, ut Orpheus, Homerus, Virgilius. 21 Deo aliquo, ut ab Apolline, à Libero, â Cerere. Undè Virg. *Vos ô clariſſima mundi Lumina, labentem cœlo quæ ducitis annum Liber & alma Ceres ſuccurrite.* 22 Canendi ſc. 23 Vilitas. 24 Quia divinitas cæterorum, qui, cùm homines eſſent, pro Diis recepti ſunt, colligitur perſuaſione hominum, id eſt, tantummodò homines opinantur cæteros eſſe Deos, qui eos nunquam viderint. 25 Divinitas tua videtur fideli approbatione coram oculis noſtris verſanti æqualis ſyderi Auguſti patris tui adoptivi, & Julii Cæſaris, Auguſti patris adoptivi.

*avitoque ſideri par videtur:* [1] *quorum eximio fulgore multum* [2] *ceremoniis noſtris inclytę claritatis acceſſit. Deos enim reliquos* [3] *accepimus,* [4] *Cæſares* [5] *dedimus. Et quoniam* [6] *initium à cultu Deorum petere* [7] *in animo eſt, de conditione* [8] *ejus ſummatim* [9] *diſſeram.*

1 Duorum Imperatorum, Julii & Auguſti.
2 Sacrificiis, ritibus ſacris.
3 Ab aliis nationibus, præſertim à Trojanis.
4 Sc. Deos, quos alios quoque colerunt. 5 Aliis ſc. 6 Dicendi. 7 Conſtituti. 8 Cultus Deorum. 9 Diſertè, id eſt, expreſsè diſputabo. Q. d. Quandoquidem huc animus intendit, ut principium noſtrum ſumatur à religione, ab eâ dicere incipiemus.

# CAP. I.

# DE RELIGIONE.


## OBSERVATA.

1 A populo Rom.
2 L. Metello Pont. Max.
3 Ti. Graccho & Coſſ.
4 Sacerdotum Collegiis.
5 Q. Fabio Dict. & C. Flaminio Magiſt. Eq.
6 P. Craſſo Pont. Max.
7 Æmiliæ Veſtalis diſcipula.
8 M. Marcello. V. Coſſ.
9 Furio Bibaculo Prætore.
10 L. Albinio.
11 C. Fabio Dorſone.
12 Q. Petillio Spurino Præt.
13 L. Tarquinio Rege.
14 M. Atilio Regulo.
15 Senatu Romano.

## NEGLECTA.

16 A C. Terentio Varrone.
17 Ap. Cæco & gente Potitia.
18 Milite Rom. & Brenno Gallo.
19 P. Turull. præfecto claſſis.
20 Q. Fulvio Flacco Cenſ.
21 Q. Pleminio legato Propræt.

## Externa exempla obſervatæ vel neglectæ Religionis.

1 Pyrrhus Epirotarum Rex.
2 Maſiniſſa Numidarum.
3 Dionyſius major Siculorum.
4 Thymaſitheus Liparitanorum.
5 Alexandri Regis milites.
6 Perſæ.
7 Athenienſes.
8 Diomedon Athenienſium Dux.


## OBSERVATA.

I [1] MAjores noſtri [2] ſtatas [3] ſolenneſque ceremonias, [4] Pontificum ſcientia; [5] bene gerendarum rerum auctoritates, [6] augurum obſervatione; [7] Apol-

1 Aggreditur nunc quod pollicitus erat, ut exempla proponat memoratu digna, & primò quidem de religione. Per majores intelligit priſcos Romanos, qui Deorum cultum præ cæteris rebus procurarunt. 2 Sacrificat oves certo die conſtitutas. Nam ſtatæ cæremoniæ (auctore Feſto) dicebantur ſacrificia, quæ certis quibuſdam diebus & ſtatutis celebrabantur. *Ceremoniæ* generaliter apud Latinos dicuntur omnes ritus ſacrificiorum, à Cerete oppido, ut auctor noſter paulò poſt dicturus eſt. 3 Et anniverſaria ſacrificia, quæ ſingulis quibuſque annis fiebant: nam *ſolennis* ex *ſole* & *anno* componitur. 4 Jure Pontificio: nam Pontifices docebant, quibus templis, quibus Diis, quo tempore quo ritu, quibuſque hoſtiis ſacrificia fieri deberent. 5 Auſpicia. 6 Animadverſione augurum, ut quæ, captis auſpiciis, augures Diis grata & probata fuiſſe dixiſſent, ea ſolennia haberentur. 7 Vaticinia & oracula Apollinis.

linis prædictiones, [1] vatum libris; [2] portentorum depulſa, [3] Etruſca diſciplina explicari voluerunt. Priſco etiam inſtituto [4] rebus divinis opera datur, cum aliquid [5] commendandum eſt, precatione: cum expoſcendum, voto: cum ſolvendum, [6] gratulatione: cum inquirendum vel [7] extis, vel ſortibus, [8] impetrito: [9] cum ſolenni ritu peragendum, ſacrificio. [10] Quo etiam oſtentorum ac fulgurum denunciationes [11] procurantur.

Tantum autem ſtudium antiquis non ſolum obſervandæ, ſed etiam amplificandæ religionis fuit, ut è florentiſſima tum & opulentiſſima civitate, [12] decem principum filii S. C. [13] ſingulis Etruriæ populis, percipiendæ ſacrorum diſciplinæ gratia traderentur.

[14] Cereri quoque, quam more Græco venerari inſtituerant, ſacerdotem à Velia, cum id oppidum nondum civitatis nomen accepiſſet, Calcitanam peterent: vel, ut alii dicunt, Caliphennam: ne Deæ vetuſti ritus perita deeſſet antiſtes. Cujus cum in urbe pulcherrimum templum haberent, [15] Gracchano tumultu moniti [16] Sibyllinis libris, ut vetuſtiſſimam Cererem placarent, [17] Ennam (quoniam ſacra ejus inde orta credebant) decem viros ad eam

1 Præcipuè Sibyllinis.

2 Depulſiones & amotiones portentorum, ſive ut Cicero, *expiationes*.

3 Secundum morem Etruſcorum exponi. Conſtat enim Etruſcos divini cultus ſtudioſiſſimos fuiſſe.

4 Sacrificia Diis exhibentur: nam *rebus divinis operam dare*, nihil aliud eſt, quam ſacrificare. Quod Ter. in Eun. *Rem divinam facere* appellat.

5 Sc. Diis.

6 Gratiarum actione: quia Diis gratias agebant pro re benè geſtâ. Nam *gratulari*, cùm ad Deos refertur, eſt gratias Diis agere pro re benè geſtâ: quemadmodum triumphantes ſolebant, qui equis albis, curruque aurato in Capitolium vecti, Jovi pro felici rerum ſucceſſu taurum immolabant. Alioqui cum alio pariter de re aliquâ lætari ſignificat.

7 Exta ſunt eminentiora inteſtina, è quibus judicabant.

8 Diis non voto, ſed jam impenſo.

9 Quia priùs offerebant, & deinde operabantur.

10 Scilicet Sacrificio.

11 Purgantur.

12 Decem filii majorum civitatis. Cicero bis ſex fuiſſe tradit lib. 1. de Divin. *Quocirca benè apud majores noſtros Senatus tùm, cùm florebat imperium, decrevit ut de Principum filiis bis ſex ſingulis Etruriæ populis in diſciplinam traderentur.*

13 Notum eſt duodecim Etruriæ populos fuiſſe.

14 Id eſt, Et ut peterent in honorem Cereris Calcitanam vel Caliphennam, quæ eſſet ſacerdos Cereri, quam Cererem propoſuerant venerari ut Græci, à quibus primum venerata eſt, eam venerabantur, à Veliâ, oppido Calabriæ, ne princeps ſacerdotum exercita vetuſtis ritibus deeſſet Deæ Cereri.

15 Quia alter Gracchorum in eo interiit.

16 A Sibyllâ Cumanâ ſcriptis & ad Tarquinium allatis, in quibus fata Romanorum continebantur.

17 Siciliæ oppidum non procul ab Ætnâ monte.

propitiandam miſerunt. Item [1] matri Deûm ſæpenumero imperatores noſtri, [2] compotes victoriarum, ſuſcepta vota [3] Peſſinuntem profecti ſolverunt.

2 Metellus verò [4] pontif. max. Poſtumium conſulem, eundemque [5] flaminem Martialem, ad bellum gerendum Africam petentem, ne à [6] ſacris diſcederet, [7] mulcta indicta, urbem egredi paſſus non eſt: religionique [8] ſummum imperium ceſſit: quod tuto ſe Poſtumius certamini commiſſurus non videbatur, ceremoniis Martis deſertis.

3 Laudabile [9] XII. faſcium religioſum obſequium: laudabilior [10] quatuor & viginti in conſimili re obedientia: à Ti. enim Graccho ad collegium augurum literæ ſunt ex provincia miſſæ, quibus ſignificabat, ſe, cum libros ad ſacra [11] populi pertinentes legeret, animadvertiſſe, [12] vitio tabernaculum captum, [13] comitiis conſularibus, quæ [14] ipſe feciſſet; eaque re ab auguribus ad ſenatum relata, juſſu ejus C. Figulus è Gallia, Scipio Naſica è Corſica Romam redierunt, & ſe [15] conſulatu abdicaverunt.

4 [16] Conſimili ratione P. Clælius Siculus, M. Cornelius Cethegus, & C. Claudius, propter exta parum [17] curioſe admota aris deorum immortalium, variis temporibus, belliſ-

1 Cybeli aut Cybelæ, quæ mater Deorum dicitur.

2 Cum victoriis potiti eſſent

3 Phrygiæ oppidum.

4 Princeps Pontificum, ſub cujus poteſtate cæteri omnes Pontifices, & ſacerdotes poſiti erant. Undè etiam Maximus dictus eſt, quia reliqui omnes erant inferiores eo.

5 Sacerdotem Marti initiatum ac ſacrum.

6 Quæ Marti facere debebat & ſolebat.

7 Pœnâ injunctâ.

8 Sc. Conſulare.

9 Id eſt, unius conſulis, cui duodecim erant lictores cum faſcibus. *faſces* autem erant apud Romanos conſulum inſignia, à faſciculis virgarum ſecuribus alligatis, quas lictores conſuli præferebant ad terrorem. 10 Scilicet faſcium, id eſt, duorum conſulum. Erant enim XXIV. lictores, quorum XII. uni conſuli, totidem alteri parebant. 11 Romani. 12 Si tabernaculum cepiſſet is, qui augurium capturus eſſet, ita ut, antequam auſpicium ceperit, aliquid aliud egiſſet, quod ad augurium non pertineret, tum *id tabernaculum vitio captum eſſe* dicebatur, & ſi auſpicia cepiſſet, in eo nihil valebant. 13 Quibus convenerant, ad conſules creandos. Leguntur autem in hiſtoriâ Romanâ Comitia Conſularia, Prætoria, Quæſtoria, Ædilitia, Tribunitia; quibus ſc. Conſules, Prætores, Quæſtores, Ædiles, Tribuni creabantur. Fuit autem Comitium locus Romæ juxtà forum & curiam, in quo ſtans populus Romanus ſuffragia ferre conſueverat: nam in campo Martio eligebatur magiſtratus habitis comitiis. 14 Tiberius. 15 Depoſuerunt ſive reliquerunt conſulatum. 16 Ut religioni cederent. 17 Accuratè.

que diverſis, [1] flaminio abire juſſi ſunt, [2] coactique etiam. At Sulpicio inter ſacrificandum [3] apex è capite prolapſus, ſacerdotium abſtulit.

5 Occentus autem ſoricis [4] auditus. Fabio Maximo dictaturam, C. Flaminio magiſterium equitum deponendi cauſam præbuit.

6 Adjiciendum his, quod P. Licinio Pontifici maximo [5] virgo Veſtalis, quia quadam nocte parum diligens [6] æterni ignis cuſtos fuiſſet, digna viſa eſt [7] quæ flagro admoveretur.

7 [8] Maximæ verò virginis Æmiliæ diſcipulam, extincto igne, tutam ab omni reprehenſione [9] Veſtæ numen præſtitit; qua adorante, cum [10] carbaſum, quam optimam habebat, [11] foculo impoſuiſſet, ſubito ignis emicuit.

8 Non mirum igitur, ſi pro eo imperio augendo cuſtodiendoque [12] pertinax Deorum indulgentia ſemper [13] excubuit, quod tam [14] ſcrupuloſa, [15] parvula quoque [16] momenta religionis examinare videtur: quia nunquam remotos ab exactiſſimo cultu [17] cæremoniarum oculos habuiſſe [18] noſtra civitas exiſtimanda eſt. In qua cum Marcellus quin-

1 Sacerdotio flaminis. Sicut enim à *Pontifice* dicitur *Pontificatus*, ſic à flamine, id eſt, ſacerdote, *flaminium*, id eſt, ſacerdotium.
2 Quia ſacerdotio abire nolebant.
3 Virga lanata aut filium in ſummo flaminis pileo, id eſt, in cujus extremitate modica lana erat alligata. Virg. 2. Æn. *Ecce levi ſummo de vertice viſus Juli fundere lumen apex, & circum tempora paſci.*
4 Sc. poſt creationem.
5 Quæ Veſtæ Deæ ſacrata erat. Virgines enim Veſtales dictæ ſunt, quod Veſtæ ſacra curarent. Has primum ſacerdotes Numa Pompilius Veſtæ ſacravit, ſtipendioque publico donavit, perpetuâque virginitate, aliiſque cæremoniis venerabiliores effecit. De his fuſius Roſin. Antiquit. Rom. l. 3. c. 19. & vide quæ nos ad Sallu. Cat. 6 Perpetuò conſervandi. In æde Deæ Veſtæ ignis æternus ſervabatur: cui ſemper una ex virginibus Veſtalibus diligentiſſima cuſtos adhibebatur: quæ vigilando ſervaret, ne aliquo caſu extingueretur ignis. 7 Ut virgis cæderetur. 8 Dicebatur Virgo Maxima, quæ vel ſenior natu collegio Veſtalium præſidebat, vel diutiſſime in eo ſacerdotio fuerat: cujus erat inſtruere ac docere reliquas. 9 Veſtæ divinitas, quæ nutu, quod vult, facit. 10 Velum aut veſtem è carbaſo. Carbaſus enim eſt tenuiſſimum lini genus. 11 Cineribus aræ impoſitis, aut loco ubi ignis erat extinctus. 12 Perſeverans, ubi in bonam partem accipitur. Alioqui *pertinax* is dicitur, qui, ubi non debet, tenax & obſtinatus eſt. 13 More excubantium intenta fuit, & quaſi vigilans. 14 Anxiâ & ſollicitâ diligentiâ, ut nihil omnino prætermitterent. 15 Exigua, ut eſt occentus ſoricis, apex prolapſus. 16 Pondera. 17 Rerum divinarum. 18 Romana.

tum

tum conſulatum gerens templum Honori, & Virtuti, [1] Claſtidio prius, deinde [2] Syracuſis potius, [3] nuncupatis votis debitum conſecrare vellet, à collegio pontificum [4] impeditus eſt, negante unam [5] cellam duobus Diis recte dicari. Futurum enim, ſi quid prodigii in ea accidiſſet, ne dignoſceretur, utri rem divinam fieri oporteret: nec duobus niſi certis Diis una ſacrificari ſolere. Ea Pontificum admonitione effectum eſt, ut Marcellus, ſeparatis ædibus, Honoris ac Virtutis ſimulacra ſtatueret. Neque aut collegio pontificum auctoritas ampliſſimi [6] viri, aut Marcello [7] adjectio impenſæ impedimento fuit, [8] quominus religionibus [9] ſuus tenor, ſuaque [10] obſervatio redderetur.

9 [11] Obruitur tot etiam illuſtribus [12] Conſularibus L. Furius Bibaculus, [13] exemplique locum vix poſt Marcellum invenit. Sed pii ſimul ac religioſi animi laude fraudandus non eſt: qui prætor à patre ſuo [14] collegii Saliorum

1 Oppido Galliæ Ciſalpinæ. 2 Siciliæ urbe opulentiſſimâ. 3 Voce expreſſis, & non ſolum animo conceptis. Duplex enim eſt Votum, Conceptivum & Nuncupativum. Conceptivum eſt, quod animo & mente ſolùm concipitur: ſed verbis non exprimitur. Nuncupativum verò, quod nominatim voce declaratur atque vovetur. 4 De hac impeditione lege Liv. lib. 7. belli Punici. 5 Sacellum. 6 Marcelli.

7 Acceſſio, incrementum impenſæ, ſc. duarum ædium. 8 Ut non. 9 Debitus. 10 Veneratio & honoris exhibitio. 11 Opprimitur, ne emergere poſſit in tantâ claritate ſuperiorum exemplorum. 12 Viris qui conſulatum geſſerunt. 13 Ut ejus exemplum de obſervatâ religione recitetur. 14 Primo ſacerdotum Martis, dum ancilia ferrent per urbem, ſalientium. Salii (teſte Livio XII.) in urbe fuere à Numâ conſtituti, & Marti Gradivo conſecrati, qui totidem ancilia per urbem cùm ſaltibus geſtabant atque tripudiis. Ancilia verò ſcuta erant quæ oras, id eſt, extremitates habebant in ſimilitudinem labiorum. Ferunt regnante Numâ breve ſcutum atque rotundum de cælo lapſum: de quo Ovid. *Ecce levi ſcutum verſatum leniter aurâ decidit, à populo clamor ad aſtra venit.* Conſulti deinde haruſpices, reſponderunt ibi futurum totius orbis imperium, ubi ſcutum illud ſervaretur, quo accepto reſponſo, & honoris gratià, & quò idem tutius ſervaretur, ne ab hoſtibus ſurripi poſſet, Numa Pompilius XII. alia ad ſimilitudinem cœleſtis illius fabricari juſſit, quæ in templo Martis repoſita fuere: & cum XII. ſacerdotes adoleſcentes Numa ipſi Marti Gradivo delegiſſet, juſſit ipſa cæleſtia arma quæ Ancilia nominavit, ſuſpenſa collo ab illis per urbem portari, cum ſaltatu atque tripudiis carmina decantari: unde *Salii* dicti ſunt à *ſaltu*, teſte Ovid. *Jam dederat Saliis, à ſaltu nomina dicta Armaque & ad certos verba canenda modos.* Inter cætera carmina hoc fuiſſe dicunt, veterem Mamurii memoriam: quia cum Numa accivisset undique fabros, qui ſcuta alia cæleſti ſimillima fabricarent, inventus eſt quidam Mamurius, qui cæteros artificio ſuperavit: nam adeò ſimilia fecit, ut à cœleſti diſcerni non poſſent. Juſſus itaque præmium petere quod vellet, nihil aliud petiiſſe dicitur, niſi ut Salii, Ancilia geſtântes, per urbem canerent in veterem Mamurii memoriam.

magiſtro juſſus, [1] ſex lictoribus præcedentibus, arma ancilia tulit: quamvis [2] vacationem hujus officii, [3] honoris beneficio haberet. Omnia namque poſt religionem ponenda ſemper noſtra civitas duxit; etiam in quibus ſummæ majeſtatis conſpici decus voluit. Quapropter non dubitaverunt ſacris [4] imperia ſervire: [5] ita ſe humanarum rerum futura regimen exiſtimantia, ſi divinæ potentiæ bene atque conſtanter fuiſſent famulata.

10 [6] Quod animi judicium in [7] privatorum quoque pectoribus verſatum eſt. Urbe enim à Gallis capta, cum [8] Flamen Quirinalis [9] virgineſque Veſtales ſacra [10] onere partito ferrent, eaſque [11] pontem Sublicium tranſgreſſas, & [12] clivum, qui ducit ad [13] Janiculum, deſcendere incipientes, L. Alvanius plauſtro conjugem, & liberos vehens aſpexiſſet, [14] propior publicæ religioni, quam privatæ charitati, ſuis, ut plauſtro deſcenderent, imperavit: atque in [15] id [16] virgines & ſacra impoſita, omiſſo cœpto itinere, Cære [17] in oppidum pervexit: Ubi cum ſumma veneratione recepta, grata memoria, ad hoc uſque tempus [18] hoſpitalem humanitatem teſtan-

1 Conſul xii. lictores habebat, Prætor autem ſex.
2 Exemptionem, impunitatem ferendorum ſeu geſtandorum Ancylium vel Ancyliorum.
3 Magiſtratus, ſc. Præturæ.
4 Imperatores.
5 Judicantes ſe futuros eſſe reges ſeu rectores rerum humanarum.
6 Sc. divina humanis eſſe anteponenda.
7 Non gerentium Magiſtratum.
8 Sacerdos Quirini ſeu Romuli. Romulus enim dictus eſt Quirinus à Quiri ſive Curi, hoc eſt, *haſtâ*, quod haſtâ aſſiduè uteretur. Sunt qui Quirinum dictum velint à Curibus, quæ fuit urbs opulentiſſima Sabinorum. Romulus enim, inito fœdere cum T. Tatio, Sabinorum rege, eoque in partem regni Sabiniſque in Urbis portionem receptis, utque novorum incolarum benevolentiam aliquâ ſibi ratione conciliaret, miſtam Romanorum Sabinorumque gentem uno nomine Quirites appellavit. 9 Deæ Veſtæ conſecratæ. 10 Onere inter ipſas diviſo: quia æquali portione diviſerant inter ſe ſimulachra Deorum & ſacra, quæ cum multa eſſent, nonniſi à multis ferri poterant. 11 Pontem ligneum, Tyberi impoſitum. Sic enim dicitur, quod ligneus eſſet, & *ſublicis* fulciretur. *Sublicium* enim idem eſt quod *Sublicia*, nempe palus ſeu pertica, quæ in aquâ defigebatur ad pontis alicujus ſuſtentationem. Hic autem Pons primùm factus eſt à Pontificibus, & ſæpè reſtitutus; undè etiam *Pontifices* dicti ſunt. 12 De clivo. 13 Oppidum in Janiculo monte, trans Tyberim, à conditore dictum: vel quod *janua* eſſet Romanis in Hetruriam proficiſcentibus. 14 Magis conſentiens. 15 Plauſtrum. 16 Scilicet Veſtales. 17 Oppidum Hetruriæ, quondam *Agylla* nominatum. 18 In hoſpitalitate exhibitam.

tur:

tur: Inde enim inſtitutum eſt, ſacra Cæremonias vocari, quia Cæretani ea, in fracto Reip. ſtatu, perinde ac florente, coluerunt. [1] Quare agreſte illud & ſordidum plauſtrum, [2] tempeſtive capax cujuſlibet fulgentiſſimi triumphalis currus, vel æquaverit gloriam, vel [3] anteceſſerit.

11 [4] Eadem reipublicæ tempeſtate C. Fabius Dorſo memorabile exemplum ſervatæ religionis dedit. Namque [5] Gallis [6] Capitolium obſidentibus; [7] ne ſtatum Fabiæ gentis ſacrificium interrumperetur, [8] Gabino ritu cinctus, manibus humeriſque [9] ſacra gerens, per medias hoſtium [10] ſtationes, in [11] Quirinalem collem pervenit: ubi omnibus ſolenni more peractis, in Capitolium, poſt divinam venerationem victricium armorum [12] perinde ac victor, rediit.

12 Magna conſervandæ religionis etiam P. Cornelio, & Bæbio Tamphilo Coſſ. apud majores noſtros acta cura eſt. Siquidem in agro L. Petillii ſcribæ ſub Janiculo cultoribus terram [13] altius verſantibus, duabus arcis lapideis repertis: [14] quarum in altera ſcriptura indicabat, corpus [15] Numæ Pompilii Pomponis filii fuiſſe: in altera libri reconditi erant, Latini ſeptem de jure pontificum, [16] totidemque Græci [17] de diſciplina ſapientiæ: Latinos magna

1 Tantum valuit occaſio ſuſcipiendi ſacra Romanorum, ut plauſtrum agreſte par, vel etiam majus fuerit & haberi potuerit triumphali curru, qui tanto ornamento & apparatu inſtructus Imperatores ad Capitolium vehere conſueverat.
2 Quod ſuo tempore onus acceperat egregium.
3 Superaverit.
4 Eâdem calamitate, quâ Reſp. Romana multis urgebatur adverſitatibus.
5 Sc. Senonibus.
6 Arcem Tarpejam. *Capitolium* enim templum erat Jovis in monte Tarpejo, ſic dictum, quod in eo, cùm fundamenta foderentur ædis Jovis, *caput* humanum inventum fuerit. Quanquam non deſint, qui appellatum velint, à capite Toli cujuſdam hominis ibi reperto, qui in Capitolino monte fuerit ſepultus. Anteà enim *arx Tarpeja* aut Tarpejus hic mons dicebatur, à Virgine Veſtali *Tarpejâ*, quæ ibi à Sabinis necata & ſepulta eſt. 7 Ne ſacrificium ſtatuto die à Fabiâ gente Quirino fieri ſolitum prætermitteretur. 8 Gabino more, id eſt, togâ in tergum rejectâ, & ſub lacerto altera ejus lacinia aut nexa aut tenta. 9 Sacrificiis neceſſaria. 10 *Stationes* ſunt, ubi aut naves aut milites ſtant ad tempus, erectæ & erecti in omnem occaſionem & reſiſtendi & invadendi, à *ſtando*, quod qui in periculo ſunt, aut diu quieſcere nolunt, ſtare dicantur. 11 Ubi Quirino ſacra fiebant, & eſt unus è ſeptem Romæ collibus 12 Non ſecus ac ſi hoſtes viciſſet. 13 Profundius fodiendo invertentibus. 14 Id eſt, ex titulo cognoſcebatur quod in alterâ arcarum fuerat corpus Numæ. 15 Secundi regis Romanorum. 16 Alteri ſeptem. 17 De Philoſophiâ: erant enim compoſiti de ſapientiâ, nempe quid eſſet ſapientia.

diligentia aſſervandos curaverunt: Græcos, quia aliqua ex parte ad [1] ſolvendam religionem pertinere exiſtimabantur, L. Petillius Prætor Urbanus ex auctoritate Senatus per [2] victimarios igne facto, in conſpectu populi cremavit. Noluerunt enim priſci viri quicquam in hac aſſervari civitate, quo animi hominum à Deorum cultu avocarentur.

13 Tarquinius autem rex M. Tullium [3] Duumvirum, quod [4] librum ſecreta civilium ſacrorum continentem, cuſtodiæ ſuæ commiſſum, [5] corruptus Petronio Sabino deſcribendum dediſſet, [6] culeo inſutum in mare abjici juſſit; [7] Idque ſupplicii genus [8] multo poſt parricidis lege [9] irrogatum eſt. Juſtiſſime quidem: quia pari vindicta parentum ac Deorum violatio expianda eſt.

14 Sed in his quæ cuſtodiam religionis attinent, neſcio an omnes M. Atilius Regulus præceſſerit, qui ex victore ſpecioſiſſimo, inſidiis Aſdrubalis, & Xanthippi Lacedæmonii ducis, [10] ad miſerabilem captivi formam deductus, ac miſſus ad S.P.Q.R. legatus, ut [11] ex ſe & uno, & ſene, complures Pœnorum juvenes [12] penſarentur: [13] in contrarium dato conſilio, Carthaginem repetiit, non ignarus ad quam crudeles, quamque etiam merito ſibi infeſtos Deos reverteretur: Verum [14] his juraverat, ſi captivi eorum redditi non forent, ad eos ſe [15] rediturum. Potuerunt profecto Dii

1 Imminuendam. Benè autem *ſolvendam* dicit: ſiquidem *religionem* à *religando* dictam volunt.
2 Per miniſtros victimarum, id eſt, qui victimas cremandi & mactandi curam habebant.
3 Fungentem cum altero viro officio cuſtodiendi ſacros libros. Duo enim primum tantummodò fuerunt, qui libris Sibyllinis præficiebantur, & hi erant patritii: deinde decem præfecti ſunt: poſteà XV. uſque ad Syllana tempora: poſtremò quinquaginta fuerunt: & licet fuerint plures, in his tamen Decemvirorum nomen remanſit.
4 Veriſimile eſt unum ex libris Sibillinis fuiſſe: ejuſmodi autem libri occultè ſervabantur.
5 Subornatus, illectus ſcilicet pecuniâ. 6 Sacco coriaceo. 7 Scilicet inſutum culeo. 8 Poſt bellum Cimbricum & victoriam Marii: auctor Florus. 9 Factâ rogatione illatum, injunctum. P. autem Malleolus, matre interemptà, primus omnium inſutus culeo in mare præcipitatus eſt. 10 Quia ab illis in mari per inſidias captus eſt. 11 Quia licet unus eſſet & ſenex, Carthaginenſes putabant eum tanti eſſe ſuis, quanti multos juventutis ſuæ milites. 12 Æſtimarentur. 13 Quia primus rogatus ſententiam dicere, cenſuit non reddendos. 14 Carthaginenſibus. 15 Ideo ſcilicet rediit.

im-

immortales efferatam mitigare ſævitiam: cæterum, quo clarior eſſet Atilii gloria. Carthaginenſes [1] moribus ſuis uti [2] paſſi ſunt: [3] tertio Punico bello religioſiſſimi ſpiritus tam crudeliter vexati, urbis eorum interitu juſta exacturi piacula.

15 Quanto noſtræ civitatis ſenatus [4] venerabilior in Deos! qui poſt [5] Cannenſem cladem decrevit, ne matronæ ultra trigeſimum diem luctus ſuos extenderent, uti ab his ſacra Cereris peragi poſſent: [6] quia majore pene Romanorum virorum parte in [7] execrabili ac diro ſolo jacente, [8] nullius penates mœroris expertes erant. Itaque matres ac filiæ, conjugeſque, & ſorores, nuper interfectorum, abſterſis lachrimis, depoſitiſque [9] doloris inſignibus, [10] candidam induere veſtem, & aris dare thura coactæ ſunt: Qua quidem conſtantia [11] obtinendæ religionis, [12] magnus cæleſtibus injectus eſt rubor ulterius adverſus eam ſæviendi gentem; quæ ne injuriarum quidem acerbitate ab [13] eorum cultu abſterreri potuerat.

## DE NEGLECTA RELIGIONE.

16 Creditum eſt, [14] Varronem conſulem apud Cannas cum Carthaginenſibus [15] tam infeliciter dimicaſſe ob iram Junonis: quod

1 Qui ſemper perfidi & immanes fuerant.
2 Sc. Dii.
3 Quo urbs eorum à Scipione Africano Minore deleta eſt.
4 Obſervantior ſc. quàm Carthaginenſes.
5 Quam Romani acceperunt ab Hannibale apud Cannas, vicum Apuliæ.
6 Quia duo conſulares exercitus ad internecionem propè cæſi fuerant.
7 Bis enim illic victi ſunt Romani quaſi Deorum irâ.
8 Nulla domus, nulla familia.
9 Atris ſeu ſugubribus veſtibus.
10 Albam ſtolam.
11 Obſtinato animo ſervandæ.

12 Erubuerunt Dii ulteriùs in gentem Romanam tam obſervantem cultus eorum ſævire. 13 Deorum. 14 Qui C. Terentius dictus eſt. 15 Scilicet ut eum dimicaſſe conſtat: quia cæſa fuiſſe dicuntur plus quam L. millia Romanorum, & ſupra xx millia capta cum ipſo imperatore Paulo.



DE GRANADA Biblioteca

cum [1] ludos Circenſes [2] ædilis faceret, in Jovis Opt. Max. templo eximia facie puerum [3] hiſtrionem ad excubias tenendas poſuiſſet: quod factum poſt aliquot annos [4] memoria repetitum, ſacrificiis expiatum eſt.

17 Hercules quoque [5] detractæ religionis ſuæ, & gravem & manifeſtam pœnam exegiſſe traditur. Nam cum [6] Potitii ſacrorum ejus ritum (quem pro dono genti [7] eorum, ab [8] ipſo aſſignatum, velut hæreditarium obtinuerant) auctore Appio Cenſore, ad humile ſervorum miniſterium transtuliſſent: [9] omnes qui erant numero ſuper XXX. puberes, intra annum extincti ſunt, nomenque Potitium in duodecim familias diviſum prope interiit. Appius verò [10] luminibus captus eſt.

18 [11] Acer etiam [12] ſui numinis [13] vindex Apollo, qui Carthagine à Romanis oppreſſa, veſte aurea nudatus, id egit, ut [14] ſacrilegæ manus inter [15] fragmenta ejus abſciſſæ invenirentur. Brennus Gallorum dux [16] Delphis Apollinis templum ingreſſus, [17] Dei voluntate [18] in ſe manus vertit.

19 Nec minus efficax ultor contemptæ religionis filius quoque [19] ejus Æſculapius, qui

1 Ludos Romanos, id eſt, certamina curulia. *Circenſes* dicti ſunt, quod exhibebantur & fiebant in *Circo*. *Circus* autem locus erat muris ſeptus, in quo equi, pugileſque exercebantur. Alii *Circenſes* appellatos putant, quaſi *Circumenſes*, proptereà quòd rudis vetuſtas, tùm nondum loca, hujuſcemodi ludis apta, ædificaſſet, inter enſes & flumina eos celebrabant, ut ab utrâque parte eſſet ignaviæ præſens periculum. Tres Romæ *Circos* fuiſſe legimus, Maximum, Flaminium, & Neronis. Sed de his lege Roſinum Antiquit. Rom. lib. 5. cap. 2. De Ludorum generibus vide quæ no[s] ad Sal. Jugurth pag. 298. b. 2 Cùm eſſet ædilis. Ædiles dicti ſunt, teſte Varrone, qui ædes ſacras & privatas curarent. Horum tres fuerunt ordines, alii enim *Plebeii*, alii *Curules*, alii *Cereales* nuncupati ſunt. De his vide quæ nos ad Sal. Cat. pag. 151. a. Hoc tantum addemus (quod ad huju[s] loci illuſtrationem facit) Ædilium Curulium officium inter cætera fuiſſe, ludos ſacros & ſolennes inſtituere, ac procurare 3 Fabularum actorem mimum. *Hiſtriones* enim ſunt fabularum actores, qui perſonati in ſcen[a] fabulas agunt. Feſtus aſſerit eos ſic appellatos ab *Hiſtriâ* regione, ex qu[a] primùm venerunt: cui tamen refragatur Plutarchus, qui affirmat nome[n] *Hiſtrionibus* fuiſſe inditum, quia *hiſter* Tuſco verbo ludio vocabatur. 4 In memoriam reductum 5 Diminutæ & vilipenſæ. 6 Antiquiſſimi Romani, Herculi ſacrificantes. 7 Potitiorum. 8 Hercule. 9 Potitii. 10 Oculis privatus, exoculatus eſt. 11 Vehemens & acerbus. 12 Sc. læſi. 13 Ultor. 14 Quæ ſacrilegium commiſerant. 15 Sc. Tunicæ. 16 Quod erat opulentiſſimum apud Delphos. 17 Apollini[s]. 18 Seipſum interfecit. 19 Apollinis.

con-

conſecratum [1] templo ſuo [2] lucum à Turullio præfecto Antonii, ad naves ei faciendas, magna ex parte ſucciſum dolens, [3] inter ipſum nefarium miniſterium devictis partibus Antonii, imperio [4] Cæſaris deſtinatum morti Turullium, manifeſtis [5] numinis ſui viribus eum in lucum, quem violaverat, [6] traxit: effecitque Deus, ut [7] ibi potiſſimum à militibus Cæſarianis occiſus, eodem exitio, & everſis jam arboribus pœnas lueret, & adhuc [8] ſuperantibus, [9] impunitatem conſimilis injuriæ pareret: ſuamque venerationem, quam apud colentes maximam ſemper habuerat, multiplicaret.

20 Q. autem Fulvius Flaccus [10] impune non tulit, quod [11] in cenſura tegulas marmoreas ex [12] Junonis Laciniæ templo in [13] ædem Fortunæ Equeſtris, quam Romæ faciebat, [14] tranſtulit. Negatur enim, poſt hoc factum, [15] mente conſtitiſſe: quin etiam per ſummam ægritudinem animi expiravit, cum ex duobus filiis [16] in Illyrico militantibus, alterum [17] deceſſiſſe, alterum [18] graviter audiſſet affectum. [19] Cujus caſu motus ſenatus tegulas illico Locros reportandas curavit: decretique [20] circumſpectiſſima ſanctione impium opus cenſoris [21] retexuit.

1 Ad obſervantiam templi ſui.

2 Sylvam ſacram. *Lucus* autem eſt nemus arboribus denſum, Deo alicui ſacrum, per Antiphraſin à *luceo* dictum, quod *minimè luceat*. Alii à *lumine* crebro ſacrificiorum lucum appellant, quæ nocturno tempore illic fiebant.

3 Dum adhuc ligna ſeu trabes cæderentur.

4 Auguſti.

5 Divinitatis ſuæ.

6 Æſculapius.

7 Cum alibi occidi potuiſſet.

8 Reſtantibus aut extantibus, ſc. arboribus.

9 Ne quis poſteà eas impunè auderet evertere.

10 Non abſtulit, non tranſegit ſine punitione.

11 Dùm cenſor eſſet, qui alienos mores damnare conſueverat.

12 Lacinius latro fuit nobiliſſimus, qui extrema Italiæ multis latrociniis infeſtabat. Hunc Hercules cùm occidiſſet ad expiationem loci placationemque Junonis, quæ ſibi irata dicebatur: ei templum dedicavit: & à nomine latronis *Junonem Laciniam* appellavit.

13 Templum Deæ Fortunæ, quam ædem faciebat.

14 Sc. Locris Romam.

15 Compos mentis aut ſanâ mente fuiſſe.

16 In bello, quod geſſit Pop. Rom adverſus Perſen Macedoniæ regem & Illyricos.

17 Sc. de hoc mundo, id eſt, mortuum eſſe.

18 Gravi morbo laborantem.

19 Sc. Q. Fulvii calamitate.

20 Prudentiſſimâ.

21 Diſſolvit, delevit Similitudo ſumpta à textoribus: nam qui texunt fila, in ordinem redigunt; qui verò retexunt opus, in ordinem redactum delent. Ubi obiter nota præpoſitionem *Re* non ſemper ſignificare iterationem ſed aliquandò verbi ſignificationem, cum quo componitur, contrariam facere: ut *Recludo*, quod clauſum erat, pateſacio.

21 [1] Tam mehercule, quam Q. Pleminii legati Scipionis in theſauro Proſerpinæ ſpoliando ſceleratam avaritiam juſta animadverſione vindicavit: cum enim vinctum Romam protrahi juſſiſſet, is [2] ante cauſæ dictionem in carcere [3] teterrimo genere morbi conſumptus eſt: [4] pecuniam [5] Dea ejuſdem ſenatus imperio, & quidem ſummam duplicando, recuperavit.

## *Externa Exempla, obſervatæ vel neglectæ religionis.*

1 Quod quidem ad [6] Pleminii facinus pertinuit, benè à [7] patribus conſcriptis vindicatum eſt. Quod ad violentas regis Pyrrhi [8] ſordes attinuerat, ſeipſam [9] potenter atque efficaciter [10] Dea defendit. Coactis enim Locrenſibus, ex theſauro [11] ejus, magnam [12] illi pecuniam dare, cum onuſtus [13] nefaria præda navigaret, vi [14] ſubitæ tempeſtatis tota cum claſſe vicinis [15] Deæ littoribus [16] illiſus eſt: in [17] quibus pecunia [18] incolumis reperta, ſanctiſſimi [19] theſauri cuſtodiæ reſtituta eſt.

2 [20] At non ſimiliter [21] Maſiniſſa rex; cujus cum præfectus claſſis [22] Melitam [23] appuliſſet, èque fano Junonis dentes [24] eburneos eximiæ magnitudinis ſublatos, ad [25] eum pro dono attuliſſet: ut comperit unde advecti eſſent, [26] quinqueremi reportandos [27] Melitam, inque templo Junonis collocandos cu-

1 Tam Senatus retexuit impium factum Q. Fulvii Cenſoris, quantum vindicavit avaritiam, &c.
2 Antè purgationem facti, antequam cauſam diceret & ſe defenderet. Nam *cauſam dicere* dicitur reus, cum accuſationibus reſpondêre cogitur.
3 Diriſſimo, fœdiſſimo, ſc. pediculari morbo.
4 S. ablatam.
5 Proſerpina.
6 Legati Scipionis.
7 Senatu Romano.
8 Rapinas ſordidas, aut avaritiam: quia nihil hominem facit ſordidiorem, quam avaritia.
9 Quia ablata recepit.
10 Proſerpina.
11 Deæ.
12 Pyrrho.
13 Quia contrà fas, id eſt, jus divinum acceperat.
14 Subitò ortæ.
15 Templo ipſius Proſerpinæ. 16 Impactus eſt. 17 Littoribus. 18 Non ſubmerſa, nec imminuta à Pyrrho. 19 Id eſt, loci, ubi pecunia vel alia res pretioſa ſervanda reponebatur. 20 Scilicet *Pyrrhi fecit.* 21 Rex Numidarum. & amicus Pop. Rom. pater Micipſæ, de quo Saluſtius in Jugurth. 22 Inſulam in Siculo mari poſitam, haud longè à Sicilià. 23 Scilicet *claſſem.* 24 Elephantinos. 25 Maſiniſſam. 26 Scilicet navi, id eſt, habente quinque remorum ordines. 27 Inſulæ ejuſdem nominis urbem.

ravit, inſculptos [1] gentis ſuæ literis, ſignificantibus regem [2] ignorantem eos accepiſſe & [3] libenter Deæ reddidiſſe. 2 [4] Factum Maſiniſſæ plus animo, quam Punico ſanguini conveniens: quamquam quid attinet mores [5] natione pendi? [6] in media barbaria ortus, ſacrilegium reſcidit alienum.

3 [7] Syracuſis Dionyſius genitus, tot ſacrilegia ſua, quot jam [8] recognoſcimus, jocoſis dictis proſequi [9] voluptatis loco duxit: fano enim Proſerpinæ ſpoliato [10] Locris, cum per [11] altum [12] ſecundo vento claſſe veheretur, ridens amicis, Videtiſne, ait, quam bona navigatio ab ipſis Diis immortalibus [13] ſacrilegis tribuatur? Detracto etiam Jovi Olympio magni ponderis aureo [14] amiculo, quo [15] eum [16] tyrannus Hiero è [17] manubiis Carthaginenſium ornaverat, injectoque [18] ei laneo pallio, dixit; æſtate grave amiculum aureum eſſe, hieme frigidum: [19] laneum autem ad utrumque tempus anni aptius. [20] Idem [21] Epidauri [22] Æſculapio barbam auream demi juſſit: quod affirmaret, non convenire patrem Apollinem imberbem, ipſum barbatum conſpici. [23] Idem menſas argenteas, atque aureas è [24] fanis ſuſtulit: quodque in [25] his [26] more Græciæ ſcriptum erat, bonorum Deorum eas eſſe, uti ſe bonitate eorum prædicavit. Idem [27] victorias aureas, pateras, & coronas, quæ ſimulacrorum [28] porrectis manibus ſuſtinebantur, tollebat,

1 Numidicis ſeu Libycis. 2 Quòd ſacri eſſent. 3 Volentem, poſtquam reſcivit de templo Junonis fuiſſe ſublatos. 4 Quod factum eſt convenientius animo Maſiniſſæ, qui præter morem gentis fidus & juſtus erat, quam ſanguini Punico, quia ferè perfidi & ſacrilegi ſunt Pœni. 5 A loco, in quo contigit naſci, æſtimaris: quia ubique terrarum boni & mali non qui(d)em naſcuntur, ſed nati, fiunt. 6 Maſiniſſa natus in Numidiâ, irritum fecit ſacrilegium ab alio commiſſum. 7 Urbe clariſſimâ in Siciliâ, in quâ mores & philoſophorum præcepta vigebant. 8 Recenſemus. 9 Habuit ut rem voluptuoſam. 10 Urbe vicinâ Siciliæ. 11 Sc. mare. 12 Proſpero, utpote poſt tergum flante. 13 Q.d. nobis. 14 Parvo amictu, id eſt, palliolo. 15 Sc. Jovem. 16 Sc. Siciliæ. 17 Præda, quam Scipio abſtulerat Carthaginenſibus, & Hieroni dederat. 18 Jovi, id eſt, idolo ejus. 19 Sc. amiculum. 20 Dionyſius Tyrannus. 21 Ubi præcipuè colebatur. Epidaurus enim urbs eſt Epyri. 22 Apollinis filio & medicorum principi. 23 Dionyſius Tyrannus. 24 Ædibus ſacris. 25 Menſis. 26 Quia Græci, ut res ſacræ noſcerentur, inſcripſerunt eas nominibus Deorum. 27 Imagines victoriarum, aut Deæ Victoriæ. Solebant enim Imperatores, ex hoſtibus partâ victoriâ, ſtatuas quaſdam & imagines Deæ Victoriæ conſecrare. 28 Extenſis, quaſi quod ſuſtinerent offerentibus.

lebat, & eas ſe [1] accipere, non [2] auferre, dicebat: perquam ſtultum eſſe argumentando, à quibus bona precamur, ab his porrigentibus nolle ſumere. [3] Qui tametſi debita ſupplicia non [4] exſolvit, dedecore tamen [5] filii, mortuus pœnas [6] rependit, quas vivus effugerat. Lento enim gradu [7] ad vindictam ſui divina procedit ira: tarditatemque ſupplicii [8] gravitate compenſat.

4 [9] In quam ne incideret Thymaſitheus, [10] Liparitanorum princeps, conſilio ſibi pariter, atque univerſæ patriæ, [11] utili providit exemplo: [12] Excepta namque in freto [13] à civibus ſuis [14] piraticam exercentibus magni ponderis [15] aurea cratera, incitatoque ad eam partiendam populo, ut comperit à Romanis [16] Pythio Apollini [17] decimarum nomine dicatam, manibus venundantium ereptam Deo Delphos perferendam curavit.

5 [18] Mileſia Ceres, [19] Mileto ab Alexandro capta, [20] milites, qui templum ſpoliaturi irruperant, [21] flamma objecta privavit [22] oculis.

6 Perſæ mille navium numero [23] Delum compulſi, [24] templo Apollinis [25] religioſas potius manus [26] quam rapaces adhibuerunt.

7 Athenienſes Diagoram philoſophum [27] pepulerunt, quia ſcribere auſus fuerat, primum ignorare ſe, an Dii eſſent: deinde ſi ſint, quales ſint. [28] Iidem Socratem damnaverunt,

1 A dantibus. 2 Ab invitis. 3 Dionyſius. 4 Sc. in vitâ. 5 Dionyſii Junioris, qui regno turpiter pulſus eſt, & ex rege potentiſſimo ludimagiſter factus eſt. 6 Perſolvit. 7 Ad ſe vindicandam, id eſt, ad vindictam faciendam de injuriâ ſibi illatâ. 8 Quia tantò graviùs punit, quantò tardiùs venit. 9 Deorum vindictam aut iram. 10 Populorum Lipares inſulæ. 11 Ut etiam apud alios tale poſtea exemplum manaret: ut religioni venerationem habere vellent. 12 Per inſidias aut invaſiones. captâ. 13 A ſubditis ſuis Liparitanis. 14 Latrocinium maritimum. 15 Poculo ex ſolido auro. Declinatur autem hic *crater*, hujus *craterîs*, vel *craterôs*: unde accuſ. *hunc cratêra*: à quo fit nominativus primæ declin. *hæc cratera*, *hujus crateræ*. 16 *Pythius* Apollo dictus eſt à *Pythone* ſerpente, quem interfecit. 17 Ex debito decimarum, ſc. votarum à Camillo ex omni prædâ Vejentanâ. 18 A Mileſiis coli ſolita. 19 Urbe clariſſimâ in finibus Æoliæ. 20 Alexandrinos. 21 Nimiâ reſplendentiâ. 22 Viſu oculorum, id eſt, viſu. 23 Inſulam & patriam Apollinis & Dianæ, & ubi inſigne habuit templum oraculis clarum. 24 Quod in Delo erat. 25 Quia donaria auxerunt. 26 Quia nihil abſtulerunt. 27 Sc. ex urbe ſuâ. 28 Athenienſes.

quod

quod novam religionem introducere videbatur. Iidem [1] Phidiam tulerunt, quamdiu is marmore potius quam ebore Minervam fieri debere dicebat, quod [2] diutius nitor eſſet manſurus: ſed ut adjecit, & [3] vilius, [4] tacere juſſerunt.

8 Diomedon unus ex decem ducibus, qui Arginuſæ eadem pugna Athenienſibus victoriam, ſibi vero [5] damnationem [6] pepererunt: cum jam non ad meritum ſupplicium ducerentur, nihil aliud locutus, quam ut vota pro incolumitate exercitus ab [7] ipſo [8] nuncupata [9] ſolverentur.

1 Statuarium peritiſſimum paſſi ſunt & libenter audiverunt.
2 Sc. in marmore, quam in ebore.
3 Minore impenſâ.
4 Ut qui non recte ſentiret de animo Athenienſium, qui in Deâ colendâ non ſtuderent impenſæ parcere.
5 Sententiam mortis.
6 Acquiſiverunt.
7 Diomedonte.
8 Expreſsâ voce ſuſcepta.
9 A civitate Athenienſi.

## CAP. II.

# DE SIMULATA religione.

| A ROMANIS. | AB EXTERNIS. |
|---|---|
| 1 Numa Pompilio Rege. | 1 Minoë Cretenſium Rege. |
| 2 P. Scipione Africano majore. | 2 Piſiſtrato Athenienſi. |
| 3 L. Cornelio Sulla. | 3 Lycurgo Spartano. |
| 4 Q. Sertorio. | 4 Zaleuco Locrenſi. |

1 [1] NUma Pompilius, ut populum Romanum [2] ſacris obligaret, volebat videri ſibi cum Dea Ægeria congreſſus eſſe nocturnos: ejuſque monitu accepta diis immortalibus ſacra inſtituere.

2 Scipio Africanus non ante ad negotia publica vel privata ibat, quā in cella Jovis Capitolini

1 Secundus Romanorum rex Numa dictus eſt ἀπὸ τῶν νόμων, à *legibus*, quas conſtituit, auctore Servio ad 6. Æneid. Pater erat Pompo Pompilius. Non multum à quadrageſimo anno aberat, cum regnare inciperet.
2 Rebus divinis devinciret, quas alioqui non obſervaſſet.

tolini [1] moratus eſſet : [2] & ideo Jove genitus credebatur.

3 L. Sulla, quoties prœlium committere [3] deſtinabat, parvum Apollinis [4] ſignum Delphis ſublatum, in conſpectu militum complexus, [5] orabat uti [6] promiſſa maturaret.

4 Q. Sertorius per aſperos [7] Luſitaniæ colles cervam albam trahebat : ab ea ſe, quænam aut agenda, aut vitanda eſſent, prædicans admoneri.

1 Aliquantulum ſolus fuiſſet.
2 Quia Jovis auctoritate ſe omnia facere ſimulabat.
3 Proponebat.
4 Simulacrum & imaginem.
5 Sc. illud.
6 Promiſſam victoriam acceleraret.
7 Regionis Hiſpaniæ.

## EXTERNA.

1 Minos Cretenſium rex [8] nono quoque anno in quoddam [9] præaltum, & vetuſta religione conſecratum [10] ſpecus [11] ſecedere ſolebat : & in eo moratus tanquam à Jove, [12] quo ſe ortum ferebat, traditas ſibi leges [13] perrogabat.

2 [14] Piſiſtratus [15] in recuperanda tyrannide, quam amiſerat, [16] ſimulatione reducentis ſe in arcem Minervæ eſt uſus : cum per oſtentationem ignotæ mulieris, quæ Phya vocabatur, formatæ [17] ad habitum Deæ, Athenienſes deciperet.

3 [18] Lycurgus conſilio Apollinis [19] graviſſimæ Lacedæmoniorum civitati leges compoſitas ferre ſe perſuaſit.

4 Zaleucus [20] ſub nomine Minervæ apud Locrenſes prudentiſſimus habitus eſt.

8 Id eſt, ſemel per ſingulos novem annos.
9 Præ cæteris profundum.
10 Antrum.
11 Seorſum à conſpectu mortalium incedere & ingredi.
12 Quo Jove ſe progenitum aſſerebat.
13 Quadam eminentiâ auctoriſabat.
14 Hippocratis filius, doctrinâ & eloquentiâ inſignis.
15 Ad recipiendam dominationem in Athenas.
16 Simulavit ſe reduci in arcem urbis per Minervam, Deam Athenis ſummè venerabilem. 17 Ad figuram Minervæ : erat enim prægrandis & habitu Deæ ſpectabilis. 18 Legiſlator prudentiſſimus. 19 Quia rigidiſſimè vixerunt. 20 Quia ejus ſe conſilium ſequi dictabat.

## CAP. III.

# DE PEREGRINA RELIGIONE REJECTA.

1 A Senatu Romano.
2 A C. Cornelio Prætore.
3 A L. Æmilio Paulo *COS.*

**B**Acchanalium ſacrorum mos novus inſtitutus, cum ad pernicioſam veſaniam iretur, [1] ſublatus eſt.

1 Lutatius, qui primum [2] Punicum bellum [3] confecit, à ſenatu prohibitus eſt ſortes Fortunæ [4] Prænestinæ adire. [5] Auſpiciis enim patriis, non alienigenis rempublicam adminiſtrari oportere judicabant.

2 C. Cornelius Hiſpallus prætor peregrinus, M. Popillio Lænate, Cn. Calpurnio Coss. edicto [6] Chaldæos intra decimum [7] diem abire ex Urbe, atque Italia juſſit: levibus & ineptis [8] ingeniis, fallaci ſiderum interpretatione quæſtuoſam mendaciis ſuis [9] caliginem injicientes.

Idem, qui Sabazii Jovis cultu ſimulato mores Romanos inficere conati ſunt, domos ſuas repetere coëgit.

3 L. Æmilius Paulus conſul, cum ſenatus [10] Iſidis & Serapidis [11] fana diruenda cenſuiſſet, eaque nemo opificum attingere auderet; [12] poſita prætexta ſecurim arripuit, [13] templique ejus foribus inflixit.

1 Penitùs extinctus.
2 Carthaginenſe, geſtum à Romanis cum Pœnis. Pœni enim dicuntur Carthaginenſes, quaſi *Phœni*. Nam de Tyro, parte Phœnicis regionis, venerunt, qui Carthaginem condiderunt: indè Punicus id eſt, Carthaginenſis. Tria autem Romani cum Pœnis ſive Carthaginenſibus bella geſſerunt: de quibus vide, quæ nos ad Sal. Jugur. p. 105. a.
3 Finivit.
4 Quæ apud Præneſte colebatur.

5 *Auſpicium* dictum eſt quaſi *aviſpecium* ab *inſpiciendis avibus*, cum haruſpex per inſpectionem captabat auſpicium. Inter *auſpicium* & *augurium* quidam hoc diſcrimen ſtatuunt, ut *auſpicium* ſit avium conſpectio, & quod ex volatu avium, & vocibus ſignificatur; *augurium* verò, quod rerum omnium conjecturas prudenter ac diligenter complectitur: & tamen *augurium* quoque ab *avibus* ac *gerendo* dicitur, quaſi *avigerium* ſive *avigarrium*, ab *avium garritu*.
6 Sc Profeſſores Aſtrologiæ 7 Sc. ab edicto. 8 Sc. vulgi: prudentibus enim non poterant perſuadere. 9 Obſcuram rerum prædictionem. 10 Numinum Ægyptiorum. 11 Templa dirui oportere. 12 Depoſita veſte patritiâ. 13 In quo illi colebantur.

## CAP. IV.

# DE AUSPICIIS.

QUÆ CEPERE Romani.

1 Attius Navus Augur.
2 Ti. Gracchus. Ti. F. trib. plebis.
3 P. Claudius Pulcher, & L. Jun. Pullus Coſſ.
4 L. Metellus Pont. Max.
5 M. Tullius Cicero.
6 M. Jun. Brutus Procoſ.

EXTERNI.

1 Alexander Magnus.
2 Dejotarus rex.

I [1] LUcius Tarquinius Rex [2] centuriis equitum, quas Romulus [3] auſpicato conſcripſerat, [4] alias adjicere cupiens; cum ab Attio Navo augure prohiberetur, [5] offenſus interrogavit, poſſetne fieri, quod ipſe mente conceperat? Poſſe fieri [6] dicente: juſſit [7] novacula [8] cotem diſcindi. [9] Qua Attius allata, adminiſtrato incredibili facto, [10] effectum ſuæ profeſſionis oculis regis ſubjecit.

2 T. Gracchus, cum [11] ad res novas [12] pararetur, auſpicia domi prima luce petiit: quæ illi perquam triſtia reſponderunt. Nam janua egreſſus, ita pedem [13] offendit, ut [14] digitus ei [15] decuteretur: tres deinde corvi [16] in eum adverſum occinentes, partem tegulæ [17] decuſſam ante ipſum protulerunt. Quibus omnibus contemptis, à Scipione Naſica pontifice maximo [18] decuſſus Capitolio, [19] fragmento ſubſellii ictus procubuit.

3 P. Claudius bello Punico primo, cum prœlium navale [20] committere vellet, [21] auſpiciaque more majorum petiiſſet, & [22] pullarius non [23] exire cavea pullos nuntiaſſet, abjici eos in

1 Sc. Priſcus, rex Romanorum.
2 Erant autem Rhamnenſes, Tatienſes & Luceres.
3 Capto auſpicio.
4 Centurias, ut plures haberet equites.
5 Propter inhibitionem.
6 Sc. augure, jam capto augurio & conſultis avibus.
7 Cultro raſorio.
8 Duriſſimum lapidem.
9 Cote.
10 Efficaciam: quia cotem diſſecuit.
11 Utpote ad legem Agrariam promulgandam.
12 Diſponeretur.
13 Læſit ad objectum lapidem aut limen.
14 Sc. pedis
15 De ſtatione quateretur.
16 In eum oppoſitum raucâ voce clamantes.
17 De tecto.
18 In terram.
19 Fruſto ſcabelli illic arrepti percuſſus in mortem procubuit.
20 Sc. cum Carthaginenſibus.
21 Avium inſpectione rem ſtabiliri.
22 Augur, qui ad hoc pullos ſervabat.
23 Nam ex geſtu exeuntium judicabant.

mare

mare juſſit, dicens, Quia [1] eſſe nolunt, [2] bibant. Et L. Junius P. Claudii [3] collega [4] neglectis auſpiciis, claſſem tempeſtate amiſit. Quorum ille populi judicio concidit, damnationiſque hic ignominiam voluntaria morte prævenit.

4 Cum Metellus pontif. maximus, [5] Tuſculanum peteret, corvi duo [6] in os ejus adverſum veluti iter impedientes advolaverunt: [7] vixque extuderunt, ut domum rediret. [8] Inſequente noctu ædes Veſtæ arſit: quo incendio, Metellus inter ipſos ignes raptum [9] Palladium [10] incolume ſervavit.

5 M. Ciceroni mors imminens [11] auſpicio prædicta eſt: cum enim in villa [12] Cajetana eſſet, corvus in conſpectu ejus [13] horologii ferrum loco motum excuſſit, & protinus ad [14] ipſum [15] tetendit, ac [16] laciniam togæ eouſque morſu tenuit; donec ſervus ad occidendum eum milites veniſſe nunciaret.

6 [17] M. Brutus cum reliquias exercitus ſui adverſus [18] Cæſarem & Antonium eduxiſſet, duæ aquilæ [19] ex diverſis caſtris advolaverunt, & edita inter ſe pugna, [20] ea, quæ à parte Bruti fuerat, [21] male multata fugit.

## EXTERNA.

1 Cum Rex [22] Alexander [23] urbem in Ægypto conſtituere vellet, [24] architectus Dinocrates cum [25] cretam non haberet, [26] polentaque futuræ urbis lineamenta duxiſſet, ingens avium multitudo proximo lacu emerſa, polentam [27] depaſta eſt: [28] quod ſacerdotes Ægy-

1 Capere eſcam egreſſæ caveam.
2 Sc. in mare projecti.
3 Socius in conſulatu. Collegæ enim dicuntur duo vel plures in dignitate & honore ſocii; à *legendo*, id eſt, eligendo dicti, teſte Varrone, quòd ſimul electi ſint.
4 Contemptis.
5 Sc. agrum.
6 In faciem ejus objectam illis.
7 Et ſummâ cum difficultate effecerunt.
8 Sc. reditum ejus.
9 Simulacrum Palladis ex Ilio traductum.
10 Illæſum.
11 Avis aſpectione.
12 Juxtà Cajetam, urbem maritimam Italiæ.
13 Quod in horologio ſolari umbras faciebat.
14 Sc. Ciceronem.
15 Ut indicaret illi non ſupereſſe horam vitæ.
16 Pendulam partem.
17 Unus ex interfectoribus Julii Cæſaris. 18 Auguſtum. 19 Quia alter ex caſtris Bruti, alter ex caſtris hoſtilibus advolabat. 20 Sc. aquila, quæ ex caſtris Bruti proceſſerat. 21 In malum ſuum afflicta ab adverſariâ. 22 Sc. Magnus. 23 Alexandriam. 24 Princeps ædificiorum faciendorum. 25 Terram albam 26 Genere pultis ex farre candido. 27 Devoravit. 28 Sc. Auſpicium.

ptiorum interpretati ſunt, advenarum [1] fre quentiæ alimentis ſuffecturam urbem.

2 [2] Dejotaro verò regi omnia fere [3] auſpi catò gerenti ſalutaris aquilæ conſpectus fuit: [4] qua viſa, [5] abſtinuit ſe ab ejus tecti uſu, quod nocte inſequenti, ruina [6] ſolo æquatum eſt.

1 Multitudinis. Derivatur enim à *frequens*, id eſt, creber, plenus: undè *frequens locus* dicitur, quem frequentare multi ſolent. Sic *urbs frequens platea frequens*, ubi multi homines aut habitant, aut diverſantur. Sic *frequens tem plum* dicitur, in quod multi conveniunt, & quod multi frequentant. 2 Re gi Siciliæ, quem Cicero defendit. 3 Auſpicio præviſa. 4 Aquilâ. 5 Alienavit. 6 Quia corruit.

## CAP. V.

## DE OMINIBUS.

**QUÆ ACCEPERE Romani.**

1 Patres conſcripti.
2 M. Furius Camillus Dictator.
3 L. Æmil. Paullus Coſ.
4 Cæcilia Metelli.
5 C. Marius exul.
6 Cn. Pompejus Magn. Procoſ.
7 M. Brutus Procoſ.
8 C. Caſſius Procoſ.
9 Q. Petillius Coſ.

**EXTERNI.**

1 Prieneñſes.
2 Apolloniatæ.

[1] OMinum etiam obſervatio [2] contactu aliquo religionis innexa eſt: quoniam non fortuito motu, ſed divina providentia conſtare creditur.

1 [3] Quæ effecit, ut [4] Urbe à Gallis disjecta, deliberantibus P. C. utrum Vejos migrarent, an ſua mœnia reſtituerent; fortè eo tempore [5] è præſidio cohortibus redeuntibus, centurio in [6] Comitio exclamaret, Signifer, [7] ſtatue ſignum, hic optime manebimus. Ea enim voce audita, ſenatus ſe [8] accipere omen reſpondit, [9] è veſtigioque Vejos tranſeundi conſilium omiſit. Quam paucis verbis de domicilio futuri ſummi imperii confirmata eſt conditio! Credo indignum Diis exiſtimanti-

1 Omen dictum eſt quaſi Oremen, futuræ rei pronunciatio.
2 Conjunctione & affinitate.
3 Obſervatio ſc.
4 Româ.
5 E loco, ubi præſidia poſita fuerant.
6 Eo campo, quo ad ſuffragia populus coire ſolebat.
7 Fige in terram vexillum.
8 Acceptum habere.
9 Illicò, ſtatim.

bus,

bus, [1] proſperis auſpiciis Romanum nomen ortum, [2] Vejentanæ urbis appellatione mutari, [3] inclytæque victoriæ decus [4] modò abjectæ Urbis ruinis [5] infundi.

2 [6] Hujus tam præclari operis auctor Camillus, cùm eſſet precatus, ut ſi cui Deorum nimia felicitas populi Rom. videretur: [7] ejus [8] invidia, [9] ſuo aliquo incommodo ſatiaretur, [10] ſubito lapſu decidit, [11] quod omen ad [12] damnationem, qua [13] poſtea oppreſſus eſt, pertinuiſſe viſum eſt. [14] Merito autem de laude inter ſe, victoria, & pia precatio ampliſſimi [15] viri certaverunt: æquè enim virtutis eſt & bona patriæ auxiſſe, & mala in ſe transferri voluiſſe.

3 [16] Quid illud, quod L. Paulo conſuli evenit: quam memorabile! cum ei [17] ſorte eveniſſet ut bellum cùm [18] rege Perſe gereret, & domum è curia regreſſus, filiolam ſuam nomine Tertiam, quæ tum erat admodum parvula, oſculatus, triſtem animadverteret: interrogavit, quid ita eo vultu eſſet? quæ reſpondit, Perſam periiſſe: [19] deceſſerat autem [20] catellus, quem puella in deliciis habuerat, [21] nomine Perſa. [22] Arripuit igitur omen Paulus, èque fortuito [23] dicto, quaſi ſpem certam [24] clariſſimi triumphi animo præſumſit.

4 At Cæcilia [25] Metelli, dum ſororis filiæ, adultæ ætatis virgini, more priſco, [26] nocte concubia [27] nuptialia petit, omen ipſa fecit. Nam cum in [28] ſacello quodam [29] ejus rei gra-

1 Romuli & Remi, quorum alteri ſex, alteri duodecim vultures apparuerunt.
2 Ut Romani deinde Vejentes dicerentur.
3 Quam Romani ex Vejentibus pepererant, urbe eorum captâ.
4 Paulò antè.
5 Miſceri.
6 Ut Veji caperentur, & eò non migraretur, aut ut reſtituerentur mænia urbis Romæ.
7 Dei.
8 Ob captam urbem Vejorum.
9 Sc. precantis Camilli.
10 Inopinato caſu in terram cecidit.
11 Lapſus ſc.
12 Camilli.
13 Quia in exilium pulſus eſt.
14 Non facilè enim diſcerneres, utrùm laudanda magis ſit victoria Camilli, quâ Vejos vicit; an ipſa precatio, quâ Deos oravit, ut in ſe malum omen converteretur.
15 Camilli.
16 Quid dicendum putas de illo omine.
17 Conſules enim ſortiri inter ſe provincias ſolebant.
18 Macedoniæ.
19 Mortuus fuerat.
20 Parvus canis.
21 Canes enim à fluminibus, aut regionibus, aut colore nomina ſæpe ſumunt.
22 Avidè accepit, & ratum habuit ab ore prolatum rei eventum Paulus Æmilius.
23 Puellæ.
24 Quem poſteà de Perſe egit.
25 Sc. Uxor.
26 Quâ homines ſimul cubare ſolent & quieſcere.
27 Pertinentia ad nuptias.
28 Parte templi, quam Capellam vocant.
29 Nuptialium ominum causâ.

tia,

tia, aliquandiu perſediſſet, nec ulla vox [1] propoſito congruens eſſet audita; feſſa longa ſtandi mora puella, rogavit [2] materteram ut ſibi pauliſper locum reſidendi accommodaret: cui [3] illa, Eho vero, inquit, libenter [4] tibi mea ſede cedo. Quod dictum ab [5] indulgentia profectum, ad certi ominis proceſſit eventum: quoniam Metellus non ita multo poſt mortua Cæcilia, virginem, de qua loquor, in matrimonium duxit.

5 C. autem [6] Mario obſervatio ominis procul dubio ſaluti fuit, quo tempore hoſtis à ſenatu judicatus in domum Fanniæ [7] Minturnis cuſtodiæ cauſa deductus eſt: Animadvertit enim, aſellum, cum ei pabulum objiceretur, neglecto eo, ad aquam procurrentem: Quo ſpectaculo, Deorum providentia quod ſequeretur, oblatum ratus, alioquin etiam interpretandarum [8] religionum peritiſſimus; à [9] multitudine, quæ ad opem illi ferendam confluxerat, impetravit ut ad mare perduceretur: Ac protinus naviculam conſcendit: eaque in Africam pervectus, arma Sullæ [10] victricia effugit.

6 Pompejus verò Magnus [11] in acie Pharſalica victus à Cæſare, fuga quærens ſalutem, curſu in inſulam Cyprum (ut aliquid in ea virium [12] contraheret) claſſem direxit: [13] appellenſque ad oppidum Paphum, conſpexit in littore ſpecioſum ædificium: [14] gubernatoremque interrogavit, quod [15] ei nomen eſſet: qui reſpondit, [16] κακοβασιλέα vocari: quæ vox ſpem [17] ejus, quantulacunque reſtabat, comminuit. [18] Neque id diſſimulanter tulit: avertit enim oculos [19] ab illis tectis, ac dolorem, quem ex [20] diro omine conceperat, gemitu perfecit.

1 Pertinens ad nuptias virginis.
2 Matris ſuæ ſororem, ſcilicet Cæciliam.
3 Cæcilia.
4 Do tibi ſedem meam ut ſedeas.
5 Affectione in puellam.
6 Qui ſepties conſulatum, antequam moreretur, geſſit.
7 Ad villam juxtà paludes, in quibus repertus erat.
8 Quæ ad divinationem pertinerent.
9 Præſertim Minturnenſium.
10 A quibus victus fuerat.
11 In conflictu apud Pharſaliam, urbem Æmathiæ.
12 Congregaret.
13 Scilicet claſſem aut ſe.
14 Scilicet Navis.
15 Ædificio.
16 Malum regem, ſicut Ptolomæorum expertus eſt: nam κακὸς eſt malus, & βασιλεὺς rex.
17 Pompeji.
18 Neque eam ſpei depoſitionem diſſimulanter paſſus eſt.
19 Tam mali ſc. ominis.
20 Execrabili.

7 M. [1] etiam

7 M. [1] etiam Bruti dignus admiſſo [2] parricidio, eventus omine [3] deſignatus eſt: Siquidem [4] poſt illud nefarium opus, natalem ſuum celebrans, cum Græcum verſum expromere vellet, ad illud potiſſimum Homericum referendum [5] animo tetendit.

[6] Ἀλλά με μοῖρ' ὀλοὴ καὶ Λητοῦς ἔκτανεν υἱός.

[7] Qui Deus [8] Philippenſi acie, à [9] Cæſare & [10] Antonio [11] ſigno datus, in [12] eum tela convertit.

8 [13] Conſentaneo vocis jactu C. Caſſii aurem fortuna pervellit, [14] quæ orantibus Rhodiis, ne ab [15] eo cunctis deorum ſimulacris ſpoliarentur, [16] Solem à ſe relinqui reſpondere voluit: ut rapaciſſimi [17] victoris [18] inſolentiam, dicti tumore [19] pertraheret, [20] abjectumque [21] Macedonica pugna, non effigiem Solis, quam tantummodo [22] ſupplicibus [23] ceſſerat, ſed ipſum [24] Solem re vera relinquere cogeret.

9 Annotatu dignum illud quoque omen, ſub quo Petilius conſul in [25] Liguria bellum gerens [26] occidit. Nam cum montem, cui Leto cognomen erat, [27] oppugnaret: interque adhortationem militum dixiſſet: Hodiè ego [28] Letum utique capiam: inconſideratius prælianʼdo, [29] fortuitum jactum vocis [30] leto ſuo confirmavit.

1 Non ſolùm Pompeji.
2 Dum Cæſarem Patrem Patriæ, & etiam ſuum occidit. Nam Cæſar tribus & viginti vulneribus confoſſus eſt, uno tantum gemitu ad primum ictum emiſſo.
3 Præfiguratus.
4 Cædem Julii Cæſaris.
5 Animus illi tractus eſt.
6 Quod Latinè ſic ſonat: *Sed me Parca ferox Latoræque obruit infans.*
7 Apollo.
8 In conflictu Pharſalico.
9 Auguſto.
10 Ejus ſocio.
11 Ut ſit ſignum ſeu vexillum.
12 Marcum Brutum.
13 Conformi ad eventum rei ſuperbâ emiſſione reſponſi fortuna C. Caſſium futuri exitii admonuit.

14 Fortuna. 15 Caſſio. 16 Solis ſimulachrum. 17 Caſſii. 18 Superbam petulantiam. 19 Extenderet & ampliaret. 20 A ſpe victoriæ, priuſquam victus eſſet. 21 In Macedoniâ ad Philippos contra Auguſtum geſtâ. 22 Scilicet Rhodiis. 23 Conceſſerat. 24 Lucem hujus mundi cum vitâ. 25 Parte illâ Italiæ Galliæ Ciſalpinæ conterminâ. 26 Mortem obiit. 27 Scilicet Petilius. 28 Montem. 29 Incertam aleam. 30 Nece ſuâ.

## EXTERNA.

1 Adjici [1] noſtris duo [2] ejuſdem generis [3] alienigena exempla non abſurdè poſſunt. Samii, [4] Prienenſibus auxilium adverſus Caras implorantibus, arrogantia inſtincti, [5] pro claſſe & exercitu [6] cymbulam eis [7] deriſus gratia miſerunt. Quam illi [8] velut divinitus datum præſidium interpretati, libenter acceptam, vera [9] fatorum prædictione, victoriæ ducem habuerunt.

2 Neque [10] Apolloniatæ quidem [11] pœnitentiam egerunt, quod cum bello Illyrico preſſi, Epidamnios, ut ſibi opem ferrent, oraſſent: atque [12] illi flumen vicinum mœnibus [13] ſuis nomine Æantem in adjutorium ſe mittere dixiſſent, Accipimus, [14] quod datur, reſponderunt: [15] eique primum in acie locum, perinde ac duci aſſignaverunt. [16] Ex inſperato enim ſuperatis hoſtibus, ſucceſſum ſuum in omen acceptum referentes, ex tunc Æanti ut Deo immolaverunt, & deinceps in omnibus prœliis uti ducem conſtituerunt.

1 Romanis exemplis.
2 Admirabilis ominis.
3 Externa.
4 Civibus Prienes, civitatis Joniæ, Biantis patriæ.
5 Loco claſſis & exercitus.
6 Naviculam, vel lembum.
7 Deriſionis.
8 Prienenſes.
9 Futurorum eventuum.
10 Cives Apolloniæ civitatis in Epyro.
11 Non pœnituit eos.
12 Epidamnii.
13 Apolloniatarum.
14 Sc. auxilium, id eſt, Æantem.
15 Æanti, hoc eſt, ejus imagini.
16 Præter ſpem.

# CAP. VI.

# DE PRODIGIIS.

## QUÆ EVENERE Romanis.

1 Ser. Tullio regi.
2 L. Marcio Centurioni.
3 Populo Rom. ac Vejentibus.
4 L. Syllæ Procoſ.
5 Populo Rom. diverſis temporibus.
6 C. Flaminio Coſ.
7 C. Hoſtilio Mancino Coſ.
8 Ti. Graccho Procoſ.
9 M. Claudio Marcello *Coſ. V.*
10 Cn. Octavio *Coſ.*
11 M. Licinio Craſſo Procoſ.
12 Cn. Pompejo Magno Procoſ.
13 C. Julio Cæſari Dictatori.

## EXTERNIS.

1 Xerxi Perſarum Regi.
2 Midæ Phrygum Regi infanti.
3 Platoni Phil. infanti.

[1] PRODIGIORUM quoque, quæ aut ſecunda, aut adverſa acciderunt, [2] debita propoſito noſtro relatio eſt.

1 Ser. Tullio [3] etiam tum puerulo [4] dormienti, circu caput flammam emicuiſſe, [5] domeſtici oculi annotaverunt. Quod prodigium Priſci Tarquinii Regis uxor Tanaquil admirata, Servium [6] ſerva natum, [7] in modum filii educavit, & ad [8] regium faſtigium evexit.

2 [9] Æque felicis eventus illa flamma, quæ ex L. Marcii ducis duorum exercituum, quos interitus P. & Cn. Scipionum in Hiſpania debilitaverat, capite [10] concionantis eluxit. Namque [11] ejus aſpectu pavidi [12] adhuc milites, [13] priſtinam recuperare fortitudinem admoniti, octo & triginta millibus hoſtium cæſis, magnoque [14] numero [15] in poteſtatem re-

1 Rectè, inquit, ominibus prodigia ſubjunguntur, ſunt enim inter ſe quadam affinitate conjuncta.
2 Pertinet etiam ad inſtitutum opus.
3 Tùm adhuc.
4 Sc. in regiâ.
5 Domeſticorum & familiarium Tanaquilis, quæ erat uxor Tarquinii Priſci.
6 Captivâ, nobili tamen ſanguine.
7 Perinde ac ſi fuiſſet filius.
8 Culmen regium: quia ex ſervo regem fecit.

9 Ac flamma, quæ apparuit in capite Servii Tullii. 10 Ad milites concionem ſeu orationem adhortatoriam habentis. 11 Flammæ. 12 Ob cladem paulò ante acceptam. 13 Quam antè cladem habuerant. 14 Sc. hoſtium. 15 Capto.

dacto, [1] bina caſtra Punicis opibus referta ceperunt.

3 Item cum bello [2] acri & diutino [3] Vejentes à Romanis intra [4] mœnia compulſi, capi non poſſent, eaque mora non minus [5] obſidentibus, quam [6] obſeſſis intolerabilis videretur, exoptatæ victoriæ [7] iter miro prodigio Dii immortales patefecerunt. Subito enim Albanus lacus, neque [8] cæleſtibus imbribus auctus, neque [9] inundatione ullius amnis adjutus, [10] ſolitum ſtagni modum exceſſit: cujus rei explorandæ gratiæ, [11] legati ad Delphicum [12] oraculum miſſi retulerunt præcipi [13] ſortibus, ut aquam [14] lacus ejus [15] emiſſam, per agros diffunderent: ſic enim [16] Vejos in poteſtatem populi Romani venturos. Quod prius quam legati renuntiarent, aruſpex Vejentium à milite noſtro (quia [17] domeſtici interpretes deerant) raptus, & in caſtra perlatus futurum dixerat. Ergo ſenatus [18] duplici prædictione monitus, eodem penè tempore, & [19] religioni paruit, [20] & hoſtium urbe potitus eſt.

4 [21] Nec parum proſperi ſucceſſus eſt, quod ſequitur. L. Sulla Procos. [22] ſociali bello cum in agro [23] Nolano ante [24] prætorium immolaret, ſubito ab ima parte aræ prolapſam anguem proſpexit. Qua viſa, Poſtumi aruſpicis hortatu continuo exercitum in expeditionem eduxit, ac fortiſſima Samnitum caſtra cepit. Quæ victoria futuræ ejus ampliſſimæ potentiæ [25] gradus & fundamentum extitit.

5 Præcipuæ admirationis etiam illa prodigia, quæ P. Volumnio, Ser. Sulpitio Coss. in Urbe noſtra inter initia motuſque bellorum

1 Duo munimenta exercituum ſub dio degentium oppleta opibus Carthaginienſibus.
2 Aſpero & vehementi.
3 Populi Italiæ non longè à Româ.
4 Veſorum.
5 Romanis.
6 Veſentibus.
7 Aditum.
8 Pluvia vehementi ab aëre delapsâ.
9 Influxu.
10 Conſuetam alvei, intrà quem ſtagnare ſolebat, menſuram ſuperavit.
11 Romani.
12 Reſponſum vocale.
13 A reſponſis Dei. Horat. *Dictæ per carmina ſortes.*
14 Albani.
15 Stagno aut alveo ſuo.
16 Quam rem, ſc. Vejos ſic poſſe capi.
17 Romani.
18 Apollinis Delphici per legatos, & Haruſpicis Vejentis.
19 Mandato religioſo Deorum.
20 Et Vejos urbem cepit.
21 Et multum. 22 Cum Latinis, qui priùs ſocii fuerant, geſto. 23 Nolæ urbis. 24 Tabernaculum prætoris. 25 Medium aut occaſio perveniendi ad ampliſſimam potentiam. Sylla enim hinc opes ſuas cœpit augere, & hac victoria clarior factus, majora ſuſcipere, non dubitavit.

ac

accideruut. [1] Bos namque, [2] mugitu in ſermonem humanum converſo, novitate [3] monſtri audientium animos exterruit. Carnis quoque in modum [4] nimbi diſſipatæ partes ceciderunt: [5] quarum majorem numerum [6] præpetes diripuerunt aves, [7] reliquum humi per aliquot dies, neque [8] odore tetro, neque deformi aſpectu mutatum jacuit.

Ejuſdem generis monſtra alio tumultu credita ſunt: Infantem [9] ſemeſtrem [10] in foro boario [11] triumphum proclamaſſe. [12] Alium cum elephantino capite natum.

[13] In Piceno lapidibus pluiſſe. In Gallia lupum [14] vigili è vagina gladium abſtuliſſe. In Sicilia ſcuta duo [15] ſanguinem ſudaſſe. [16] Etiam metentibus apud Antium cruentas ſpicas in [17] corbem decidiſſe. [18] Cerites aquas ſanguine miſtas fluxiſſe. Bello etiam Punico ſecundo conſtitit Cn. Domitio bovem dixiſſe, Cave tibi Roma.

6 C. autem Flaminius cum [19] inauſpicato conſul creatus, apud lacum [20] Traſimenum, cum [21] Annibale [22] conflicturus, [23] convelli ſigna juberet, lapſo equo, ſuper caput ejus [24] humi proſtratus eſt: Nihilque [25] eo prodigio inhibitus, ſigniferis negantibus ſigna moveri [26] ſua

1 Sc. fœmella, id eſt, vacca.
2 Bos, quæ antè mugire conſueverat, humanis verbis locuta eſt: nam dixiſſe fertur, *cave tibi Roma.*
3 Inauditi prodigii.
4 Denſi imbris. Nimbus eſt ventus cum pluvia: eſt etiam denſitas nubis in tempeſtate obſcurâ.
5 Partium carnis.
6 Feſtinæ, & priuſquam caderent, eas petentes, aut ad auguria aptæ. *Præpetes* enim *aves* ſunt, quarum volatu futura prænoſcimus, id eſt, auguria faciunt: dictæ *præpetes*, quaſi *priora petentes*, quia priora petunt volantes.

7 Sc. partium carnis, id eſt, quod relictum erat, & non direptum ab avibus. 8 Quia non contraxit fœtorem. 9 Sex menſes natum. 10 Livius lib. xxi. in foro olitorio locutum dicit. 11 Clamando, Iô triumphe, denunciaſſe futurum triumphum. 12 Et creditum eſt alium infantem natum cum capite elephantis. 13 Et creditum eſt in Piceno ſcilicet agro, id eſt, in agro, qui eſt propè Picenum (regionem Italiæ trans montem Apenninum, ab ipſis montibus uſque ad mare Adriaticum extenſam) lapides in morem pluviæ deciddiſſe. 14 Nocturnas excubias agenti. 15 Sanguinem ſudantium more emiſiſſe: quod ſignificat laborem bellicum, qui poſtea ſecutus eſt. 16 Scilicet creditum eſt. 17 Vas vimineum, in quod colliguntur ſpicæ. 18 In Cærite oppido. 19 Non captis auſpiciis, infeliciter. 20 Peruſinum. 21 Carthaginenſium duce. 22 Pugnaturus, manus conſerturus. 23 Terrâ extrahi. 24 In terram. 25 Illo oſtento futuri caſus ab incepto retractus. 26 A terrâ, cui inhærebant.

ſede poſſe; [1] Malum, ni ea continuo effodiſſent, [2] minatus eſt. Verum hujus temeritatis, utinam ſua tantum, non etiam pop. Romani maxima clade pœnas pependiſſet! in ea namque acie XV. millia Romanorum cæſa, VI. millia capta, [3] XX. millia fugata ſunt. [4] Conſulis obtruncati corpus [5] ad funerandum [6] ab Annibale quæſitum eſt, [7] qui, quantum in ipſo fuerat, Romanum [8] ſepelierat imperium.

7 Flaminii autem [9] præcipitem audaciam C. Hoſtilius Mancinus [10] veſana perſeverantia ſubſequitur: [11] cui conſuli in Hiſpaniam ituro hæc prodigia acciderunt: Cum [12] Lavinii ſacrificium facere vellet, pulli [13] cavea emiſſi in proximam ſylvam fugerunt, ſummaque diligentia quæſiti reperiri nequiverunt. Cumque ab [14] Herculis portu, [15] quò pedibus pervenerat, navem conſcenderet, talis vox ſine ullo auctore ad aures ejus pervenit, Mancine mane. [16] Qua territus, cum itinere converſo [17] Genuam petiſſet, & ibi [18] ſcapham eſſet ingreſſus, anguis eximiæ magnitudinis viſus è conſpectu abiit: Ergo numerum prodigiorum numero calamitatum æquavit, [19] infelici pugna, [20] turpi fœdere, [21] deditione funeſta.

8 [22] Minus miram in homine [23] parum conſiderato [24] temeritatem Ti. Gracchi graviſſimi

1 Verbera, necem.
2 Sc. Signiferis.
3 Hinc conſtat XLI. millia in eo prœlio contrà Hannibalem ſtetiſſe.
4 C. Flaminii, cui caput erat ablatum.
5 Ad funus faciendum, ut ſepulturæ mandaret.
6 Juſſu Hannibalis.
7 Conſul.
8 Quia niſi Dii proſpexiſſent, actum fuiſſet de imperio Romano.
9 Temerariam.
10 Multum inſanâ, ſtultâ pertinaciâ imitatur.
11 Cajo hoſtilio.
12 Italiæ oppidi.
13 Ut ſc. paſcerent, & ex paſtu futura pullarius dijudicaret.
14 Monœci.
15 Ad quem.
16 Sc voce.
17 Urbem Liguriæ præcipuam. 18 Naviculam. 19 Quia victus eſt cum ingenti multitudine à paucis: nam fuerunt XXX. millia Rom à IV. millibus Numantinorum ſuperata: quam pugnam fuga pullorum ſuperavit. 20 Quia ſe in hoſtium poteſtatem dedidit, & injuſſu Pop. Rom. fœdus iniquis conditionibus fecit cum Numantinis: quod vox minata eſt. 21 Quia Senatus cenſuit ut hoſtibus traderetur, & fœdus irritum fieret. 22 Quia minus mirandum eſt, quod homo inconſideratus per temeritatem triſtem habuerit exitum, quam quod civis graviſſimus nequiverit prodigii triſtis exitum vitare. 23 Parum providenti, & futura non ſatis conſideranti. 24 *Temeritas* dicitur, cùm aliquid ſine conſilio & cogitatione facimus: *conſilium* verò eſt aliquid faciendi aut non faciendi excogitata ratio. Dicit ergò, cum prodigium triſtis exitus denunciatum eſſet Ti. Graccho, nec illud conſilio etiam uſus vitare potuerit, minùs mirandum videtur de temeritate Mancini: quia & ipſum pariter fata traxerunt.

civis

civis triſtis exitus, & prodigio denuntiatus, nec evitatus conſilio, facit. Procos. enim cum in Lucanis ſacrificaret, angues duo ex occulto prolapſi, repentè hoſtiæ, quam immolaverat, adeſo jocinore, in [1] eaſdem latebras ſe retulerunt. Ob id deinde [2] factum, inſtaurato ſacrificio, [3] idem prodigii evenit. Tertia quoque cæſa victima, diligentiuſque aſſervàtis extis, neque allapſus ſerpentum arceri, neque fuga [4] impediri potuit. [5] Quod quamvis [6] aruſpices ad ſalutem Imperatoris pertinere dixiſſent; Gracchus tamen non cavit, ne perfidi hoſpitis ſui Flavii inſidiis in eum locum deductus, in quo Pœnorum dux Mago cum [7] armata manu delituerat, inermis [8] occideretur.

9 Et [9] conſulatus collegium, & [10] erroris ſocietas, [11] & par genus mortis à [12] Ti. Graccho ad Marcelli memoriam me trahit. Is [13] captarum Syracuſarum, & Annibalis ante Nolana [14] mœnia à [15] ſe primum fugere coacti, gloria inflammatus, cum ſummo ſtudio niteretur, ut Pœnorum exercitum aut in Italia proſterneret, aut Italia pelleret; ſolennique ſacrificio voluntates Deorum exploraret; quæ prima hoſtia ante [16] foculum decidit, ejus jecur [17] ſine capite inventum eſt: proxima caput jocinoris duplex habuit. Quibus inſpectis, aruſpex [18] triſti vultu, [19] non placere ſibi exta, quia prima tam [20] triſtia, ſecunda [21] nimis læta apparuiſſent, reſpondit. Ita monitus M. Marcellus, ne quid temerè conaretur; inſequenti nocte ſpeculandi gratia cum paucis egredi auſus, à multitudine hoſtium in Brutiis circumventus, æque magnum dolorem, ac detrimentum patriæ, interitu ſuo attulit.

1 Undè prolapſi acceſſerant.
2 Quod angues jecur ediſſent.
3 Quia iterùm abſumptum eſt jecur hoſtiæ ab illis.
4 Quin ſc. jecur viderent & aufugerent.
5 Prodigium.
6 Qui aram inſpectabant, & indè judicabant.
7 Armato exercitu.
8 Sc. ab eo
9 Quia ſimul conſulatum geſſerunt.
10 Quia uterque ſe temerè in inſidias præcipitavit.
11 Quia uterque fuit inſidiis oppreſſus.
12 A narratione exitus Gracchi.
13 A ſe.
14 Urbis in Siciliâ opulentiſſimæ.
15 Marcello.
16 Ubi aſſervabatur ignis ad ſacrificii uſum.
17 Primâ & eminentiſſimâ parte
18 Mœſto: quia videbat periculum ducibus imminêre.
19 Non portendere lætum exitum.
20 Imminuta, ablato jecoris capite.
21 Quia duplicato capite.

10 Jam & [1] Octavius conſul durum [2] ome
quemadmodum timuit, ita vitare non potuit.
Ex ſimulacro enim Apollinis [3] per ſe abrupto
capite, & ita infixo [4] humi ut evelli nequiret;
armis à collega ſuo Cinna diffidens, [5] præſum-
pſit animo [6] ea re ſignificari exitium ſuum, in
quod metu augurii, [7] triſti fine vitæ incidit:
ac tum demum immobile [8] Dei caput terra
[9] refigi potuit.

11 Non ſinit nos M. Craſſus [10] inter graviſ-
ſimas noſtri imperii jacturas numerandus, hoc
loco de ſe [11] ſilentium agere: plurimis & evi-
dentiſſimis [12] ante tantam ruinam monſtrorum
[13] pulſatus ictibus.

Ducturus erat à [14] Carris adverſus Parthos
exercitum, ei [15] pullum traditum eſt [16] palu-
damentum; cum in prœlium exeuntibus al-
bum, aut purpureum dari ſoleret: Mœſti &
taciti milites ad [17] principia convenerunt, qui
vetere inſtituto cum clamore alacri accurre-
re debebant: [18] Aquilarum [19] altera [20] vix
convelli à [21] primipilo potuit: [22] altera æger-

1 Non ille, q Auguſtus poſteà dictus eſt, ſed collega Cinnæ in conſulatu.
2 Oſtentum & prodigium.
3 Quia neſciebatur facti auctor alius, quam Deus ipſe.
4 In quam ceciderat.
5 Præſagivit & judicavit animo.
6 Sc. qui caput honorum eſſet, caput amiſſurum.
7 Quia occiſus eſt à Cinnâ, & caput ejus roſtris affixum, atque ita ludibrio habitum.
8 Simulachri Dei Apollinis.
9 Evelli.
10 Quia cum eo plurimi extincti ſunt, & paulò poſt Reſpublica oppreſſa eſt.
11 Silêre.
12 Priuſquam Reſpublica tantam faceret jacturam.
13 Graviter admonitus
14 Urbe Medorum adverſus Parthos.
15 Nigrum, & funebris coloris.
16 Indumentum ſeu veſtis imperatoria.
17 Ad primam aciem, quæ poſt Velites remanet, eò quod ipſi pugnam reverà incipiant: nam Velitum prælu dium magis, quam pugna, eſſe videbatur. Ter in Eun. *Ego hic ero poſt principia, undè omnibus ſignum dabo.* Secunda acies erat principum ſive haſtatorum: tertia ſubſidiariorum.
18 Vexillorum: nam vexilla Romana depictam aquilam habebant. Erat ergo *Aquila* aureum aquilæ ſimulachrum, haſtæ ſuffixum, quod à milite ferebatur, qui ob id Aquilifer dictus eſt.
19 Nam duæ erant Romanis pro ſignis.
20 Cùm ſummâ difficultate terrâ extrahi.
21 Centurione primæ cohortis. *Primum pilum* enim prima centuria vocabatur, quod circà ſigna gravis armatura conſtituta erat, in quâ, inter cætera armorum genera, haſtile erat, quod *pilum* nominabant. Centurio ipſe *primipili centurio*, etiam *Primipilus* vocabatur. Hic quatuor centurias, id eſt, quadringentos milites in primâ acie gubernabat, & tanquam princeps totius legionis merita conſequebatur, & commoda. Centuriones enim ex decimâ cohorte promovebantur ad nonam, & ſic deinceps meritis poſcentibus ad primam, quaſi ad palmam, in quâ ex omni legione infinita penè commoda percipiebant.
22 Sc. Aquilarum.

rimè extracta in contrariam, ac ferebatur, partem ſeipſa convertit. Magna hæc prodigia: ſed & [1] illæ clades aliquanto majores: tot pulcherrimarum legionum interitus, tam multa [2] ſigna hoſtilibus [3] intercepta manibus, tantum Romanæ militiæ decus Barbarorum obtritum equitatu, optimæ indolis [4] filii cruore [5] paterni reſperſi oculi, corpuſque [6] imperatoris inter [7] promiſcuas cadaverum ſtrues, avium ferarumque laniatibus objectum. [8] Vellem equidem placidius, ſed quod relatu verum eſt. Sic Dii ſpreti excandeſcunt: Sic humana conſilia caſtigantur, ubi ſe [9] cœleſtibus præferunt.

12 Cn. etiam Pompejum Jupiter omnipotens abundè monuerat, ne cum C. Cæſare ultimam belli fortunam experiri contenderet, Egreſſo à [10] Dyrrachio adverſa agmini [11] ejus fulmina jaciens, [12] examinibus apum ſigna obſcurando, ſubitâ triſtitiâ implicatis militum animis, [13] nocturnis totius exercitus terroribus, ab ipſis altalibus [14] hoſtiarum fuga: ſed [15] invictæ leges neceſſitatis [16] pectus alioqui [17] ab amentia remotum, prodigia iſta juſtâ æſtimatione [18] perpendere paſſæ non ſunt. Itaque dùm [19] ille [20] elevat [21] auctoritatem

1 Quas Craſſo duce Reſp. accepit.
2 Vexilla militaria.
3 Quæ tamen poſteà Auguſto imperante recepta ſunt.
4 Junioris Craſſi, qui erat optimâ indole præditus.
5 Craſſi patris.
6 Craſſi.
7 Confuſos cumulos, acervos: ubi tam ſtrenui, quam ignavi, tam nobiles, quam ignobiles, jacebant.
8 Vellem hanc cladem placidiùs dicere poſſe, ſed omiſſis gratioſis verbis cogor vera fateri, & referre, ſicut clades geſta eſt.
9 Divinis anteponunt.
10 Epyri urbe.

11 Pompeji. 12 Fœturis apum, quæ ex alvearibus ſuis evolaverant. 13 Conſtat enim flammam quandam clariſſimam in caſtris Pompeji emicuiſſe, in Cæſaris caſtra vergentem: quæ ſignificabat magnam Pompeji gloriam ad Cæſarem tranſituram: & ex eo terrorem injectum univerſo exercitui, qui & aliis vitiis monſtris territus eſt. 14 Nam cum altaribus hoſtias admoviſſet, ſtatim fugam adornarunt. 15 Fata inevitabilia. 16 Cn. Pompeji. 17 Quod utebatur aliquando prudentiâ, Senſus eſt: Pompejus fatali neceſſitati reſiſtere non potuit, quamvis prudentiâ & conſilio plurimùm valeret. Loquitur autem autor noſter ex ſententia Stoïcorum, qui omnia fatali quadam neceſſitate contingere affirmabant. 18 Examinare, conſiderare: tranſlatio ſumpta à penſantibus. 19 Pompejus. 20 Minuit, & minoris, quam ſit, æſtimat. 21 Senatus, aut potiùs Cæſaris, quam præ ſe contempſit Pompejus: Unde Lucanus lib. 1. *Nec quemquam jam ferre poteſt Cæſar-ve priorem, Pompejus-ve parem.*

ampliſſimam, & opes [1] privato faſtigio excelſiores, omniaque ornamenta, quæ ab ineunte adoleſcentia ad invidiam uſque contraxerat, [2] ſpatio unius diei confregit. Quo conſtat in [3] delubris Deûm, ſuâ ſponte [4] ſigna converſa: militarem clamorem, ſtrepitumque armorum, adeò magnum [5] Antiochiæ, & [6] Ptolemaide auditum, ut in muros [7] concurreretur! ſonum tympanorum Pergami [8] abditis delubris editum: palmam viridem [9] Trallibus [10] in æde Victoriæ, ſub Cæſaris ſtatua inter coagmenta lapidum juſtæ magnitudinis enatam: [11] Quibus apparet, cæleſtium numen & [12] Cæſaris gloriæ faviſſe, & Pompeji errorem inhibere voluiſſe.

13 Tuas aras, tuaque ſanctiſſima templa, [13] Dive [14] Julii, veneratus oro, ut propitio ac faventi numine tantorum [15] caſus virorum ſub tui exempli præſidio ac tutela [16] deliteſcere patiaris. Te enim accepimus eo die, quo [17] purpurea veſte velatus aurea in ſella conſediſti, ne maximo ſtudio ſenatus [18] exquiſitum, & delatum honorem ſpreviſſe videreris: [19] prius quam [20] exoptatum civium oculis conſpectum tui offerres, cultui religionis, in quam mox eras tranſiturus, [21] vacaſſe, mactatoque [22] opimo bove cor [23] in extis non reperiſſe: ac reſponſum tibi à [24] Spurinna aruſpice, pertinere id ſignum ad vitam & conſilium tuum,

1 Privati hominis culmine. Nam Pompeji opes jam inceperant majores eſſe, quam civium: neque enim contentus erat cum cæteris æquo jure vivere; ſed omnes opibus ſuperare volebat.
2 Sc. in pugnâ Pharſalicâ.
3 Templis, Deorum. *Delubra* autem ſunt loca, aut templa, in quibus ſunt ſimulachra Deorum. Ita dicta, quod in iis Dii ponantur, ſicut *candelabrum* dicitur, ubi candela ponitur, ut ait Varro.
4 Effigies.
5 Quæ civitas eſt in Syriâ, quam condidit Seleucus Antiochi filius.
6 Quæ civitas eſt inter Ægyptum & Africam.
7 A civibus aut vigilibus. 8 In adytis. 9 Urbe Phrygiæ, in finibus Cariæ. 10 In templo Victoriæ Deæ. 11 Prodigiis 12 July 13 Divus is dicitur, qui ex homine factus eſt Deus. 14 Sc. Cæſar. 15 Errores & lapſus. 16 Abſcondi ut protegantur. 17 Triumphali veſte indutus. 18 Excogitatum, diligenter inventum. 19 Videtur quodammodò Cæſarem excuſare, quod prodigia non ſervaverit: ne ſc. videretur contempſiſſe honores, quos ſibi Senatus ſtudioſiſſimè deferebat. 20 Quia pauci admodum contra te juraverant, univerſa tamen civitas tibi favebat. 21 Operam dediſſe. 22 Pingui. 23 Inter exta. 24 Spurinna prædixerat Cæſari diem mortis ſuæ, ut caveret: erant autem Idus Martiæ, id eſt, à Kalendis uſque ad Idus: nam omnes illos dies ei periculoſos eſſe prædixerat. Undè legitur, quod cùm Idus adveniſſent ſine ullâ noxâ ſuâ, Spurinnam irridens, & tanquam falſum vatem redarguens Cæſar, dixit: *Adſunt Kalendæ, ô Spurinna*: cui, *adſunt quidem*, reſpondit, *ſed nondum præterierunt*.

quod

quod [1] utraque hæc [2] corde continerentur. [3] Erupit deinde [4] eorum parricidium, qui, dum te hominum numero ſubtrahere volunt, Deorum [5] concilio adjecerunt.

## EXTERNA.

[6] Claudatur [7] hoc exemplo talium oſtentorum [8] domeſtica relatio, ne ſi [9] ulterius Romana apprehendero, è [10] cæleſti templo [11] ad privatas domos, non conſentaneos uſus tranſtuliſſe videar. Attingam igitur externa: quæ Latinis inſerta literis, ut [12] auctoritatis minus habent, ita aliquid gratæ varietatis afferre poſſunt.

I In exercitu Xerxis, quem adverſus Græciam contraxerat, [13] equæ partu leporem editum conſtat, eodem [14] montem Athon vix tandem tranſgreſſo. Quo genere monſtri [15] tanti apparatus [16] ſignificatus eſt eventus. Nam qui mare claſſibus; terram pedeſtri operuerat exercitu, ut fugax animal, pavido regreſſu regnum ſuum repetere eſt coactus.

Prius quam Athenas deleret, [17] Lacedæmonis invadendæ conſilium agitanti, admirabile inter cœnam prodigium incidit. Infuſum namque [18] pateræ ejus vinum, [19] in ſanguinem nec ſemel, ſed iterum & tertiò converſum eſt. Qua de re [20] conſulti Magi, monuerunt ut ab [21] in-

1 Vita ſc. & conſilium.
2 Quia cor eſt fons vitæ, & ſedes prudentiæ. Sicut ergo defuit: ita denunciabat illi brevi, præſertim ad Idus Martias, vitam defuturam & conſilium, quia in Senatum inermis ſe contulit.
3 Cum impetu exortum eſt.
4 Bruti & Caſſii, & aliorum conjuratorum, maximè Caſſii, qui primus letale vulnus intulit.
5 Cœtui.
6 Finiatur.
7 Julii Cæſaris.
8 De domeſticis.
9 Ultrà Julii Cæſaris exemplum.
10 Ubi Cæſar eſt.
11 In quibus reliqui ferè Romani ſunt.
12 Minùs ponderis apud nos, quia domeſtica exempla magis movent, quam externa.
13 Conſtat equam peperiſſe leporem.
14 Mons eſt Macedoniæ tantæ altitudinis, ut uſque ad inſulam Lemnon umbram protendere fingatur.
15 Quia quatuor millibus & ducentis navibus, & decies centenis millibus militum inſtructus, Mardonio uni ex ducibus ſuis in Græciâ relictis copiis, cum paucis admodum, exigua rate, utpote piſcatoriâ ſchaphâ, trepidus in ſuum regnum refugit.
16 Nam quod equa leporem pepererit, turpiſſimam regis fugam, quæ ſubſecuta eſt, ſignificavit.
17 Urbis Spartæ.
18 Poculo patenti.
19 Quod prodigium itidem eveniſſe Didoni Virgilius dicit: *Vidit Thuricremis cum dona imponeret aris, Horrendum dictu, latices nigreſcere ſacros, Fuſaque in obſcœnum ſe vertere vina cruorem.*
20 Cùm petiiſſet à magis, id eſt, ſapientibus & divinationis peritis. Conſulti ergo, id eſt, rogati conſilium aut ſententiam ſuam. *Conſultus* enim ſignificat eum, à quo conſilium petitum eſt: ut, *conſulti* de ſalute medici reſponderunt incurabilem eſſe eum morbum. *Conſultor* verò, qui petit.
21 Propoſito invadendæ Lacedæmonis.

cepto abſtineret : & ſi quod veſtigium in [1] vecordi pectore [2] ſenſus fuiſſet, cavere potuiſſet, ante de [3] Leonida & [4] Spartanis abunde monitus.

2 [5] Midæ vero,cujus imperio [6] Phrygia fuit ſubjecta, puero dormienti formicæ in os grana tritici congeſſerunt. Parentibus deinde ejus, quorſum prodigium tenderet, explorantibus, augures reſponderunt. [7] Omnium illum mortalium futurum ditiſſimum. Nec [8] vana prædictio extitit : nam Midas cunctorum penè regum opus abundantiâ pecuniæ anteceſſit: infantiæque incunabula [9] utili Deorum munere [10] donata, onuſtis auro atque argento [11] gazis penſavit.

3 [12] Formicis Midæ jure meritoque [13] apes Platonis prætulerim : illæ enim [14] caducæ ac fragilis,hæ ſolidæ & [15] æternæ felicitatis indices extiterunt, dormientis in cunis parvuli [16] labellis mel inſerendo. Qua re audita, prodigiorum interpretes ſingularem eloquii ſuavitatem ore ejus [17] emanaturam,dixerunt. At mihi quidem illæ apes non [18] montem Hymettum [19] thymi flore redolentem;ſed [20] Muſarum Heliconios colles omni genere doctrinæ virentes, [21] Dearum inſtinctu depaſtæ, maximo [22] ingenio dulciſſima alimenta ſummæ eloquentiæ inſtillaſſe videntur.

1 Experti cordis,id eſt, prudentiæ, inſano. 2 Rationis & prudentiæ. 3 Rege Lacedæmoniorum: hic enim cum trecentis militibus apud Thermopylas Perſis, in Græciam ex Aſiâ tranſeuntibus, occurrit, & ita cum Xerxis exercitu pugnavit, ut ipſum regem aliquoties à ſede ſuâ conſternatum in fugam converteret ; ſed multitudine militum oppreſſi ſunt Spartani. 4 Populo Lacedæmonio: nam Lacedæmon etiam Sparta dicitur. 5 De quo Poëtæ fabulati ſunt, quicquid manibus attigiſſet, in aurum converſum eſſe. Fuit autem hic Gordii filius, Phrygiæ rex. 6 Aſiæ Minoris regio. 7 Quia nullus propemodum fuit antè Midam,qui tantum auri omniumque divitiarum genus poſſideret. 8 Mendax. 9 Quia nullæ fruges ſunt tritico meliores. 10 Aucta. 11 Divitiis. Gaza enim linguâ Perſicâ ſignificat apud Latinos divitias maximas. 12 Quæ in os Midæ triticum congeſſerunt. 13 Quæ in os Platonis mel intulerunt. 14 Utpote divitiarum (quæ auctore Saluſtio) fragiles ſunt, & in poteſtate fortunæ poſitæ, pro ejus lubidine modò huc, modò illuc transferuntur. 15 Eloquentia enim hominem immortalem reddit. 16 Platonis. 17 Exituram, effluxuram. 18 Montem Atticæ regionis, floribus ſemper abundantem. 19 Herbæ fragrantis, quâ veſcuntur avidiſſimè apes. 20 Quos Muſæ, rerum inventrices, excoluiſſe dicuntur in Bœotiâ : undè *Heliconiades Muſæ* appellatæ ſunt. 21 Muſarum. 22 Platonis, qui divinus ob id dictus eſt.

CAP.

## CAP. VII.

# DE SOMNIIS.

| ROMANORUM. | EXTERNORUM. |
| --- | --- |
| 1 Artorii medici de Augusto. | 1 Annibalis Pœni. |
| 2 Calpurniæ de Cæſare. | 2 Alexand. Magni Regis. |
| 3 P. Decii, T. Manli *COSS.* | 3 Simonidis Poetæ. |
| 4 Ti. Atii cujuſdam. | 4 Crœſi Lydorum Regis. |
| 5 M. Ciceronis exulis. | 5 Cyri Perſarum Regis. |
| 6 C. Sempronii Gracchi. | 6 Himereæ mulieris de Dionyſio. |
| 7 Caſſii Parmenſis. | 7 Matris Dion. tyranni. |
| 8 Aterii Rufi eq. Rom. | 8 Amilcaris Pœni. |
| | 9 Alcibiadis Athenienſ. |
| | 10 Arcadis cujuſdam, |

1 SEd quoniam [2]divitias Midæ, [3]diſertumque Platonis ſomnum attigi, referam quam [4] certis imaginibus multorum quies adumbrata ſit.

I [5] Quem locum undè potius ordiar, quàm à Divi Auguſti ſacratiſſima memoria? [6] Ejus medico Artorio [7] ſomnum capienti [8] nocte, quam dies inſecutus eſt, quo in campis [9] Philippicis [10] Romani inter ſe exercitus concurrêre, Minervæ ſpecies [11] oborta [12] præcepit, ut [13] illum [14] gravi morbo implicitum moneret, [15] ne propter adverſam valetudinem proximo prœlio non intereſſet. Quod cū [16] Cæſar audiſſet, [17]lectica ſe in [18]aciem deferri juſſit: ubi dùm ſupra vires corporis pro adipiſcenda victoria [19] excubat, caſtra ejus à Bruto capta ſunt. Quid

1 Tranſit ad capitulum de Somniis, quæ vera apparuerunt: & primo quidem ſomnium narrat Artorii medici, quod ad ſalutem Auguſti Cæſaris pertinuit: nam hujus omni monitu ab exitio, quod imminebat, liberatus eſt.

2 Propter formicas.

3 Qui ſignificabat illum diſertum, id eſt, eloquentem fore.

4 Quia exitu declaravit imagines illas Somniorum veras fuiſſe. 5 Tractatum de Somniis. 6 Auguſti Cæſaris. 7 Dormienti. 8 Noctu, quæ diem præceſſit. 9 Pharſalicis. 10 Caſſii & Bruti ex unâ parte, & Auguſti & Antonii ex alterâ. 11 Obſervata, apparens. 12 Sc. Artorio medico. 13 Auguſtum. 14 Graviter ægrotantem. 15 Ut non abeſſet prœlio proximè futuro, licet eſſet æger. 16 Auguſtus. 17 Quâ ægroti ſolent deferri humeris ſuorum. 18 Locum conflictus. 19 Intentus eſt & vigilat.

ergo [1] aliud putamus, quam [2] divino munere effectum, ne [3] deſtinatum jam immortalitati [4] caput, indignam [5] cæleſti ſpiritu fortunæ violentiam ſentiret?

2 [6] Auguſtum verò [7] præter naturalem animi in omnibus rebus ſubtiliter perſpiciendis vigorem, etiam recens & [8] domeſticum exemplum, ut [9] Artorii ſomnio obtemperaret, admonuit. Audiverat enim Divi Julii [10] patris ſui uxorem Calpurniam nocte, quam [11] is in terris [12] ultimam egit, in [13] quiete vidiſſe multis eum [14] confectum vulneribus in [15] ſuo ſinu jacentem, ſomniique atrocitate vehementer exterritam, [16] rogare non deſtitiſſe, ut proximâ die à Curia ſe abſtineret. At [17] illum, ne [18] muliebri ſomnio motus [19] id feciſſe exiſtimaretur, ſenatum, in quo ei [20] parricidarum manus allatæ ſunt, adire [21] contendiſſe. Non eſt operæ, inter [22] patrem & [23] filium [24] ullius rei comparationem fieri, præſertim [25] Divinitatis faſtigio conjunctos: ſed [26] jam [27] alter operibus ſui aditum ſibi ad cælum inſtruxerat, [28] alteri vero longus adhuc [29] terreſtrium virtutum orbis reſtabat. Quapropter ab [30] hoc tantummodò [31] impendentem mutationem [32] ſtatus cognoſci, ab [33] illo etiam [34] deferri Dii immor-

1 Sc. de illo ſomno. 2 Divino beneficio aut dono. 3 A Diis addictum jam tùm divinitati: quia viventi decreti ſunt illi divini honores. Undè Horat. *Preſenti tibi Divinos largimus honores, Jurandaſque tuum per nomen ponimus aras.* 4 Auguſti. 5 Qualis erat jam tùm Auguſti. 6 Auguſtus, inquit, ita paruit ſomni Artorii, ut quia excubaret in acie, exemplum capiebat à patre ſuo Julio Cæſare: qui, quòd uxoris ſomnio parêre noluit, pœnas dedit: nam à parricidis in Senatu crudeliter trucidatus eſt. 7 Præter vigilantiam ejus in proſpiciendis ſubtiliter omnibus rebus. 8 Quod Julio patri ejus adoptivo oblatum eſt. 9 Medici. 10 Sc. adoptivi: nam Auguſtus Cæſaris adoptivus filius fuit. 11 Julius. 12 Quia ſequenti die occiſus eſt, 13 Somno. 14 Ad necem cæſum Julium. 15 Sc. Calpurniæ. 16 Sc. maritum ſuum Julium. 17 Julium, patrem ſuum. 18 Quod plerumque vanum eſt. 19 Abſtinuiſſe à curiâ. 20 Conjuratorum in patrem patriæ. 21 Contrà monitum uxoris. 22 Julium. 23 Auguſtum. 24 Felicitatis aut prudentiæ. 25 Cùm uterque ſit ſummum Divinitatis gradum conſecutus. 26 Cùm ſomnio muliebri moneretur, Senatum non ingredi. 27 Sc, pater, id eſt, Julius. 28 Sc. filio adoptato, id eſt Auguſto. 29 In terris exercendarum. 30 Julio, qui per ſomnium uxoris cognovit mutationem ſtatus ſui, ſed non diſtulit: quia nihilominus in curiam ſe contulit. 31 Imminentem. 32 Sc. mortalis in immortalem. 33 Auguſto, qui cognovit ſe quoque aliquando Deum futurum. 34 Evitando manus Bruti.

tales voluerunt, ut [1] aliud [2] cælo decus daretur, [3] aliud promitteretur.

3 Illud etiam ſomnium magnæ & admirationis, & clari fuit exitus, quod eâdem nocte duo conſules P. Decius Mus, & T. Manlius Torquatus, [4] Latino bello & gravi & [5] periculoſo, non procul à Veſuvii [6] montis radicibus poſitis caſtris viderunt. Utrique enim quidam per quietis ſpeciem prædixit, ex [7] altera acie Imperatorem, ex [8] altera exercitum, [9] Diis Manibus, [10] Matrique terræ deberi. [11] Utrius autem dux copias hoſtium aggrederetur, ſuperque eas ſeſe ipſum [12] devoviſſet, victoriam habiturum: [13] Id luce proxima Conſulibus ſacrificio vel expiaturis, ſi [14] poſſet averti: vel ſi certum Deorum etiam monitu viſum foret, executuris, hoſtiarum exta [15] ſomnio congruerunt. [16] Convenitque inter eos, [17] cujus [18] cornu prius [19] laborare cœpiſſet, ut [20] is patriæ fata capite ſuo lueret: [21] quæ, [22] neutro [23] formidante, Decium depopoſcerunt.

4 Sequitur [24] æquè ad publicam religionem pertinens ſomnium. Cum [25] plebejis ludis [26] quidam paterfamilias per [27] Circum Flaminium, prius quam [28] pompa induceretur, ſervum ſuum verberibus mulctatum, ſub

1 Alterum illorum duorum.
2 Cui Julius additus eſt.
3 Alterum decus, ſc. Auguſtus.
4 Cum Latino populo, qui à Romanis defecerat, geſto.
5 Quia Latini populi iiſdem armis, eâdem militiæ diſciplinâ utebantur, & Romanis pares opibus erāt.
6 Campaniæ.
7 Sc. duarum, id eſt, aut ex Romanâ, aut ex Latinâ.
8 Reliquâ acie, in quâ imperator non ceciderit.
9 Inferis.
10 Omnium ferè animantium.
11 Sc. aciei, ſive hujus, ſive illius.
12 Morti addixiſſet ſolemni prece.
13 Somnium.
14 Si. ſc. prodigium illud poſſet evitari aliquo ſacrificio.
15 Concordia fuerunt ſomnio, id eſt, portendebant quod ſomnio juſſerant.
16 Pactum factum eſt.
17 Utrius: duo enim ſunt.
18 Angulus aciei. *Cornua* enim in prœlio dicuntur aciei partes, ab utroque latere prominentes. In exercitu enim eſt dextrum & ſiniſtrum cornu, & quod inter utrumque eſt dicitur *media acies*. Undè Ter. in Eun. In medium huc agmen cum vecti Donax, tu Simalio in *ſiniſtrum cornu*, tu Syriſce in *dextimo*.
19 In periculo eſſe.
20 Sc. Conſulum (ſive Decius, ſive Torquatus) aboleret vitâ ſuâ fata, quæ patriæ imminuiſſent.
21 Sc. fata.
22 Conſulum.
23 Metuente ſe pro ſalute exercitus morti objicere.
24 Ac ſuperius.
25 Tempore, quo ludi plebeji celebrari debebant, id eſt, quos, exactis regibus, pro libertate plebis fecerunt Romani, aut pro reconciliatione plebis poſt ſeceſſionem in montem Aventinum.
26 Hunc Macrobius Acronium Maximum appellat.
27 In quo futuri erant ludi.
28 Solennis apparatus & oſtentatio ad celebrandos ludos.

[1] furca ad ſupplicium egiſſet, Ti. Atinio homini [2] ex plebe Jupiter in quiete præcepit, ut Conſulibus diceret, [3] ſibi [4] præſultorem ludis Circenſibus [5] proximis non placuiſſe: quæ res niſi attenta ludorum inſtauratione expiata eſſet, ſecuturum non mediocre [6] urbis periculum. [7] Ille veritus, ne [8] cum aliquo incommodo ſuo [9] religione [10] ſummum implicaret imperium, ſilentium egit. E veſtigioque filius ejus ſubita vi morbi correptus, interiit. Ipſe etiam per quietem ab eodem [11] Deo interrogatus, an ſatis magnam pœnam neglecti imperii ſui pependiſſet, in [12] propoſito perſeverans, [13] debilitate corporis ſolutus eſt: ac tum demùm ex conſilio amicorum, lecticâ ad tribunal conſulum, & inde ad Senatum perlatus, [14] ordine totius caſus ſui expoſito, magna cum omnium admiratione, recuperata membrorum firmitate, pedibus domum rediit.

5 Ac ne [15] illud quidem involvendum ſilentio: [16] Inimicorum conſpiratione [17] Urbe pulſus M. Cicero, cum in villa quadam campi [18] Atinatis diverſaretur, animo in ſomnum profuſo, per loca deſerta, & invias regiones vaganti, [19] ſibi C. Marium conſulatus ornatum [20] inſignibus putavit obvium factum: & interrogantem [21] eum, quid ita tam triſti vultu, incerto itinere ferretur: audito deinde caſu, quo conflictabatur, [22] comprehendiſſe dextram [23] ſuam, ac ſe [24] proximo [25] lictori in [26] monumentum ipſius deducendum tradiſſe,

1 Cruce: ſolebant enim ſervi non tam ſupplicii, quam ignominiæ causâ, furcam ferre. Indè *furciferi* dicti, qui ob leve delictum cogebantur à Dominis furcam in collo ferræ, ſubligatis ad eam manibus, & prædicare peccatum ſuum, ſimulque monere cæteros, ne quid ſimile admittant.
2 Plebejo, & non patritio.
3 Jovis.
4 Eum à quo facta ſunt præludia & præviæ ſaltationes, id eſt, miſerum illum ſervum, qui ad ſupplicium ducebatur.
5 Proximo loco celebratis.
6 Romæ.
7 Sc. homo plebejus.
8 Quia timebat ut mendax ab illis in carcerem detrudi, aut verberibus affici.
9 Metu Deorum, aut inſtauratione religioſâ ludorum.
10 Sc. conſulare.
11 Jove.
12 Tacendi.
13 Paralyticus factus eſt, omnibus membris Laxatis.
14 Serie.
15 Sc. ſomnium, quod ſequitur.
16 Præſertim nobilium, ut Appii Claudii, & aliorum invidorum moleſtè ferentium, quòd homo novus tantum gloriæ in togâ meruiſſet, quantùm quiſque eorum in armis.
17 Româ.
18 Juxtâ Atinam urbem.
19 Ciceroni.
20 Sc. Lictoribus & faſcibus duodecim: ſepties enim conſul fuerat.
21 Ciceronem.
22 Sc. Marium.
23 Ciceronis, qui hæc ſomniavit.
24 Proximè Conſulem aſtanti. Namque ex lictoribus unum ſemper habebant proximum Conſules.
25 Miniſtro publico portanti faſcem virgarum cum ſecuri antè conſulem.
26 Sacellum Marianum, ubi erant ejus monumenta.

diſſe, quod diceret [1] ibi eſſe [2] ei lætiorem ſtatus ſpem repoſitam: nec [3] aliter evenit. Nam in [4] æde Jovis Mariana S.C. de reditu [5] ejus [6] eſt factum.

6 C. autem Graccho imminentis [7] caſus atrocitas palam atque apertè per quietem denunciata eſt: ſomno enim preſſus, Ti. Gracchi fratris effigiem vidit, dicentis ſibi; Nulla ratione eum vitare poſſe, ut eo fato non periret, quo ipſe propulſus è Capitolio [8] occidiſſet. [9] Id ex [10] Graccho prius, quam tribunatum, in quo [11] fraternum exitum habuit, iniret, multi audiverunt. Cœlius etiam certus Romanæ hiſtoriæ auctor, ſermonem de ea re ad ſuas aures [12] illo adhuc vivo perveniſſe ſcribit.

7 Vincit [13] hujuſce ſomnii dirum aſpectum, [14] quod ſequitur. Apud [15] Actium M. Antonii fractis opibus, Caſſius Parmenſis, qui [16] partes ejus ſecutus fuerat, Athenas confugit: ubi concubia nocte, cum ſolicitudinibus & curis, mente [17] ſopita in lectulo jaceret, exiſtimavit ad ſe venire hominem ingentis magnitudinis, coloris nigri, ſqualidum barbâ, & capillo demiſſo: interrogatumque quiſnam eſſet, reſpondiſſe [18] κακοδαίμονα. Perterritus deinde tam tetro viſu, & [19] nomine horrendo, ſervos inclamavit. Sciſcitatuſque eſt, ſiquidem talis habitus, aut intrantem cubiculum, aut exeuntem vidiſſent. Quibus affirmantibus neminem [20] illuc acceſſiſſe, iterum quieti & ſomno ſe dedit: atque eadem animo ejus obverſata eſt ſpecies. Itaque [21] fugato ſomno, lumen introferri juſſit, [22] pueroſque à ſe diſcedere vetuit. Inter hanc

1 In ſacello Mariano.
2 Ciceroni.
3 Quam ſomniaverat Cicero ſibi dictum.
4 Quam Marius in honorem Jovis condiderat, ibique monumenta ſua collocaverat.
5 Sc. Ciceronis in urbem.
6 Præſidio Lentuli.
7 Quia ob leges populares occiſus eſt.
8 Occubuiſſet, cæſus à Scipione Naſicâ.
9 Sc. ſomnium ſic factum eſſe.
10 Sc. Cajo.
11 Similem exitui fratris.
12 Cajo Graccho.
13 Quod factum eſt Graccho.
14 Sc. ſomnium Caſſii Parmenſis.
15 Epyri promontorium: ubi cum Cleopatrâ ab Auguſto victus eſt.
16 Factiones Antonii, id eſt, qui favebat Antonio. Ubi obiter nota, vocabulum *partis* ſæpè ſumi pro factione, ſed hoc ferè in plurali numero. Undè dicitur *homo bonarum* aut *malarum partium*.
17 Involutâ ſollicitudinibus & curis: quia timebat arma Auguſti victoris, & partes Antonii perſequentis.
18 Malum dœmonem, ſc. genium ejus malignum.
19 Quale eſt Cacodæmon.
20 In cubiculum ejus.
21 Pulſo.
22 Servos ſuos.

noctem & ſupplicium capitis, quo [1] eum [2] Cæſar affecit, paululum admodum temporis intercesſit.

8 [3] Propioribus [4] tamen (ut ita dicam) [5] lineis Aterii Rufi [6] equitis Romani ſomnium certo eventu admonitum eſt: [7] qui, cùm [8] gladiatorium munus [9] Syracuſis ederetur, inter quietem [10] retiarii ſe manu confodi vidit: [11] idque poſtero die in ſpectaculo [12] conſeſſoribus narravit. [13] Incidit deinde, ut [14] proximo ab equitum loco, [15] retiarius cum mirmillone [16] introduceretur: [17] cujus cum faciem vidiſſet, [18] idem dixit, ab illo ſe retiario trucidari putaſſe, protinuſque [19] indè diſcedere voluit. [20] Illi ſermone ſuo [21] metu ejus diſcuſſo, cauſam exitii miſero attulerunt. Retiarius enim [22] in eum locum compulſo mirmillone & [23] abjecto, dum [24] jacentem ferire conatur, trajectum gladio Aterium interemit.

## EXTERNA.

1 [25] Annibalis quoque ut deteſtandum Romano ſanguini, ita certæ prædictionis ſomnium, cujus non vigiliæ tantùm, ſed etiam ipſa quies hoſtilis imperio noſtro fuit. [26] Hauſit enim propoſito & votis ſuis convenientem imagi-

1 Caſſium.
2 Auguſtus.
3 Vicinioribus: quia minus erat ſpatii inter admonitionem & eventum, quam in Caſſio. Q. d. Quamvis ſomnium, quod ſuprà dixi, certis admonitionibus declaratum fuerit, tamen quod ſequitur, certioribus denuntiatum fuiſſe videtur.
4 Tametſi multum conformis fuit Caſſii cum ſomnio exitus.
5 Spatiis temporum, quæ per lineas in horologiis agnoſcuntur.
6 Qui erat de ordine equeſtri Romæ.
7 Aterius.
8 Scilicet ſpectaculum populo quaſi muneri exhibitum, quo duo gladiatores inter ſe certare ſolebant, donec aut occideretur alter, aut ſe victum fateretur: quorum nomina ex officio erant *Retiarius* & *Mirmillo*: Retiarius pugnabat adverſus Mirmillonem: dictus à *reti*, quod ſub ſcuto gerebat, ut Mirmillonem involveret. Mirmillo autem piſcem in galea habebat, quem Retiarius capere nitebatur, dictitans ſubinde: *Non te peto, piſcem peto quid me fugis Galle?* Nam Mirmillonium genus eſt armaturæ Gallicæ: ideò & Galli Mirmillones ſunt appellati. 9 Urbe Siciliæ. 10 Qui erat unus ex gladiatoribus. 11 Somnium ſuum. 12 Iis, quibuſcum ſedebat. 13 Fortè accidit. 14 Ab eo loco, in quo Aterius eques ſedebat. 15 Quo illi gladiatores. 16 Scilicet in arenam, id eſt, ſpatium medium ad uſum certantium relictum. 17 Retiarii. 18 Eques Romanus. 19 Ab illo loco aut ſpectaculo. 20 Conſeſſores. 21 Timore equitis Romani ablato: quia eum metuere vetuerunt. 22 Ubi eques ſedebat. 23 Lapſo. 24 Mirmillonem. 25 Ducis Carthaginenſium. Narrat Annibalis ſomnium. 26 Vidit.

nem, exiſtimavitque miſſum ſibi ad Jove mortali ſpecie excelſiorem juvenem, invadendæ Italiæ ducem: cujus monitu primo [1] veſtigia [2] nullam in partem motis ſecutus oculis; mox humani ingenii [3] pronâ voluntate vetita ſcrutandi ponè reſpiciens, animadvertit immenſæ magnitudinis ſerpentem, concitato impetu, omne quicquid obvium fuerat, [4] proterentem: poſtque [5] eam magno cum [6] cæli fragore erumpentes [7] nimbos, lucemque caliginoſis involutam tenebris. Attonitus deinde quidnam eſſet monſtri, ecquid portenderet, interrogavit: [8] Hic dux: Italiæ vides, inquit, vaſtitatem: proinde ſile, & cætera tacitis permitte fatis.

2 [9] Quam bene Macedoniæ Rex [10] Alexander per quietem viſa imagine præmonitus erat, ut [11] vitæ ſuæ cuſtos eſſet diligentior, ſi eum [12] cavendi etiam periculi [13] conſilio fortuna inſtruere voluiſſet! Namque Caſſandri [14] peſtiferam ſibi dexteram ſomnio prius cognovit, quàm exitu [15] ſenſit: exiſtimavit enim ab [16] illo ſe interfici, cum eum nunquam vidiſſet. Interpoſito deinde tempore, poſtquam in [17] conſpectum veniſſet, [18] nocturni metus patefacta imagine, ut Antipatri filium eſſe cognovit, adjecto verſu Græco, qui fidem [19] ſomniorum [20] elevat, [21] præparati jam [22] adverſus caput ſuum veneficii, quo occidiſſe Caſſandri manu creditur, ſuſpicionem [23] animo repulit.

3 Longe [24] indulgentius [25] Dii [26] in poëta

1 Juvenis.
2 Id eſt, quem juvenem primò ſecutus eſt, nullo modo obſervaudo veſtigia ejus, nec inveſtigando oculis, quis eſſet.
3 Inclinatâ.
4 Conculcantem: & ita indicavit Annibali ſimiliter faciendum.
5 Serpentem.
6 Tonitru.
7 Ventos pluvioſos.
8 Tunc dux, qui apparuerat ei priùs, ut juvenis divinâ ſpecie, nunc ut ſerpens formidabilis,
9 Refert ſomnium Alexandri Macedonum regis: quo monitus quidem fuerat periculum vitare, ſed conſilium vitandi defuit: quia fidem non adhibuit.
10 Magnus.
11 Quia dictum ei erat, quod poculum venenatum per Caſſandrum adferebatur.
12 Fugiendi.
13 Propoſito & voluntate.
14 Adferentem peſtem, id eſt, potionem lethalem.
15 Percepit, ſc. dextram ejus.
16 Caſſandro.
17 Alexandri.
18 Cùm agnoviſſet illum eſſe, à quo interfici viſus fuerat.
19 Quæ de ſomniis haberi poſſit.
20 Diminuit.
21 Quia allatum erat à Caſſandro.
22 In perniciem vitæ ejus.
23 Ex animo rejecit.
24 Affectantius illi opitulando.
25 Sc. fecerunt.
26 Quam in Alexandro, quia Simonidi prænoſcendi periculi beneficium & fugiendi conſilium dederunt; Alexando tantum prænoſcendi.

Simo-

Simonide, cujus ſalutarẽ inter quietem admonitionem conſilii firmitate roboraverunt. [1] [Is] enim cùm ad littus navem appuliſſet, [2] inhumatumque corpus [3] jacens ſepulturæ mandaſſet, admonitus [4] ab eo ne proximo die navigaret, in terra remanſit: [5] Qui inde ſolverant, fluctibus & procellis in conſpectu [6] ejus obruti ſunt. [7] Ipſe lætatus eſt, quòd vitam ſuam ſomnio, quam navi, credere maluiſſet. Memor autem [8] beneficii, elegantiſſimo eam carmine [9] æternitati conſecravit, melius [10] illi & diuturnius in animis hominum ſepulchrum conſtituens, quàm in [11] deſertis arenis ſtruxerat.

4 [12] Efficax & illa quietis imago, quæ Crœſi Regis animum maximo prius metu, deinde etiam dolore confecit. Nam è duobus filiis, & ingenti agilitate, & corporis dotibus præſtantiorem, [13] imperiique ſucceſſioni deſtinatum Atym, [14] exiſtimavit ferro ſibi ereptum. Itaque quicquid ad evitandam [15] denunciatæ cladis acerbitatem pertinebat, nulla ex parte patriâ curâ ceſſavit [16] avertere. Solitus erat [17] juvenis ad bella gerenda [18] mitti, [19] domi retentus eſt. Habebat [20] armamentarium omnis generis telorum copiâ refertum: id quoque [21] amoveri juſſit. Gladio cinctis comitibus [22] utebatur: [23] vetiti ſunt [24] propriùs accedere: [25] neceſſitas tamen aditum luctui dedit. Cùm enim ingentis magnitudinis aper Olympi montis [26] culta, & crebrâ cum agreſtium [27] ſtrage vaſtaret, [28] inuſitatoque malo regium imploratum eſſet auxilium: filius à patre [29] extorſit, ut ad [30] eum opprimendum mit-

1 Simonides.
2 Inſepultum.
3 Sc. in littore, naufragio facto à mari ejectum.
4 Ab ejus corporis umbrâ aut ſpiritu.
5 Qui eo die navigabant.
6 Simonides, ſtantis adhùc in littore.
7 Simonides.
8 Accepti ab eo, quem ſepeliverat.
9 Quia lyricum carmen ſcripſit, cujus poſteà per aliquot annos memoria manſit.
10 Defuncto.
11 Ignotis, id eſt, quam in littore peregrino priùs ſtruxerat.
12 Effectum reddens, quod admonuerat. Adfert triſte, ſed verax ſomnium Cræſi, Lydorum Regis ditiſſimi, &c, ut videri voluit, beatiſſimi.
13 Regni Lydiæ.
14 Sc. Somniando.
15 In ſomnio.
16 Amovere & impedire.

17 Atys. 18 Sc. à patre. 19 Et ſc. poſt ſomnium patris. 20 Repoſitorium armorum. 21 Sc. à filio pater juſſit. 22 Juvenis utebatur prius. 23 Sc. poſteà. 24 Ad juvenem. 25 Fati inevitabilis violentia dedit dolori patris acceſſum, id eſt, anſam & medium quod fieret. 26 Sc. ſata aut vineta. 27 Nece: quia multi agreſtes peribant. 28 Contra malum inſuetum. 29 Multis precibus quaſi vi obtinuit. 30 Aprum.

mitteretur: [1] eo quidem facilius, quod [2] non dentis, ſed ferri ſævitia in metu reponebatur. Verum dum acri ſtudio interficiendi [3] ſuem [4] omnes ſunt intenti, [5] pertinax caſus imminentis violentiæ, lanceam [6] petendæ feræ gratiâ miſſam, in [7] eum detorſit: & quidem eam potiſſimum dexteram [8] nefariæ cædis crimine [9] voluit aſpergi, [10] cui tutela filii à patre mandata erat: Quam quidem Crœſus [11] imprudentis homicidii ſanguine violatam, [12] hoſpitales veritus Deos, ſupplicem ſacrificio expiavit.

5 [13] Nec Cyrus quidem [14] ſuperior [15] invictæ fatorum neceſſitatis parvulum argumentum eſt: cujus ortus ad imperium totius Aſiæ ſpectantis, [16] maternus avus Aſtyages, [17] duos prænuntios ſomnii fruſtra diſcutere tentavit: Mandanem filiam ſuam (quod in quiete viderat urinam [18] ejus omnes Aſiaticas gentes [19] inundaſſe) non Medorum excellentiſſimo (ne in ejus familiam regni decus transferretur) ſed Perſarum modicæ fortunæ [20] viro collocavit. [21] Natumque Cyrum [22] exponi juſſit, quia ſimiliter quietis temporibus exiſtimaverat genitali parte Mandanes enatam vitem [23] eouſque creviſſe, donec cunctas dominationis [24] ſuæ partes [25] inumbraret. Sed fruſtratus eſt ſeipſe, [26] nepotis felicitatem, [27] cæleſtium judicio deſtinatam, humanis conſiliis impedire conando.

1 Sc. extorſit.
2 Quia non dente, ſed ferro filium moriturum pater ſomniaverat.
3 Aprum illum.
4 Qui cum Aty miſſi erant.
5 Id eſt, caſus à fato prædeſtinatus.
6 Ut vulneret aprum.
7 Sc. juvenem, id eſt, filium Regis Atym.
8 Id eſt, filii ejus, à quo de parricidio purgatus fuerat, & à quo cuſtodiam filii receperat.
9 Scilicet pertinax ille caſus.
10 Id eſt, dextram Adraſti junioris.
11 Ab imprudente commiſſi: quia imprudens fratrem occiderat.
12 Quia enim Adraſtum hoſpitio ſuſceperat, veritas eſt, ſi eum non juvaret, Deos hoſpitales, id eſt, hoſpitalitatis auctores, habere inimicos.
13 Narrat ſomnium habitum de Cyro.
14 Prior tempore: fuit enim eo alter Cyrus inferior ſeu poſterior.
15 Inevitabilis.
16 Aſtyages enim fuit pater Mandanes, matris Cyri.
17 Duo præſagia ſomnii conatus eſt fruſtrà diſſolvere & irrita facere.
18 Mandanes filiæ ſuæ.
19 Obruiſſe, aut undâ quadam involviſſe.
20 Cambyſi.
21 Ex Mandane.
22 Foras ferri in deſertum feris devorandum.
23 Donec.
24 Aſtyagis.
25 Umbrâ ſuâ tegeret.
26 Cyri.
27 Addictam illi judicio Deorum.

6 ¹ Intra ² privatum autem habitum Dionyſio ³ Syracuſano adhuc ſe ⁴ continente, Himera quædam non ⁵ obſcuri generis fœmina inter quietem opinione ſua cælum conſcendit: atque ibidem Deorum omnium luſtratis ſedibus, animadvertit prævalentem virum flavi coloris, ⁶ lentiginoſi oris, ferreis catenis vinctum Jovis ſolio, pedibuſque ſubjectum, interrogatoque juvene, quo conſiderandi cæli ⁷ duce fuerat uſa, ⁸ quiſnam eſſet? audit illum Siciliæ atque Italiæ dirum eſſe ⁹ fatum, ſolutumque vinculis, multis urbibus exitio futurum: quod ſomnium poſtero die ſermone ¹⁰ vulgavit. Poſtquam deinde Dionyſium inimica Syracuſarum libertati, capitibuſque ¹¹ inſontium infeſta fortuna ¹² cæleſti cuſtodia liberatum, velut fulmen aliquod otio ac tranquillitati injecit, Himeræorum mœnia inter ¹³ effuſam ad officium & ad ¹⁴ ſpectaculum ejus turbam intrantem, ut aſpexit ¹⁵ hunc eſſe, ¹⁶ quem in quiete viderat, vociferata eſt. ¹⁷ Id cognitum tyranno, curam ¹⁸ tollendæ mulieris dedit.

7 ¹⁹ Tutius ſomnium matris ejuſdem Dionyſii: quæ cum ²⁰ eum conceptum utero haberet, parere viſa eſt ²¹ Satyriſcum: ²² conſultoque prodigiorum interprete, ²³ clariſſimum ac potentiſſimum ²⁴ Graji ſanguinis futurum, ²⁵ certo cum eventu cognovit.

1 Narrat ſomnium Himeræ, Siculæ mulieris, de Dionyſio Tyranno.
2 Hominis privati, id eſt, nullo fungentis magiſtratu aut imperio.
3 Syracuſis in Siciliâ nato.
4 Id eſt, cùm Dionyſius nondum regnum Siciliæ per tyrannidem occupaſſet.
5 Satis clari.
6 Facie, in quâ multæ erant lentigines, id eſt, maculæ ſubrubræ.
7 Cujus ductu.
8 Sc. ille vinctus.
9 Perniciem.
10 Himera multis narravit.
11 Innocentium.
12 Quia id ſignificabat, quòd pedibus Jovis ſubjectus jacebat, ipſum non exiturum in perniciem, niſi quando Dii eum ſolverent, id eſt, quando id permitterent.
13 Ex ædibus, ad honorem debitum ei exhibendum obviam prodeundo.
14 Quia in regali pompâ ſpectabatur.
15 Dionyſium.
16 Scilicet vinctum ſub ſolio Jovis.
17 Ubi tyrannus Dionyſius id cognovit.
18 Interficiendæ.
19 Narrat ſecundum ſomnium factum de Dionyſio, ſed matri ejus.
20 Dionyſium.
21 Parvum Satyrum, id eſt, animal cornutum, & aduncis naribus, & pedibus caprinis.
22 Interrogato conſilium.
23 Sc. partum ſuum, id eſt, Dionyſium futurum clariſſimum (quia pro Diis habebantur Satyri) ac potentiſſimum, quia Satyri mirâ corporis agilitate moventur.
24 Græcanici.
25 Quod eventus, qui poſteà contigit, certum reddidit.

8 ¹ At

8 [1] At Carthaginienſium dux Amilcar, cùm obſideret Syracuſas, inter ſomnium audiſſe vocem credidit, nunciantem, futurum, ut proximo die in [2] ea urbe cœnaret. Lætus igitur perinde ac divinitùs promiſſa victoria, exercitum [3] pugnæ comparabat: [4] in quo inter Siculos & Pœnos ſorta diſſenſione, caſtris [6] ejus Syracuſani ſubita irruptione oppreſſis, [7] ipſum intra mœnia ſua vinctum pertraxerunt. Itaque [8] magis ſpe, quam ſomnio, deceptus, cœnavit Syracuſis captivus, non ut animo præſumpſerat victor.

9 Alcibiades [9] quoque miſerabilem exitum ſuum [10] haud fallaci nocturnâ imagine ſpeculatus eſt: [11] Quo enim pallio amicæ ſuæ dormiens opertum ſe viderat, eo [12] interfectus, & inſepultus jacens, contectus eſt.

10 [13] proximum ſomnium, [14] etſi paulò eſt longius, propter nimiam tamen evidentiam ne omittatur, impetrat. Duo familiares Arcades iter una facientes, [15] Megaram venerunt: quorum alter ad [16] hoſpitem ſe contulit, [17] alter in tabernam [18] meritoriam divertit. Is autem qui in hoſpitio erat, vidit in ſomnis comitem ſuum orantem, ut ſibi cauponis inſi-

1 Refert ſomnium Amilcaris, ducis Carthaginenſium, non ſatis feliciter ab eo interpretatum: nam cum ſomniaſſet ſe poſtridiè ejus ſomnii Syracuſis cœnaturum, urbem ex eo ſomnio capere ſperans, ipſe captus in eâ cœnavit. 2 Syracuſis, quam urbem obſidebat. 3 Ad pugnam contrà Syracuſanos congregabat, aut inſtruebat. 4 Sc. exercitu, collecto ex Siculis & Pœnis. 5 Quia neutri alteris parêre volebant. 6 Amilcaris. 7 Amilcarem. 8 Quia credebat ſe victorem cœnaturum, ſed victus cœnavit. Non ergo falſum erat ſomnium, ſed ita ſpes ejus fecit ipſum falſò interpretari. 9 Non ſolum Amilcar, ſed & Alcibiades. 10 Non fallaci, quia ita evenit, ut ſpeculatus eſt. 11 Somniaverat enim, quòd amica ſua ſe nudum pallio ſuo cooperiret: quod ad illam ingreſſus illi narravit: ſed cum tugurium incenſum eſſet à percuſſoribus: & tamen elapſus, in fugâ oppreſſus & interfectus, tantiſper inſepultus jacuit, donec amica eodem incendio elapſa, illum pallio ſuo cooperiret. 12 Et ſic derelictus ab interfectoribus miſſis à Pharnabazo. 13 Quod proximo loco narrabitur. Excuſat autem prolixitatem ſomnii, quod narraturus eſt. 14 Quia adeò perſpicuum eſt, ut non ſit prætermittendum. 15 Urbem Græciæ. 16 Amicum, cum quo hoſpitalitatem habebat: ea autem eſt, ut gratis reciperentur hoſpites mutuò, quoties alter ad alteriùs ſe diverteret ædes. Hoſpes enim propriè is dicitur, qui privatim & amicitiæ causâ alterum hoſpitio excipit, vel etiam excipitur. Ovid. *Non hoſpes ab hoſpite tutus.* 17 Qui non habebat illic hoſpitem. 18 Mercede recipientem advenas.

ſidiis [1] circumvento ſubveniret: poſſe enim celeri [2] ejus accurſu ſe [3] imminenti periculo ſubtrahi. Quo [4] viſo [5] excitatus, [6] proſiluit, tabernamque, in qua [7] is diverſabatur, [8] petere conatus eſt. Peſtifero deinde [9] fato humaniſſimum propoſitum tanquam ſupervacuum [10] damnavit, idque viſum pro nihilo ducens, lectum ac ſomnum repetiit. Tunc [11] idem ei ſaucius oblatus obſecravit, ut qui auxilium vitæ ſuæ ferre neglexiſſet, [12] neci ſaltem ultionem non negaret. Corpus [13] enim ſuum à [14] caupone trucidatum, [15] tum maxime [16] plauſtro ad portam ferri [17] ſtercore coopertum. Tam conſtantibus familiaris precibus compulſus, protinus ad portam cucurrit, & plauſtrum, quod in quiete demonſtratum erat, comprehendit, cauponemque ad [18] capitale ſupplicium perduxit.

1 Decepto, circumcincto.
2 Qui in hoſpitio erat.
3 Inſtanti: quia Caupo parabat eum jugulare, & paulò poſt jugulavit.
4 Somnio.
5 Sc. is, qui in hoſpitio erat.
6 Extrà hoſpitium.
7 Sc. alter hoſpitabatur. Divertere, enim eſt ad diverſa vertere ſeu de viâ in hoſpitium: undè diverſorium locus eſt, ad quem de viâ divertimur.
8 Adire.
9 Comitis ſui.
10 Reprobavit. Quia ſe ipſum accuſabat, quod ejuſmodi ſomniis crederet.
11 Scilicet comes.
12 Cædi.
13 Scilicet dixit.
14 Domino tabernæ.
15 Præcipuè eo tempore, quo hæc dicebat.
16 Vehiculo.
17 Fimo immundo, ut nemo quæreret, quid eveheret.
18 Mortale: quia Magiſtratibus tradidit, ut eum capite punirent.

C A P.

## CAP. VIII.

# DE MIRACULIS.


### QUÆ CONTIGERE Romanis.

1 Caſtores viſi bello Latino & Perſico.
2 Æſculapius ſerpentis ſpecie apparens.
3 Junonis Monetæ verba audita.
4 Fortunæ muliebris verba audita.
5 Sylvani verba audita bello Vejenti.
6 Mars viſus bello Lucano.
7 Dii Penates Albâ Lavinium ſponte ſuâ regreſſi.
8 C. Julius Cæſar poſt mortem viſus.
9 Cn. Pompeji M. rogus miraculoſè indicatus.
10 Ap. Claudii Procos. mors oraculo prædicta.
11 Romuli lituus & ſtatuæ incendiorum flammis intactæ.
12 Ad ſepulturam elati reviviſcentes.

### EXTERNIS.

1 Erus Pamphilus poſt decimum diem reviviſcens.
2 Athenienſis quidam memoria literarum privatus.
3 Mulier ſubito caſu obmuteſcens.
4 Ægles Samius mutus, & ſubito vocalis factus.
5 Gordias Epirota matre mortua natus.
6 Jaſo Phæreus vomica liberatus.
7 Simonides poëta ruinæ domus exemptus.
8 Daphidæ Sophiſtæ mors oraculo prædicta.
9 Philippo Macedonum Regi mors prænuntiata.
10 Alexandri M. mors miraculoſè præcognita.
11 Remigis cujuſdam rarus caſus.
12 Admirandi dentes Pruſiæ Regis filii.
13 Duplex ordo dentium Dipetenes filiæ Mithridatis.
14 Rarus & acutiſſimus viſus Strabonis Lincei.
15 Ariſtomenis Meſſenii cor piloſum.
16 Antipatri poëtæ anniverſaria febris.
17 Poliſtrati & Hippoclidis philoſophorum ſimillima vita.
18 Miracula quædam naturæ.
19 Serpens ad Bagradam.


¹ Multa etiam ² interdiu, & vigilantibus acciderunt, ³ perinde ac tenebrarum

1 Tranſit ad capitulum de miraculis: quæ veluti ſomniis cæcitatis nube adumbrata hominibus apparuerunt: nam miracula ſunt cognitu difficillima, ſicut ſomnia. Sunt autem Miracula, quæcunque præter naturæ uſum eveniunt. 2 Durante die, quaſi intra diem. 3 Non aliter, quam ſi fierent,

ſom-

ſomniique nube involuta; quæ, quia unde manaverint, aut qua ratione [1] conſtiterint, dignoſcere arduum eſt, meritò [2] miracula vocantur.

1 Quorum è magno [3] acervo in primis illud occurrit. [4] Cùm apud lacum Regillum A. Poſthumius [5] Dictator, & Tuſculanorum dux Mamilius Octavius magnis viribus inter ſe concurrerent, ac [6] neutra acies aliquandiu [7] pedem referret; Caſtor ac Pollux Romanarum partium [8] propugnatores viſi, [9] hoſtiles copias penitus fuderunt.

[10] Item [11] bello Macedonico P. Vatinius, [12] Reatinæ præfecturæ vir, noctu Urbem petens, exiſtimavit [13] duos juvenes excellentis formæ, albis equis inſidentes, obvios ſibi factos nuntiare, die, qui prætererat, Perſen [14] Regem à [15] Paulo captum. Quod cum ſenatui indicaſſet, tanquam majeſtatis [16] ejus, & amplitudinis [17] vano ſermone contemptor, in carcerem conjectus eſt. Poſtquam Pauli literis [18] illo die Perſen captum apparuit, & cuſtodia liberatus, & [19] inſuper agro, & [20] vacatione donatus eſt. [21] Caſtorem vero, & Pollucem etiam illo tempore pro imperio populi Romani [22] excubuiſſe cognitum eſt, quo ad [23] lacum Juturnæ, ſuum equorumque ſudorem abluere viſi ſunt; [24] junctaque [25] fonti ædes [26] eorum, [27] nullius hominum manu reſerata patuit.

1 Facta ſint & evenerint.
2 Miracula enim ſunt, quæcunque præter naturæ uſum eveniunt.
3 Cumulo exemplorum.
4 Refert miraculum Caſtoris & Pollucis.
5 Summo illo Magiſtratu, à quo non licebat provocare, ſed audiendum erat ejus dicto, fungens.
6 Neque Romani Dictatoris, neque Tuſculani ducis
7 Pedem ſuum retrò ferret, recipiendo ſe in caſtra.
8 Defenſores apparentes.
9 Tuſculanas.
10 Narrat ſecundum miraculum, quod per eoſdem contigit.
11 Quo tempore Paulus Æmylius Perſen, Regem Macedoniæ, bello petiit.
12 Unus eorum, qui Reati præfecti erant. 13 Caſtorem & Pollucem. 14 Macedoniæ. 15 Sc. Æmylio. 16 Senatus. 17 Mendaci & futili. 18 Quo Vatinius indicaverat. 19 Suprà liberationem. 20 Immunitate & exemptione ab omni onere publico. 21 Adfert tertium exemplum de iiſdem. 22 Vigilaſſe. 23 Sc. Nymphæ. Juturna fuit fons juxtà Numicum fluvium: dictus (ut quidam volunt) à *Juturna*, Turni ſorore, quæ à Jove compreſſa immortalitate donata eſt, & Numici fluminis Nympha facta. 24 Proxima. 25 Juturnæ. 26 Caſtoris & Pollucis. 27 Sed Deorum ſc. qui tamen credebantur homines fuiſſe.

2 [1] Sed ut cæterorum quoque Deorum [2] propenſum huic Urbi [3] numen exequamur: [4] triennio continuo vexata peſtilentiâ civitas noſtra, cum finem tanti, & tam diuturni mali, neque divina miſericordia, neque [5] humano auxilio, imponi videret: cura ſacerdorum, inſpectis [6] Sibyllinis libris, animadvertit, non aliter priſtinam recuperari ſalubritatem poſſe, quam ſi ab Epidauro [7] Æſculapius eſſet [8] accerſitus. Itaque [9] eò legatis miſſis, [10] unicam fatalis remedii opem auctoritate ſua (quæ jam in terris erat ampliſſima) impetraturam ſe credidit. Neque [11] eam opinio decepit: [12] pari namque ſtudio [13] petitum, ac [14] promiſſum eſt præſidium: e veſtigioque [15] Epidaurii, Romanorum legatos in templum Æſculapii (quod ab [16] eorum urbe quinque millibus paſſuum diſtat) perductos, ut quicquid indè ſalubre [17] patriæ laturos ſe exiſtimaſſent, pro ſuo [18] jure ſumerent, benigniſſime [19] invitaverunt: [20] Quorum [21] tam promptam indulgentiam, numen ipſius [22] Dei ſubſecutum, verba [23] mortalium, [24] cæleſti obſequio comprobavit. Siquidem is anguis, quem Epidaurii rarò ſed nunquam ſine magno ipſorum bono viſum, in modum [25] Æſculapii [26] venerati fuerunt, per urbis celeberrimas partes, [27] mitibus oculis, & [28] leni tractu [29] labi cœpit, triduoque inter [30] re-

1 Ergo hactenus locutus eſt de miraculis Caſtoris & Pollucis: nunc verò exemplum adfert de Æſculapio, qui in Serpentinâ facie conſpectus, & Romam delatus, peſtilentiam ſedavit.
2 Inclinatum ad auxilium & defenſionem Romæ.
3 Divinam potentiam.
4 Spatio trium annorum non interrupto.
5 Ut operâ medicorum, quorum remedia non juvabant.
6 In quibus continebantur fata Romana.
7 Qui Apollinis filius propter peritiam medicinæ, dùm viveret, habitus eſt.
8 Vocatus Romam.
9 Epidaurum urbem.

10 Singularem opem remedii à fatis ad hoc ordinati, id eſt, ſalubris, in quo ſalus populi Romani poſita foret. 11 Civitatem Romanam. 12 Non minùs ſtudiosè, inquit, Epidaurii concеſſerunt, quod Romani petierunt. 13 A Romanorum legatis. 14 Ab Epidauriis. 15 Cives Epidauri urbis. 16 Epidauriorum. 17 Sc. ſuæ, id eſt, Romæ. 18 Autoritate, arbitrio. 19 Adhortati ſunt. 20 Epidauriorum. 21 Tam facilem & paratam conceſſionem. 22. Æſculapii 23 Epidauriorum, qui invitaverant legatos, ut ſumerent, quicquid ſalubre patriæ putarent. 24 Cœleſti morigeratione ratificavit: quia non minus ipſe Deus viſus eſt conceſſiſſe Romanis, quam ipſi Epadaurii conceſſerant. 25 Quia credebant in ejus ſpecie Æſculapium videri. 26 Sc. anteà. 27 Favorabilibus: quaſi boni aliquid Romanis promitteret. 18 Placido, non impetuoſo; ut appareret felicitatem afferre Romanis. 29 Serpere. 30 Venerabundam.

ligioſam omnium admirationem conſpectus, [1] haud dubiam [2] præ ſe appetitæ clarioris ſedis alacritatem [2] ferens, ad [3] triremem Romanam perrexit: paventibuſque inuſitato ſpectaculo nautis, [4] eò conſcendit, ubi Q. Ogulnii [5] legati tabernaculum erat, [6] inque multiplicem orbem, per ſummam quietem eſt convolutus. Tum legati, perinde [7] atque exoptatæ rei compotes, expleta gratiarum actione, [8] cultuque anguis à peritis accepto, læti [9] inde ſolverunt: [10] ac proſperam emenſi navigationem poſtquam [11] Antium [12] appulerunt, anguis, qui ubique in navigio remanſerat, prolapſus in veſtibulo ædis [13] Æſculapii, [14] myrto frequentibus ramis diffuſæ, [15] ſupereminentem excelſæ altitudinis palmam circumdedit: perque tres dies [16] poſitis, quibus veſci ſolebat, non ſine magno metu legatorum, ne in triremem reverti nollet, Antienſis templi hoſpitio uſus, [17] urbi ſe [17] noſtræ ad vehendum reſtituit, atque in ripam Tiberis egeſſis legatis, in inſulam, ubi templum [18] dicatum eſt, tranſnavit: adventuque ſuo [19] tempeſtatem, cui remedio quæſitus erat, diſpulit.

3 [20] Nec minus voluntarius [21] Junonis in urbem noſtram tranſitus. Captis à Furio Camillo [22] Vejis, milites juſſu Imperatoris ſimulacrum [23] Junonis Monetæ, quod [24] ibi præcipua religione cultum erat, in Urbem tralaturi, [25] ſede ſua movere conabantur. [26] Quorum ab uno pe

1 Certam.
2 Oſtendens: dicimus enim præ me fero, id eſt, oſtendo; nam qui antè ſe aliquid portat, illud ſine dubio oſtendit.
3 Quâ legati advecti fuerant.
4 In eum locum anguis conſcendit.
5 Principis illius legationis.
6 In multas ſpiras & gyros.
7 Tanquam.
8 Et modo colendi anguem ab iis, qui benè noverant, percepto.
9 Ab littore Epidaurico.
10 Emetiendo mare proſperâ navigatione uſi.
11 Volſcorum civitatem, à quâ oriunda fuit Camilla, Volſcorum regina.
12 Sc. triremem ſuam.
13 Templi Æſculapii, quod erat in littore haud procul ab Antio.

14 Habentis diffuſam myrtum arborem, cujus frequentes erant rami 15 Sc. myrtis, id eſt, caput altiùs extollentem. 16 Antè eum per legatos ſc. iis cibis, quibus anguis veſci ſolebat. 17 In urbem noſtram Romam 18 Sc. Æſculapio poſteà. 19 Sc. peſtilentem, id eſt, peſtilentiam ipſam 20 Æquè voluntarius, ac tranſitus Æſculapii, fuit: Adfert autem miraculum quod ſub Camillo factum vult à Junone. 21 Sc. Monetæ. 22 Eſt hæc urb[s] Hetruriæ non procul à Româ, decennali obſidione Camilli nobilis. 23 [à] *monendo* dictæ. Livius Junonem Reginam appellat, & latè refert hiſtoriam Deæque in Aventino monte ædem à Camillo factam ſcribit. 24 Vejis 25 A ſede ſuâ ipſum ſimulachrum movere conabantur. 26 Milirum.

jocum

jocum interrogata Dea, an Romam [1] migrare velle, Velle ſe [2] reſpondit. Hac voce audita, [3] luſus in admirationem verſus eſt. Jamque non ſimulacrum, ſed ipſam [4] cælo Junonem [5] petitam, portare ſe credentes, læti in ea parte montis Aventini, in qua nunc templum [6] ejus cernimus, collocaverunt.

4 [7] Fortunæ [8] etiam Muliebris ſimulacrum, quod eſt in via Latina ad [9] quartum milliarium, eo tempore cum æde ſua conſecratum, quo [10] Coriolanum ab excidio [11] Urbis [12] maternæ preces repulerunt, non ſemel, ſed bis locutum conſtitit, his pene verbis: Rite me matronæ vidiſtis, riteque dedicaſtis.

5 [13] Valerio autem Poplicola Cos. qui poſt [14] exactos reges bellum cum Vejentibus & Hetruſcis geſſit, [15] illis Tarquinio priſtinum imperium reſtituere, Romanis [16] nuper partam libertatem retinere cupientibus: Hetruſcis, & Tarquinio in [17] cornu dextro prœlio [18] ſuperioribus, tantus terror ſubito [19] inceſſit, ut non ſolum [20] victores ipſi profugerent, ſed etiam pavoris ſui conſortes ſecum Vejentes traherent. Cui rei [21] pro argumento miraculum adjicitur; Ingens repentè vox è proxima ſilva Arſia, quæ ore [22] Silvani in hunc penè modum miſſa traditur, [23] Uno [24] plus Hetruſci cadent: Romanus exercitus [25] victor abibit. [26] Miram dicti fidem [27] digeſta numero cadavera exhibuêre.

1 Tranſire habitatum. 2 Sc. nutu. 3 Sc. jocularis: quia non ſeriò interrogaverat. 4 De cælo. 5 Tranſlatam. 6 Junonis. 7 Quæ mulieres fortunare credebatur. Ut autem probet exemplum ſuperius, cujus fides maximè vacillat, adfert exemplum ſimulacri Fortunæ muliebris, quod bis locutum dicit. 8 Non ſolum Junonis. 9 Sc. ab urbe. 10 Sc. Martium, Veturiæ filium. 11 Romæ. 12 Preces Veturiæ matris & uxoris Coriolani retrò abire fecerunt. 13 Refert miraculoſam Sylvani vocem ſylvis auditam. 14 Ignominioſè expulſos urbe reges, ſc. Tarquinium Superbum, ejuſque filios. 15 Vejentibus & hetruſcis. 16 Tunc paulò poſt. 17 Sc. aciei. 18 Potentioribus. 19 Invaſit, incuſſus eſt. 20 Sc. Hetruſci, qui paulò antè fuerant victores. 21 Ad confirmationem pavoris illius. 22 Sylvarum pecoriſque Dei. 23 Sc. milite. 24 Amplius. 25 Quia uno minùs cecidit. 26 Quia ita inventum eſt, ut dictum erat. 27 Diſtincta atque diſcreta cadavera Romana ab hetruſcis, ut diumerari poſſent.

6 [1] Quid Martis auxilium, quo victoriam Romanorum adjuvit, nonne [2] memoriâ celebrandum eſt? Cum [3] Brutii atque Lucani odio incitatiſſimo, maximiſque viribus [4] Thurinæ urbis peterent excidium, ac præcipuo ſtudio incolumitatem ejus C. Fabricius Luſcinus Cos. protegeret; [5] reſque [6] ancipiti eventu, collatis unum in locum utriuſque partis copiis, gereretur: non audentibus Romanis prœlio congredi; eximiæ magnitudinis [7] juvenis primum [8] eos hortari ad capeſſendam fortitudinem cœpit. Deinde, ubi tardiores animadvertit, arreptis [9] ſcalis per mediam hoſtium aciem ad [10] contraria caſtra evaſit: & [11] admotis, [12] vallum conſcendit. Inde voce ingenti clamitans, factum victoriæ [13] gradum, & noſtros ad aliena caſtra capienda, & Lucanos, Brutioſque ad ſua defendenda, [14] illuc traxit, [15] ubi conſerti dubio certamine terebantur. Sed [16] idem impulſu armorum ſuorum proſtratos hoſtes [17] jugulandos, capiendoſque Romanis tradidit; xx. enim [18] millia cæſa, quinque millia cum Statio Statilio duce utriuſque gentis & tribus atque xx militaribus ſignis capta ſunt. Poſtero die cum [19] Cos. [20] inter honorandos, quorum ſtrenua opera fuerat

1 Refert miraculoſum exemplum de auxilio Martis, quo Romanos juviſſe putatus eſt.
2 Memoratu dignum.
3 Italiæ populi.
4 Oppidum eſt Calabriæ in ſinu Tarentino poſitum, Crotoni conterminum.
5 Sc. bellica.
6 Dubio & incerto in utram partem victoria ſe inclinaret.
7 Quem Martem fuiſſe poſteà creditum eſt.
8 Romanos.
9 Ad vallum tranſcendendum aptis.
10 Hoſtilia.
11 Sc. ſcalis ad vallum.
12 Quod ex ſtipitibus & ceſpitibus fieri ſolebat prærpoſitâ foſsâ.

13 Aditum: quia ſcalas admoverat vallo. 14 Ubi ipſe erat. 15 Apud quæ caſtra Romani congreſſi & manum conferentes ancipiti prœlio terrebantur. 16 Scilicet Juvenis, id eſt, Mars. 17 Alios jugulandos, alios capiendos. 18 Scilicet hoſtium. 19 Fabricius. 20 Dum cæteros honoraret.

uſus

uſus, [1] vallarem coronam ei ſe ſervare dixiſſet, à quo caſtra erant oppreſſa, nec juvenis, qui [2] id præmium peteret, inveniretur; cognitum pariter, atque creditum eſt, Martem [3] patrem tunc populo ſuo adfuiſſe. Inter cætera [4] hujuſce rei manifeſtæ indicia, galea quoque duabus diſtincta [5] pinnis, qua [6] celeſte caput tectum fuerat, argumentum præbuit. Itaque Fabricii [7] edicto, ſupplicatio Marti eſt habita, & à [8] laureatis militibus magna cum animorum lætitia [9] oblati auxilii teſtimonium [10] ei eſt redditum.

7 [11] Referam nunc quod [12] ſuo ſæculo cognitum [13] manavit ad poſteros, [14] Penates Deos [15] Æneam [16] Trojâ [17] advectos [18] Lavinii col-

1 Quâ donari ſolebant, qui primi vallum hoſtile aſcendiſſent: erat autem graminea, quia gramen Marti conſecratum eſt. Ideoque ſciendum eſt, Romanos ampliſſima honorum præmia militibus propoſuiſſe, qui ſtrenuè rem geſſiſſent, & primi virtutem ſuam oſtendiſſent, qualia erant munera militaria, cohortis Prætoriæ communio, ſtipendium, præda, & dona Imperatoria. Munera militaria erant Centurionatus, Præfecturæ, Decurionatus, &c. Dona militaria erant, quæ militibus ſingulis virtutis ergo ab Imperatore triumphaturo dabantur, ut coronæ, quæ multifariæ fuerunt: præcipuæ autem & nobiliſſimæ erant Muralis, Triumphalis, Obſidionalis, Civica, Caſtrenſis, & Navalis. Muralis corona (inquit Gellius) eſt, quæ donatur ab Imperatore ei, qui primus murum ſubiit, inque oppidum hoſtium per vim aſcendit. Triumphales coronæ ſunt aureæ, quæ Imperatoribus ob honorem triumphi mittuntur. Hæ antiquitus è lauro fuerant, poſt fieri ex auro cœptæ. Obſidionalis eſt, quam ii, qui liberati ſunt obſidione, dant ei Duci, qui liberavit. Ea corona graminea fuit. Hanc coronam S. P. Q. R. Quinto Fabio Maximo dedit bello Punico ſecundo, quod urbem Romam obſidione hoſtium liberaſſet. Civica corona appellatur, quam civis civi, à quo ſervatus eſt in prælio, teſtem vitæ ſalutiſque perceptæ dat. Hæc fiebat è fronde quernâ, quoniam cibus victuſque antiquiſſimus ex quercu capi ſolitus ſit: fiebat etiam ex ilice. Hac civicâ corona L. Gellius, vir Cenſorius, in Senatu Ciceronem Conſulem donari à Republicâ cenſuit, quod ejus operâ atrociſſima illa Catilinæ conjuratio detecta indicataque eſſet. Navalis corona eſt, quâ donari ſolet maritimo prælio is, qui primus in hoſtium naves vi armatus tranſilivit. Caſtrenſis eſt corona, qua donat eum Imperator, qui primus hoſtium caſtra pugnans introivit. Atque hiſce pręmiis Romani animos militum ad res magnas accendebant, ut his honoribus quiſque in bello ſtrenuè ac fortiter ſe gereret, atque eſſet *in utrumque paratus*, ſeu ſuperare hoſtem, *ſeu certæ occumbere morti*.
2 Vallarem coronam: quia nemo ſe dignum ducebat eo præmio. 3 Populi Romani: quia primi Romanorum Regis Romuli pater eſt habitus. 4 Quod à matre adjuti fuiſſent Romani. 5 Criſtis. 6 Sc. Martis. 7 Ex publico mandato. 8 Lauro coronatis 9 A Marte. 10 Marti. 11 Refert miraculum factum per Deos Trojanos, ab Æneâ in Italiam advectos. 12 Quo contigit. 13 Proceſſu temporis pervenit ad notitiam poſterorum. 14 Deos domeſticos. 15 Filium Anchiſæ ex Venere, carmine Virgiliano notiſſimum. 16 Ex Ilio. 17 Scilicet in Italiam. Virg. *Ilium in Italiam portans, victoſque Penates.* 18 Urbis Latii, à *Laviniâ* filiâ Latini, & uxore Æneæ, ac dictæ.

locaſſe: inde ab Aſcanio filio [1] ejus [2] Albam, quam [3] ipſe condiderat, tranſlatos, [4] priſtinum ſacrarium repetiſſe: & quia id humana manu factum exiſtimari poterat, relatos Albam, voluntatem ſuam [5] altero tranſitu [6] ſignificaſſe. Nec me præterit de motu, & voce Deorum immortalium, humanis oculis, auribuſque percepto, quam in ancipiti opinione æſtimatio verſetur. Sed quia non nova dicuntur, ſed tradita repetuntur, [7] fidem auctores vindicent: noſtrum ſit, [8] inclytis literarum monumentis conſecrata, perinde ac vana non [9] refugiſſe.

8 [10] Facta mentione [11] urbis, è qua [12] primordia civitas noſtra traxit, Divus Julius fauſta proles [13] ejus, ſe nobis offert: quem C. Caſſius (nunquam ſine [14] præfatione [15] publici parricidii nominandus) cum [16] acie Philippenſi ardentiſſimo animo perſtaret, [17] vidit humano habitu auguſtiorem, purpureo [18] paludamento amictum, minaci vultu, & [19] concitato equo in ſe impetum facientem: quo aſpectu [20] perterritus, [21] tergum hoſti dedit, voce illa prius emiſſa, quid enim amplius agas, ſi occidiſſe parum eſt? Non occideras tu quidem Caſſi Cæſarem: neque enim extingui [22] ullâ divinitas poteſt: ſed mortali adhuc corpore [23] utentem violando, meruiſti, ut tam infeſtum haberes [24] Deum.

9 [25] Jam quod L. Lentulus [26] littus prænavi-

1 Æneæ.
2 *Quæ à ſitu porrectæ in dorſo urbis, longa Alba dicta eſt.* Liv. lib. 1. Decad. 1.
3 Aſcanius.
4 Sacellum, in quo prius ſacrati fuerant Lavinii Nam Sacrarium propriè dicitur locus in templo, ubi ſacra reponuntur.
5 Secundo tranſitu ab Albâ in Lavinium.
6 Declaraſſe.
7 Primi ſcriptores earum rerum credulitatem hominum ſibi uſurpent.
8 Nobilibus.
9 Reſpuiſſe.
10 Quandoquidem, inquit, Trojæ vel Albæ mentionem fecimus, rectè nunc de Julio Cæſare dicemus, qui ab Julo, Albæ conditore, fuit oriundus: cujus numen Caſſio minatum eſt, cùm in campis Philippicis cum Auguſto dimicaret.
11 Trojæ.
12 Prima exordia & originem: Æneas enim Trojanus Juli ex Creusâ, Priami filiâ, fuit pater: Julus autem Albam condidit & populo donavit: ex Albani autem regis filiâ natus eſt Romulus: à quo Roma eſt condita
13 Trojæ. Virg. Æn. *Naſcetur pulchrâ Trojanus origine Cæſar Julius, à magno demiſſum nomen Julio.*
14 Prævia appellatione in deteſtationem ejus.
15 Quod commiſit in rempublicam, occidendo patrem patriæ.
16 Ubi Caſſius cum Bruto contrà Auguſtum & Antonium dimicavit.
17 Vidit eum diviniorem & celebriorem, quam homini conveniat, id eſt, vidit eum in formâ divinâ.
18 Veſte Imperatoriâ.
19 Ad curſum inſtigato.
20 Terrefactus Caſſius.
21 Vertit ſeſe in fugam.
22 Scilicet re, vi, aut viâ.
23 Sc. Cæſarem.
24 Jam Deum factum.
25 Narrat miraculum, quod L. Lentulo non cogitanti factum cenſet.
26 Ad Caſium montem Ægypti.

gans, in quo Cn. Pompeji Magni, perfidiâ Ptolomæi [1] Regis interempti, corpus [2] conſciſſæ ſcaphæ lignis comburebatur, [3] ignarus caſus [4] ejus, cum [5] ipſi fortunæ erubeſcendum [6] rogum vidiſſet, commilitonibus dixit, Quid ſcimus, an hac flamma Cn Pompejus cremetur? [7] Divinitùs miſſæ vocis miraculum eſt.

10 [8] Atque [9] hoc quidem hominis tantum: illud autem ore ipſius Apollinis editum, quo [10] Appii interitum veridica [11] Pythicæ vaticinationis fides [12] præcurrit. Is [13] bello civili, quo ſe Cn. Pompejus à [14] Cæſaris concordia peſtifero [15] ſibi, nec [16] Reipub. utili conſilio [17] abruperat, eventum graviſſimi motus explorare cupiens; [18] viribus imperii (namque Achaiæ præerat) [19] antiſtitem Delphicæ cortinæ, in [20] intimam ſacri ſpecus partem coëgit deſcendere: unde ut certæ conſulentibus [21] ſortes petuntur, ita nimius [22] divini ſpiritus hauſtus [23] reddentibus peſtifer exiſtit. Igitur impulſu concepti numinis inſtinćta virgo, horrendo ſono vocis, Appio inter obſcuras verborum ambages [24] fata cecinit. Nihil, inquit, ad te hoc [25] Romane [26] bellum: [27] Eubœæ Cœlam obtinebis. At is ratus conſiliis ſe Apollinis moneri, ne illi diſcrimine [28] intereſſet, in eam regionem ſeceſſit, quæ inter Rhamnunta, nobilem Attici ſoli partem, [29] Cariſtumque Chalcidico [30] freto vicinam interjacens, Cœlæ Eubœæ nomen obtinet, ubi ante [31] Pharſalicum certamen [32] morbo conſumptus, prædićtum à Deo locum [33] ſepulturæ poſſedit.

1 Sc. Ægypti. 2 Fiſſæ naviculæ, ut facilius ſtruatur in pyram. 3 Sc. Lentulus. 4 Pompeji. 5 Turpe enim fortunæ videbatur tanti viri corpus tam vili rogo concremari. 6 Pyram incenſam. 7 Ex Dei inſpiratione emiſſæ: non enim ab homine ſcire potuit. 8 Connećtendo ſequentia prioribus, dicit miraculoſam vocem Lentuli emiſſam ore humano: ſequentem verò ore tantum divino, utpote Apollinis. 9 Sc. miraculum Lentuli eſt editum ſeu emiſſum ore hominis 10 Præfećti Achaiæ provinciæ. 11 Pythiæ puellæ. 12 Celeriter anteceſſit. 13 Tempore, quo bellum civile gerebatur inter Cæſarem & Pompejum. 14 Sc. Julii. 15 Pompejo. 16 Quia multi cives in eo perierunt 17 Removerat. 18 Pleno imperio 19 Principem tripodis aut loci ſecretioris. i. oraculi, quod dabatur apud Delphos. 20 Profundiſſimam. 21 Oracula aut reſponſa. 22 Ipſius Apollinis. 23 Sc. reſponſa. i. Phœbadibus ſeu virginibus ſacerdotibus Phœbi. 24 Reſponſa fatalia 25 Sc. Appi. 26 Sc. futurum inter Cæſarem & Pompejum. 27 In loco, cui id nominis erit, antequam pugna erit, ſepelieris. 28 Periculo pugnæ. 29 Sc. orbem. 30 Mari. 31 Quod inter Cæſarem & Pompejum juxtà Pharſaliam geſtum eſt. 32 Mortuus. 33 Id eſt, illic ſepultus eſt.

11 [1] Poſſunt & illa miraculorum loco poni: Quod [2] deuſto ſacrario [3] Saliorum, nihil in eo præter [4] lituum Romuli integrum repertum eſt. Quod [5] Ser. Tullii ſtatua, cum ædes Fortunæ conflagraſſet, inviolata permanſit. Quod [6] Q. Claudiæ ſtatua in veſtibulo templi [7] Matris Deûm poſita, bis [8] eâ æde incendio conſumpta, prius P. Naſica Scipione, & L. Beſtia: Item M. Servilio, & L. Lamia Coss. [9] in ſua baſi flammis intacta ſtetit.

12 [10] Aliquid admirationis civitati noſtræ Acilii etiam Aviolæ [11] rogus attulit, qui & à medicis, & à domeſticis mortuus creditus, cum aliquandiu humi jacuiſſet, [12] elatus, poſtquam ignis corpus ejus corripuit, vivere ſe proclamavit, auxiliumque [13] pædagogi ſui (nam is ſolus [14] ibi remanſerat) invocavit. Sed jam flammis [15] circumdatus, [16] fato ſubtrahi non potuit.

L. quoque Lamiæ Prætorio viro æque vocem fuiſſe [17] ſuper rogum [18] conſtitit.

## EXTERNA.

1 [19] Quæ minus admirabilia, [20] Phæræi Pamphilii caſus facit: quem Plato ſcribit inter eos,

1 Paucis tria miracula refert 2 Concremato Sacrorum repoſitorio, ubi ancylia ſervabantur. 3 Sacerdotum Martis, à *ſaliendo* in portandis ancylibus dictorum, ut ſuprà diximus. 4 Baculum incurvum, quo augures utebantur: qui ab ejus, quo capitur, litui ſimilitudine, nomen invenit. Hoc autem lituo utebantur augures ad deſignanda in aëre ſpatia, quæ *templa* appellata ſunt. Fuit autem hic lituus baculus ipſius Romuli, conſervatus in Palatino colle, uſque ad Gallorum tempora, à quibus capta incenſaque Roma fuit, ſed poſteà ejectis à Camillo hoſtibus, inter altiſſimos cinerum cumulos illæſus, cùm omnia ignis conſumpſiſſet, inventus eſt. Et etiam *lituus* genus buccinæ incurvæ: quâ qui cecineret *Liticen* dicitur. Virg. *Et lituo pugnas inſignis obibat & haſtâ.* 5 Regis Romani. 6 Hæc virgo Veſtalis fuit. 7 Cybeles. 8 Sc. Matris Deûm. 9 In ſuo fundamento. 10 Adfert duo, quæ quod raro evenire ſolent, miraculo adſcribi poſſunt. 11 Pyra incenſa ad comburendum corpus. 12 Sc. ædibus ſuis ad rogum, ut cremaretur. 13 In pueritiâ ductoris. Componitur enim ex παῖς *puer*, & αγω *duco*. *Pædagogus* ergo dicitur cuſtos pueri, qui eum dixit, & de moribus ejus curam agit. 14 Ad rogum. 15 Sc. Atilius. 16 Neci. 17 Poſtquam immiſſus fuerat rogo. 18 Manifeſtum fuit. 19 Sc. jam dicta miracula. Tranſit ſuo more ad externa miracula narranda. Hæc, inquit, Miracula, quæ ſuprà diximus, miranda fuerunt, quod illo eo die, quo mortui erant, rogo ſuperimpoſitas vivere cognoverunt: ſed hic, cujus exemplum ponitur, cæſus in acie per dies decem cum jacuiſſet, deinde biduo poſt elatus, & rogo ſuperimpoſitus, magnâ voce clamavit ſe vivere, &c. 20 Civis urbis Phærarum.

qui

qui in [1] acie ceciderant, decem diebus jacuiſſe, biduoque poſtquam [2] inde ſublatus eſſet, impoſitum rogo revixiſſe, ac mira quædam tempore mortis viſa narraſſe.

2 Et quoniam ad externa tranſgreſſi ſumus, quidam Athenis vir eruditiſſimus, cum ictum lapidis capite excepiſſet, [3] cætera omnia tenaciſſima memoria retinens, literarum tantummodo, quibus præcipue [4] inſervierat, oblitus eſt. Dirum malignumque vulnus in animo percuſſi, quaſi de induſtria ſcrutatis ſenſibus, in eum potiſſimum, quo maxime lætabatur, acerbitate nocendi erupit; ſingularem doctrinam hominis pleno invidiæ funere [5] efferendo: Cui ſi talibus ſtudiis [6] perfrui fas non erat, utilius aliquanto [7] fuit, ad illa aditum non [8] impetraſſe; quam jam percepta eorum dulcedine caruiſſe.

3 [9] Mirabilior tamen ſequentis caſus narratio. Nauſimenis enim Athenienſis uxor, cum filii ac filiæ ſuæ ſtupro interveniſſet, [10] inopinati [11] monſtri perculſa conſpectũ: & in præſens tempus ad indignandum, & in poſterum ad loquendum [12] obmutuit. [13] Illi nefarium concubitum [14] voluntaria morte penſarunt. Hoc modo fortuna ſæviens [15] huic vocem, iis [16] vitam ademit; [17] illi propitia donat.

4 Ægles Samius [18] athleta mutus, cum ei victoriæ, quam adeptus erat, titulus & præmium eriperetur, indignatione accenſus, [19] vocalis evaſit.

5 Gorgiæ quoque [20] Epirotæ fortis viri clara fuit origo, qui [21] in funere matris utero elapſus, inopinato vagitu ſuo [22] lectum ferentes

1 Prœlio.
2 Ex ſtrage occiſorum.
3 Quæ ſciverat.
4 Inſudaverat.
5 Extinguendo.
6 Ad finem uſque vitæ frui.
7 Fuiſſet.
8 Sc. à Deo.
9 Narrat miraculum, quod contigit uxori Nauſimenis Athenienſis, dicens: Mirabilis quidem fuit ſuperior caſus: quòd ictu lapidis litterarum doctrinam amiſerit: ſed hic, qui ſequitur, mirabilior.
10 Quia nunquam tale quicquam cogitaſſet.
11 Monſtroſi coitus.
12 Muta facta eſt.
13 Sc. filius & filia Nauſimenis uxoris.
14 Quia mortem ſibi intulerunt.
15 Matri.
16 Filio & filiæ.
17 Et fortuna clemens donat vocem alteri, de quo ſequens narratio.
18 Pugil.
19 Factus eſt loquens: nam vocalis dicitur, qui voce utitur.
20 Cujus patria erat Epyrus: hoc additur ad differentiam Gorgiæ Leontini: de quo auctor noſter l. 8. c. ult.
21 Cùm mortua portaretur ad rogum.
22 Feretrum ut lecticam, in quâ partu defunctæ præcipue efferri ſolent.

conſiſtere coëgit, [1] novumque ſpectaculum [2] patriæ præbuit, [3] ex ipſo genitricis rogo [4] lucem, & [5] cunas aſſecutus: Eodem enim momento temporis, [6] altera jam [7] fato functa parit, [8] alter ante elatus, quam natus eſt.

6 [9] Divinæ fortunæ vulnus Pheræo Jaſoni quidam exitii ejus cupidus intulit. Nam cum inter inſidias gladio eum percuſſiſſet, [10] vomicam, quæ à nullo medicorum ſanari potuerat, ita rupit, ut hominem peſtifero malo liberaret.

7 [11] Æque Diis immortalibus [12] acceptus Simonides, cujus ſalus ab imminenti [13] exitio defenſa, [14] ruinæ quoque ſubtracta eſt. [15] Cœnanti enim apud [16] Scopam, in Cranone (quod eſt in Theſſalia oppidum) nunciatum eſt [17] duos juvenes ad januam veniſſe, magnoperè rogantes, ut ad eos continuo prodiret: ad quos egreſſus, neminem reperit ibi. Ceterum [18] eo momento temporis [19] triclinium, in quo Scopas epulabatur, collapſum, & [20] ipſum & omnes convivas oppreſſit. Quid [21] hac felicitate locupletius, quam nec [22] mare, nec [23] terra ſæviens, extinguere valuit?

8 [24] Non invitus [25] huic ſubnecto [26] Daphidam, ne quis ignoret quantum interfuerit [27] ce-

1 Inſolitum.
2 Sc ſuæ, nempe Epyro.
3 Cui ſaltem vicinus erat, licet nondum cum matre in eum miſſus.
4 Vitam.
5 Repoſitorium infantium: nam matris feretrum habuit pro primis cunis.
6 Sc. mater.
7 Moriendi neceſſitate.
8 Filius Gorgias.
9 Fortunatiſſimæ felicitatis. Refert autem miraculoſam ſanationem Jaſonis.
10 Congeriem putredinis in corpore latentem. *Vomica* enim propriè dicitur ulcus latens: à *vomendo*, quia ruptum evomit ſaniem.
11 Æqualiter ut Jaſon Pheræus Refert autem miraculoſam evaſionem mortis in Simonide: quem prius meminit ſubmerſionem evaſiſſe. 12 Gratus. 13 Sc. Submerſionis. 14 Sc. conclavis. 15 Simonidi. 16 Virum divitem. 17 Caſtorem & Pollucem. 18 Quo Simonides exiverat. 19 Cænaculum trium lectorum diſcubitoriorum capax, ubi epulari ſolebant antiqui. Dicitur enim *Triclinium* τρὶς, & κλίνη, *lectus*: tres enim lecti ſternebantur: in quorum uno dominus epulabatur: in altero uxor cum reliquâ ejus familiâ aſſidebat: in tertio verò amici & reliqui, qui ſuperveniſſent. 20 Scopam, dominum domus. 21 Simonidis. 22 Quia naufragium evitavit. 23 Caſus triclinii in terrâ poſiti: quia ruinam ſubterfugit beneficio Deorum. 24 Libentiſſimè. Tractat exemplum miraculoſi & Divinitus prædicti exitus vitæ Daphidæ cujuſdam. 25 Simonidi. 26 Hominem impium. 27 Sicut Simonides fecit, qui verſu laudes Pollucis & Caſtoris complexus eſt: quorum ope poſteà ſervatus fuit.

ciniſſe

ciniſſe Deorum laudes, & [1] numen obtrectaſſe. [2] Hic cum ejus ſtudii eſſet, cujus profeſſores [3] Sophiſtæ vocantur : [4] ineptæ & [5] mordacis opinationis Apollinem Delphis irridendi cauſa conſuluit, [6] An equum invenire poſſet, cùm omnino nullum habuiſſet. Cujus ex [7] oraculo reddita vox eſt, inventurum equum, ſed ut [8] eo perturbatus, periret. Inde cum [9] jocabundus, quaſi deluſâ ſacrarum ſortium fide, reverteretur, incidit in [10] regem Attalum, ſæpenumero [11] à ſe contumelioſis dictis abſentem laceſſitum : ejuſque juſſu, [12] ſaxo, cui nomen erat Equi, [12] præcipitatus, ad Deos uſque cavillandos dementis animi [13] juſta ſupplicia pependit.

9 [14] Eodem oraculo Macedonum Rex Philippus admonitus, ut à quadrigæ violentia ſalutem ſuam cuſtodiret, toto regno [15] disjungi currus juſſit, eumque locum, qui in Bœotia Quadriga vocatur, [16] ſemper vitavit : Nec tamen denuntiatum periculi genus effugit : nam Pauſanias in [17] capulo gladii, quo eum occidit, [18] quadrigam habuit [13] cælatam.

1 Deum aliquem (& hoc loco Apollinem) vituperaſſe, maledictis laceraſſe.
2 Daphida.
3 Qui aſtutiis & argutiis ſuis id, quod falſum eſt, verum oſtendere nituntur. Nomen *Sophiſtæ* antiquitus erat honeſta appellatio, communis iis omnibus, qui in arte aliquâ excellerent : undè & Rhetores, & Sapientiæ Profeſſores olim *Sophiſtæ* dicebantur. Dicitur enim *Sophiſta* : ἀπὸ τῦ σοφίζειν, id eſt, *ſapientem facere* : quia Philoſophi plerique hoc agebant, non ſolùm ut ipſi ſaperent, ſed etiam ut alios ſapientes efficerent : poſteà nomen iſtud abiit in invidiam, eò quod animum & profeſſionem ſuam ad quæſtum converterint : undè ab Ariſtotele dicuntur *pecunioſi* ; ita ut *Sophiſtæ* dicerentur, qui fictam quandam ſapientiæ ſpeciem jactitarent. 4 Sc. & cum eſſet ineptæ, &c. Dicit ergo *ineptæ*, quia nulla calliditas contrà Deum valet. 5 Quia Apollinis oraculum eo modo falſitatis arguere volebat. 6 Hæc erat calliditas, ut ſive reſponderet inventurum illum equum *eſſe*, ſive non, Deus omninò deluſus eſſe videretur : nam ſi reſpondiſſet, invenies, exiſtimabat ſe decepiſſe numen, quia non inveniri poſſit, quod non ſit amiſſum : ſi verò dixiſſet non inventuram, itidem credebat poſſe irrideri, quod ipſe ſciret non poſſe invenire, quod non amiſerit. 7 Reſponſo, de rebus futuris ex ore Dei prolato. 8 Ex eo equo dejectus præceps. 9 Jocanti ſimilis vel reverà jocans. Nomina enim in bundus deſinentia, non ſimilitudinem, ſed rei effectum ſignificant. 10 Aſiæ. 11 Qui incidit in manus ejus, id eſt, à Daphidâ. 12 Monte deorſum dejectus. 13 Meritas pœnas ; quia illum Attalus juſto quidem affecit ſupplicio. 14 Delphico. Narrat fatalem atque inevitabilem, & miraculoſam mortem Philippi, Macedonum Regis. 15 Diſſolvi ; ut nullæ in regno ejus ſint quadrigæ. 16 Scilicet poſt oraculum. 17 Manubrio. 18 Quatuor equorum currum ſculptum.

1 Adfert exemplum de Alexandro, Philippi filio.
2 Inevitabilis violētia fatalis.
3 Philippo.
4 In rogum ardentiſſimum.
5 Sc. in lecticâ aureâ.
6 Alexandro.
7 Sc. dixit.
8 Calani.
9 Nimis ſubita.
10 Ut Philippi, Alexandri, & aliorum. Præparat autem narrationem plebeji exempli.
11 Receptaculum ſordium in baſe navis. Propriè enim *ſentina* eſt pars navis inferior, in quâ omnes confluunt ſordes: à *ſentiendo* dicta, quod ejus fœtor *ſentiatur*. Hinc per Metaphoram *ſentina* dicitur omnis locus, qui ſceleratorum hominum receptaculum ſit. Cic. O fortunatam Rempublicam, ſiquidem hanc ſentinam hujus urbis ejecerit.

10 [1] Quæ tam [2] pertinax neceſſitas in [3] patre, & filio Alexandro conſimilis apparuit. Siquidem Calanus Indus ſua ſponte ſe [4] ardenti rogo [5] ſuperjecturus, interpellatus ab [6] eo, ecquid aut mandaret, aut dicere vellet, Brevi te, inquit, videbo. [7] Nec id ſine cauſa, quia voluntarium [8] ejus è vita exceſſum [9] rapida mors Alexandri ſubſecuta eſt.

11 [10] Regios interitus magnitudine miraculi remigis caſus æquat: quem in littore Tyriorum [11] ſentinam haurientem, cum è navi fluctus abjeciſſet; [12] altero latere repercuſſum, fluctus contrarius in [13] navem retulit. Itaque [14] miſeri ſimul ac [15] felicis complorationi permiſta fuit gratulatio.

12 [16] Quid illa? nonne [17] ludibria naturæ in corporibus humanis fuiſſe credenda ſunt? tolerabilia quidem, quia ſævitia caruerunt: ceterum & ipſa miraculis annumeranda. Nam & Pruſiæ Regis Bithyniæ filius [18] eodem nomine quo pater, [19] pro ſuperiori ordine dentium unum os æqualiter extentum habuit, nec ad ſpeciem deforme, neque [20] ad uſum ulla ex parte incommodum.

13 Mithridatis verò regis filia Dripetine, Laodice regina nata, duplici ordine dentium deformis admodum, comes fugæ patris, à Pompejo devicti, fuit.

14 [21] Ne [22] illius quidem parvæ admirationis oculi, quem conſtat tam certa [23] acie luminum uſum eſſe, ut à [24] Lilybæo, portu Carthaginienſium, egredientes claſſes intueretur.

12 Oppoſito. 13 Unde excuſſus jam erat. 14 Utpote in mare excuſſi. 15 Utpote in navem relativi oppoſiti fluctus. 16 Quia à propoſito diſcedere videbatur reddit rationem, cur hæc videantur ſuperioribus ſimillima. 17 Quia natura in corporibus humanis quodammodò ludere viſa eſt voluiſſe; & nova quædam facere. 18 Id eſt, etiam Pruſias dictus. 19 Loco ſuperioris ordinis dentium. 20 Ad utendum: nam ita commodè epulabatur, ſicut cæteri, qui in plures partes diviſos habent dentes. 21 Paucis abſolvit alia miranda in membris, in morbis hominum. 22 Strabonis. 23 Acumine oculorum. 24 Promontorio Siciliæ.

15 Ocu-

15 Oculis ejus [1] admirabilius Ariſtomenis Meſſenii cor: quod Athenienſes ob eximiam calliditatem exectum, [2] pilis refertum invenerunt: cum eum aliquoties captum, & aſturia elapſum, cepiſſent.

16 At Poëta Antipater Sidonius, omnibus annis, uno tantummodo die, quo genitus erat, febri implicabatur. Cumque ad ultimam ætatem perveniſſet, [3] natali ſuo [4] certo illo [5] circuitu morbi conſumptus eſt.

17 Hoc loco aptè referantur Polyſtratus, & Hippoclides Philoſophi, eodem die nati, ejuſdem præceptoris Epicuri ſectam ſecuti, [6] patrimonii etiam poſſidendi adeundæque ſcholæ communione conjuncti, eodemque momento temporis ultima ſenectute extincti. [7] Tam æqualem fortunæ pariter, atque amicitiæ ſocietatem, quis non ipſius cæleſtis Concordiæ ſinu genitam, nutritam, atque finitam putet?

18 Quapropter hoc potiſſimum fuerit, aut in [8] liberis potentiſſimorum regum, aut in [9] rege clariſſimo, aut in [10] vate ingenii florentis, aut in [11] viris eruditiſſimis, aut in [12] homine [13] ſortis ignotæ, [14] ne ipſa quidem omnis bonæ malæque materiæ fœcunda artifex Natura rationem rerum [15] reddiderit. [16] Non magis, quam quid ita ſilveſtres capreas, [17] Cretæ genitas, tantopere dilexerit, quas ſagittis confixas ad ſalutare auxilium herbæ [18] dictamni, [19] tantum non [20] ſuis manibus deducit: efficitque, ut [21] concepta ea, continuo & tela & vim veneni [22] vulneribus [23] reſpuant. [24] Aut in Cephalenia

1 Sc. fuit.
2 Piloſum: nam qui pilis abundant, ſolent aſtutiores eſſe.
3 Die, quo natus fuerat.
4 Infallibili.
5 Per circulum anni reditu.
6 Quia communiter poſſidebant patrimonia à parentibus relicta, & ex his communiter impenſas faciebant ſtudiorum, quibus operam dabant
7 Quis, inquit, hanc concordiam, & amicitiam ac ſocietatem Deo non tribuit?
8 Sicut in filiâ Mithridatis.
9 Sc. Pruſiâ.
10 Simonide aut Antipatro.
11 Polyſtrato & Hippoclide, Epicuri ſectatoribus.
12 Strabone, qui tam acutam oculorum aciem habuit.
13 Conditionis.
14 Nedum Philoſophi, qui rerum naturalium cientiam habuerunt.
15 Reddere poſſit.
16 Sc. rationem rerum ſupradictarum reddiderit natura, cur hæc miracula in ejuſmodi hominibus eſſe voluerit. Progreditur enim ad referenda miracula, quæ in ratione, aut etiam vitâ carentibus natura producit.
17 Id eſt, in Cretâ, maris Mediterranei inſulâ, Jovis incunabulis, & centum urbibus clarâ.
18 Quæ in Cretâ ſponte naſcitur.
19 Fermè.
20 Naturali inſtinctu.
21 Comeſta à capreis.
22 Sc. ſagittarum.
23 Ejiciant, evomant, ſc. ipſæ capreæ.
24 Sc. quid ita, id eſt, cur.

[1] in

[1] inſula, cum omnia ubique pecora hauſtu aquæ quotidie recreentur, in ea pecudes majore ex parte anni ore aperto ex [2] alto ventos [3] recipientes, ſitim ſuam ſedare inſtituerit. Aut quapropter [4] Crotonæ in templo Junonis Laciniæ aram [5] ad omnes ventos immobili cinere donaverit potiſſimum. Vel quare [6] alteram in Macedonia, [7] alteram in [8] Caleno agro aquam proprietatem vini, qua homines inebrientur, poſſidere voluerit. Non admiratione [9] iſta, ſed memoria proſequi debemus: cum ſciamus rectè ab ea plurimum licentiæ [10] vindicari, [11] penes quam infinitus cuncta gignendi labor conſiſtit.

19 [12] Quæ quia [13] ſupra uſitatam rationem excedentia attigimus, ſerpentis quoque à Tit. Livio curioſe pariter, ac facunde relata fiat mentio. [14] Is enim ait in Africa apud Bagradam flumen, tantæ magnitudinis anguem fuiſſe, ut Atilii Reguli exercitum [15] uſu amnis prohiberet: multiſque militibus ingenti [16] ore [17] correptis, compluribus caudæ [18] voluminibus eliſis, cum [19] telorum jactu perforari nequiret, ad ultimum [20] baliſtarum tormentis undique petitam, ſilicum crebris & ponderoſis verberibus [21] procubuiſſe, omnibuſque & cohortibus & legionibus [22] ipſa Carthagine viſam terribiliorem. Atque etiam cruore ſuo [23] gurgitibus imbutis, corporiſque [24] jacentis peſtifero afflatu vicina regione polluta, Romana inde ſummoviſſe caſtra. Dicit [25] belluæ etiam corium cxx. pedes longum, in [26] Urbem miſſum,

1 Maris Jonii.
2 Sc. aëre: nam in alto loco conſiſtunt, ut ventos commodiùs capiant.
3 Sc. in pulmonem.
4 Quod habuit Crotonæ, civitatis Calabriæ.
5 Quia peracto ſacrificio, & incenſâ victimâ, cinis in arâ relictus à nullo vento agitatur.
6 Fontem unum.
7 Alterum fontem.
8 Juxtà Cales, Campaniæ oppidum.
9 Ejuſmodi naturæ miracula.
10 Appropriari ſibi.
11 In cujus poteſtate.
12 Adfert ad cætera miracula naturæ, ſerpentis, ad Bagradam reperti, ſtupendam longitudinem.
13 In ſuperioribus exemplis
14 Titus Livius.
15 Aquatione arceret: quia non audebant appropinquare milites fluvio, ut aquam indè haurirent.
16 Anguis.
17 Raptim devoratis.
18 Spiris aut annulis effractis, laceratis: quia longitudine caudæ corripiebat milites complures, & ita illos premebat, ut necaret.
19 Nam tela in eum contorta penetrare non poterant.
20 Machinarum, ejaculantium ligna, lapides & ſimilia. Dicitur balliſta ἀπὸ τοῦ βάλλειν, à *jaciendo*.
21 Proſtratam eſſe.
22 Quam Carthago viſa ſit.
23 Fluctibus aquarum.
24 Proſtrati.
25 Immanis ſerpentis.
26 Romam.

VALE-

# VALERII MAXIMI

## LIBER SECUNDUS.

### CAP. I.

### DE MATRIMONIORUM Ritu & Neceſſitudinum officiis.

1 Nuptiarum auſpicia.
2 Epulæ ſeu convivia.
3 Matrimonium non repetentes laudatæ.
4 Primum repudium.
5 Matronalis libertas ac decor.
6 Conjugalis concordia.
7 Verecunda conſanguinitas.
8 Chariſtia.
9 Senectus honorata.
10 Juventus obſervata, exemplíſque inſtructa.

1 DIves & præpotens Naturæ regnum ſcrutatus, [2]injiciam ſtylum tam [3] noſtræ Urbis, quam cæterarum gentium priſcis ac memorabilibus [4] inſtitutis. Operæ eſt enim [5] cognoſci hujuſce vitæ, quam ſub [6] optimo principe felicem agimus, quænam fuerint [7] elementa, ut [8] eorum quoque [9] reſpectus [10] præſentibus aliquid moribus proſit.

1 Apud [11] antiquos non ſolum publicè, ſed etiam [12] privatim nihil gerebatur, niſi [13] auſpi-

1 Incipit nunc ſecundus liber, in quo fermè hæc omnia continentur, Inſtituta majorum, Diſciplina militaris, Jus triumphandi, Cenſoria nota, & Virorum majeſtas. Facit autem Præfationem, quæ nos facit attentos, cùm oſtendat, quibus primò de rebus dicturus ſit, videlicet de inſtitutis majorum. Captat inſuper benevolentiam ab Imperatore Tiberio; cùm dicat, quod ſub ejus imperio feliciter vivatur. 2 Scribere incipiam. 3 Romanæ. 4 Moribus vivendi. 5 Ut cognoſcantur. 6 Tiberio. 7 Primæ inſtitutiones, principia. Undè quatuor elementa rerum omnium primordia philoſophi eſſe voluerunt; quod ab his generentur cuncta: & ideò per ſimilitudinem cujuſlibet rei principium dicimus elementum. 8 Elementorum. 9 Conſideratio. 10 Nam vetera exempla præſentibus auctoritatem præſtant. 11 Priſcos Romanos. 12 In re privatâ. 13 Ab aſpectu avium: quòd propter earum aſpectum intelligebatur, quid placeret diſpliceret-ve Diis.

cio priùs ſumpto : quo ex more nuptiis etiamnum auſpices interponuntur. Qui quamvis auſpicia petere deſierint, ipſo tamen nomine veteris conſuetudinis veſtigia uſurpant.

2 Fœminæ cum viris [1] cubantibus ſedentes [2] cœnitabant : quæ conſuetudo ex hominum [3] convictu [4] ad divina penetravit: nam [5] Jovis epulo [6] ipſe [7] in lectulum, Juno & Minerva in [8] ſellas ad cœnam invitantur. [9] Quod genus ſeveritatis ætas noſtra diligentius in [10] Capitolio, quam in ſuis domibus, ſervat: videlicet quia magis ad [11] rem pertinet, Dearum, quam mulierum, diſciplina [12] contineri.

3 Quæ uno contentæ matrimonio fuerant, [13] coronâ pudicitiæ honorabantur. Exiſtimabant enim eum præcipuè [14] matronæ [15] ſincera fide incorruptum eſſe animum, qui poſt [16] depoſitæ virginitatis cubile in publicum egredi neſciret : multorum matrimoniorum experientiam, quaſi illegitimæ cujuſdam [17] intemperantiæ ſignum eſſe credentes.

4 [18] Repudium inter uxorem & virum, à conditâ Urbe uſque ad viceſimum & quingenteſimum annum nullum interceſſit. Primus autem Sp. Carvilius uxorem [19] ſterilitatis cauſa

1 Ferè jacentibus.
2 Sc. apud antiquos.
3 Conviviis.
4 Ad res divinas, id eſt, ad ſacrificia & officia, quæ exhibentur Diis, penitùs tranſivit.
5 In ſolenni epulatione Jovis, id eſt, quæ ſub nomine Jovis offerebatur.
6 Jupiter.
7 Sc. invitabatur ad cœnam, id eſt, ut cum ſimulacro ſuo, quod in lectulo erat, ad epulum appoſitum dignetur adeſſe in lectulo. Undè epulum Jovis erat, quod alio nomine *Lectiſternium* dicebatur. In Capitolio enim ſtratis tribus lectulis convivium apponebatur tribus Diis, Jovi, Junoni, & Minervæ. Jupiter verò, id eſt, ſimulacrum Jovis ſtatuebatur in lecto recubans, Juno & Minerva in ſellis conſidebant. 8 Sedes 9 Ut ſc. fœminæ, quæ proniores ſunt ad cubandum, ſederent viris cubantibus. 10 Summo Deorum ſacrario. 11 Utilitatem 12 Conſtringi 13 Quaſi pudiciſſimæ dicerentur. 14 Quæ non tranſierat ad ſecundas nuptias. 15 Purâ. *Sincerum* dicitur purum, quaſi ſine cerâ : ſicut mel purum dicimus, quod ſine cerâ eſt. 16 Poſt primas nuptias, in quibus virginitas deponitur, aut poſtquam in primo matrimonio virginitatem depoſuerat. 17 Quia permiſſum quidem erat ſecundò vel tertiò matrimonium repetere, attamen non ſine ſuſpicione libidinis cujuſdam intemperatę fiebat. 18 Diſſidium, nullaque ſeparatio per repudiationem alterius conjugum. *Repudium* enim propriè dicitur recuſatio ea, quâ vir uxorem à ſe rejicit ob rem aliquam pudendam, diſtractio matrimonii : differtque à *divortio*, quod *divortium* ſit inter conjunctos; *repudium* verò inter nondum conjunctos. Locutus de fœminarum in matrimonio honeſtate, adfert & virorum patientiam, qui multis annis libellum repudii dare ignoraverunt. 19 Quod filios non conciperet,

di-

dimiſit. Qui quanquam tolerabili ratione motus videbatur, reprehenſione tamen non caruit: qui nec cupiditatem quidem liberorum conjugali fidei præponi debuiſſe [1] arbitrabantur.

5 Sed quo [2] matronale decus verecundiæ munimento tutius eſſet, in jus [3] vocanti [4] matronam [5] corpus ejus attingere non permiſerunt, ut inviolata manus alienæ tactu [6] ſtola relinqueretur. Vini uſus olim Romanis feminis ignotus fuit, ne ſcilicet in aliquod dedecus prolaberentur: quia proximus à [7] Libero patre intemperantiæ gradus ad [8] inconceſſam Venerem eſſe conſuevit. Ceterum ut non triſtis earum & [9] horrida pudicitia, ſed honeſto [10] comitatis genere temperata eſſet, [11] indulgentibus maritis & [12] auro abundanti, & multa [13] purpura uſæ ſunt: & quo formam ſuam concinniorem efficerent, ſumma cum diligentia capillos [14] cinere [15] rutilarunt. Nulli enim tunc [16] ſubſeſſores alienorum matrimoniorum oculi metuebantur: ſed pariter & videre ſanctè, & aſpici [17] mutuo pudore cuſtodiebantur.

6 [18] Quoties vero inter virum & uxorem aliquid jurgii interceſſerat, in [19] ſacellum Deæ Viriplacæ, quod eſt in [20] Palatio, veniebant: & ibi [21] invicem locuti, quæ voluerant, conten-

1 Sc. Majores.

2 Mulieris.

3 Sc. Viro.

4 Uxorem ſuam. *Matrona* dicitur, quæ matrimonio viro eſt juncta, etſi liberi nondum ſint nati.

5 Non permiſerunt experiri, an ſterilis eſſet.

6 Veſtis matronalis. Eſt autem Stola propriè veſtis muliebris ad talos uſque demiſſa.

7 Vino: ut ſit inventor pro re inventâ.

8 Adulterium.

9 Inculta & aſpera aſpectu.

10 Suavitatis.

11 Ex indulgentiâ quadam ipſis ea ſuppeditantibus.

12 Aureo ornatû frequenti, ut in annulis & monilibus. 13 Purpureo indumento. 14 Sc. calefacto. 15 Rutilos ac rubicundos reddiderunt: nam *rutilum* idem eſt quod rubicundum. 16 Inſidiatores. *Subſeſſor* propriè dicitur, qui deliteſcit ad alium occidendum per inſidias: nam *ſubſidere* dicuntur, qui vias obſident, ut per inſidias viatores intercipiant. Undè hoc loco pro inſidiatoribus ſeu oppreſſoribus alieni thori accipitur. 17 Servatâ honeſtate tam in aſpicientibus, quàm in aſpectis, adeò ut & mulieres caſtè viderent adoleſcentes, & caſtè viderentur ab ipſis. 18 Adfert aliud inſtitutum majorum circà Viriplacam Deam: in cujus ſacellum convenientes conjuges poſt diſſidium reconciliabantur. 19 Parvum templum. 20 Vico antiquiſſimo Romæ, quem Evander coluiſſe dicitur. 21 Ultrò citroque.

tione

tione animorum depoſita concordes [1] revertebantur. Dea [2] nomen hoc à placandis viris fertur [3] aſſecuta: veneranda quidem, & neſcio an præcipuis, ſed exquiſitis ſacrificiis colenda: utpote [4] quotidianæ ac domeſticæ pacis [5] cuſtos, [6] in pari jugo charitatis ipſa [7] ſui appellatione virorum majeſtati debitum ac feminis reddens honorem.

7 [8] Hujuſmodi inter conjuges verecundia, [9] quid inter ceteras [10] neceſſitudines, nonne apparet [11] conſentanea? [12] nam ut minimo indicio maximam vim [13] ejus ſignificem, aliquandiu nec pater cum filio [14] pubere, nec ſocer cum genero lavabatur. Manifeſtum igitur eſt tantum [15] religionis [16] ſanguini & [17] affinitati, quantum ipſis Diis immortalibus tributum: quia inter iſta tam ſancta [18] vincula, non magis, quàm in aliquo ſacrato loco [19] nudare ſe, nefas eſſe credebatur.

8 [20] Convivium etiam [21] ſolenne majores inſtituerunt, idque [22] Chariſtia appellaverunt, [23] cui præter cognatos & affines [24] nemo interponebatur: ut ſi qua inter [25] neceſſarios querela eſſet orta, apud [26] ſacra menſæ, & inter hilaritatem animorum, [27] fautoribus concordiæ adhibitis tolleretur.

9 [28] Senectuti [29] juventus ita [30] cumulatum

1 Sc. domum.
2 Viriplacæ.
3 Obtinuiſſe.
4 Quia ſæpè accidere ſolet, ut inter virum & uxorem aliquid oriatur non ſatis ſincerum.
5 Conſervatrix.
6 In conſimili conjunctione & copulâ dilectionis.
7 Ipſo nomine quo appellata eſt.
8 Docet ex antiquo inſtituto verecundiam, quam inter conjuges ſuperiori exemplo comprobavit, cæteras quoque neceſſitudines decere: ut parentum erga liberos.
9 Sc. facit.
10 Conjunctiones tam ſanguinis quam amicitiæ.
11 Congrua, conveniens, ſc. rationi.

12 Hoc, inquit, exemplo maximo poteſt eſſe indicio, quanto in honore habita fuerit pudicitia. 13 Sc. verecundiæ inter neceſſarios cæteros. 14 Pubeſcente, adoleſcente: eſt enim *puber* qui ad adultam ætatem pervenit: quæ XIV anno terminatur: à *pube*, id eſt, corporis pudentiâ dictus. 15 Caſti timoris. 16 Propter patrem & filios. 17 Propter ſocerum & generum. 18 Neceſſitudinis. 19 Deponere veſtimenta: quibus depoſitis, quodammodò pudorem deponebant. Undè Heſiod. Mulier ſimul cum veſte pudorem exuit. 20 Adfert aliud inſtitutum inter neceſſarios, quod ad concordiam reconciliandam maximè pertinebat. 21 Quod ſemel in anno celebrari conſuevit. 22 Gratificationem: à χαρίζομαι, gratificor. 23 Convivio. 24 Nemini intereſſe licebat. 25 Affinitate aut amicitiâ conjunctos. 26 Sacras ceremonias. 27 Sc. cognatis & affinibus, qui favebant potius concordiæ, quia erant inter ſe ſanguine conjuncti. 28 Senioribus. 29 Multitudo juvenum. 30 Plenum & honorabilem.

& cir-

& circumſpectum honorem reddebat, tanquam [1] majores natu adoleſcentium communes patres eſſent. Quocirca juvenes, [2] Senatus die, utique aliquem ex patribus conſcriptis, aut propinquum, aut paternum amicum ad curiam [3] deducebant, [4] affixique [5] valv s exſpectabant, donec [6] reducendi etiam officio fungerentur. Qua quidem [7] voluntaria [8] ſtatione, & corpora & animos ad publica officia impigre ſuſtinenda roborabant, brevique progreſſu [9] morarum in lucem virtutum verecundia & laboris [10] meditatione, ipſi doctiores eunt. Invitati ad cœnam diligenter quærebant, quinam ei convivio eſſent interfuturi: ne ſenioris adventum [11] diſcubitu præcurrerent: ſublatâque [12] menſâ priores conſurgere & abire patiebantur. Ex quibus apparet cœnæ quoque tempore quam parco, & quam modeſto ſermone [13] his præſentibus ſoliti ſint uti.

10 Majores natu in conviviis [14] ad tibias egregia [15] ſuperiorum opera [16] carmine comprehenſa [17] pangebant, quò ad [18] ea imitanda juventutem alacriorem redderent. [19] Quid [10] hoc ſplendidius, quid etiam utilius [20] certamine? [21] pubertas [22] canis ſuum honorem [23] reddebat: [24] defuncta viriũ curſu ætas, [25] ingredientes

1 Seniores.
2 Quo congregati erant ſeniores.
3 Honoris gratiâ comitabantur.
4 Et firmiter adhærentes. Oſtendit diligentem curam adoleſcentum: ut ne punctum quidem horæ à valvis diſcederent.
5 Sc. curiæ, in quâ tenebatur Senatus.
6 Domum.
7 Spontaneà.
8 Exſpectatione, vigiliâ: nam *Stationes* loca ſunt antè fores caſtrorum, ubi *ſtare* cuſtodes caſtrorum conſueverunt: à *ſtando* dictæ: quanquam & ipſi cuſtodes *ſtationes* ſæpè vocantur. *Statio* quoque eſt, ubi ad tempus ſtant naves. Voluntariâ autem dicit, ad differentiam ſtationis caſtrorum: nam ſorte excipiebantur, qui cuſtodias facerent.
9 Dilationum temporum.
10 Exercitatione.
11 Diſcumbendo.
12 Secunda, id eſt, appoſitione ſecundorum ferculorum: nam duabus tantum menſis majores utebantur: unâ carnium, pomorum alterâ.
13 Senioribus.
14 Ubi erant tibicines, qui canebant præclarorum virorum res geſtas.
15 Anteceſſorum.
16 Verſu Poëtico.
17 Canebant.
18 Sc. egregia opèra ſuperiorum, id eſt, ſuperioris temporis.
19 Adfert inſtitutum de mutuo certamine majorum & minorum inter ſe: ex quo tot egregios Imperatores Romæ natos aſſerit.
20 Hac concertatione de honeſtate vitæ majorum & minorum inter ſe.
21 Puberum cœtus, adoleſcentes.
22 Caneſcentibus, id eſt, ſenioribus.
23 Exhibebat.
24 Viribus exhauſta, ſeu quæ expleverat exercitium virium corporalium.
25 Adoleſcentes, qui ingrederentur vitam agendis rebus occupatam, in quâ Remp. adminiſtrare & honores gerere cœpiſſent.

actuo-

actuoſam vitam favoris nutrimentis proſequebatur. [1] Quas Athenas, [2] quam ſcholam, quæ alienigena ſtudia huic domeſticæ diſciplinæ prætulerim? [3] Inde oriebantur [4] Camilli, Scipiones, Fabricii, Marcelli, Fabii: ac ne ſingula imperii noſtri lumina percurrendo ſim [5] longior, indè, inquam, [6] cœli clariſſima pars [7] Divi fulſerunt [7] Cæſares.

1 Quæ gymnaſia literaria Athenienſium ſimilia. 2 Sc. Philoſophorum, qui præceptis vitam humanam inſtituunt. 3 Ex domeſticâ illâ diſciplinâ. 4 Similes Camillo, Scipioni, Fabricio, Marcello, Fabio. 5 Prolixior. 6 Eorum, qui in cœlos tranſlati eſſe putantur. 7 Ut Julius, Auguſtus & Tiberius.

## CAP. II.

# DE MAGISTRATUUM atque Ordinum Officiis, & inſtitutis.

1 Senatus Rom. fides & taciturnitas.
2 Auctoritas Magiſtratuum & obſervantia linguæ Latinæ.
3 C. Marius eloquentiam ſpernens.
4 Majeſtas conſularis.
5 Conſtantia egatorum Rom.
6 Vigilantia Senatus.
7 Diligentia Tribunorum plebis.
8 Abſtinentia Magiſt.
9 Equitum Rom. probatio & Lupercalia.

I [1] ADeò autem magna charitate patriæ omnes tenebantur, ut [2] arcana conſilia P. Conſcriptorum multis ſæculis nemo ſenator [3] enuntiaverit: Q. Fabius Maximus tantummodo, & is ipſe per imprudentiam, de tertio Punico bello [4] indicendo, quod ſecretò in curia erat actum, P. Craſſo, rus petens, domum revertenti in itinere narravit, memor [5] eum triennio [6] ante Quæſtorem factum, ignaruſque nondum à Cenſoribus in ordinem ſenatorium allectum: [7] quo uno modo his, qui

1 Refert aliud inſtitutum de celandis arcanis curiæ amore patriæ, ne quid ex revelatione detrimenti pateretur. 2 Secreta: componitur ab arcâ. Nam ſicut quæ reponuntur in arcâ, ſecreta ſunt: ita arcana conſilia dicimus, quæ in pectore, veluti arcâ, concluduntur. 3 Indicaverit. Enunciare enim, eſt ſignificare, pronuntiare, exprimere. 4 Denuntiando. 5 P. Craſſum. 6 Sc. quam illi ſecretum illud communicarat. 7 Quo ſolo modo, ſc. per electionem Cenſorum.

jam

jam [1] honores geſſerant, aditus in curiam dabatur. Sed quamvis [2] honeſtus error Fabii eſſet, vehementer tamen à conſulibus [3] objurgatus eſt. Nunquam enim taciturnitatem, optimum ac tutiſſimum [4] adminiſtrandarum rerum vinculum, [5] labefactari volebant. [6] Ergo cum Aſiæ Rex Eumenes, amantiſſimus noſtræ Urbis, bellum à [7] Perſe adverſus pop. Rom. comparari ſenatui nuntiaſſet; non ante ſciri potuit, quid aut [8] ille locutus eſſet, aut [9] patres reſpondiſſent, quam captum Perſen cognitum eſt. Fidum erat, & [10] altum reip. pectus Curia, ſilentiique ſalubritate munitum, & [11] vallatum undique: cujus limen [12] intrantes, abjecta [13] privata charitate publicam induebant. Itaque non dicam unum, ſed neminem audiſſe crederes, quod [14] tam multorum auribus fuerat commiſſum.

2 [15] Magiſtratus verò priſci quantopere ſuam populique Romani majeſtatem retinentes ſe geſſerint, hinc cognoſci poteſt, quòd inter cetera obtinendæ [16] gravitatis indicia, illud quoque magna cum perſeverantia cuſtodiebant, ne [17] Græcis unquam, niſi [18] Latinè reſponſa darent. Quinetiam ipſa [19] linguæ [20] volubilitate, qua plurimum [21] valent, [22] excuſsâ, per interpretem loqui [23] cogebant; non in urbe tantum noſtra, ſed etiam in Græcia, & Aſia: Quo ſcilicet Latinæ vocis honos per omnes gentes venerabilior diffunderetur. [24] Nec illis deerant ſtudia doctrinæ, ſed [25] nulla non in

1 Alios magiſtratus.
2 Quia ſe legitimè excuſabat, quod crederet illum Senatorem eſſe.
3 Increpitus.
4 Quia ea taciturnitas eſt, quæ facit, ut res optimè gerantur.
5 Corrumpi & debilitari.
6 Quia Senatus taciturnitatem violari nolebat. Exemplum adducit, ex quo probat, quod dixit.
7 Macedoniæ Rege.
8 Eumenes.
9 Sc. Conſcripti.
10 Profundi ſilentii. Eſt quaſi definitio Curiæ: nam quemadmodum ea, quorum animus noſter conſcius eſt, ſecreta in pectore noſtro ſervantur: ita arcana conſilia reipublicæ in pectore Curiæ ſervantur.
11 Circumſeptum. Tranſlatio ſumpta ab oppidis & caſtris, quæ muniuntur & vallantur.
12 Scilicet Senatores.
13 In privatos.
14 Patrum Conſcriptorum.
15 Affert aliud inſtitutum in audiendis legatis & reſponſis dandis: quia ne Græcæ linguæ illecebris caperentur, caverunt ut Latinè, non Græcè, res ageretur.
16 Severitatis ſigna.
17 Sc. oratoribus.
18 Verbis Latinis.
19 Græcæ.
20 Græcia enim loquaciſſima eſt, & ad fingendum paratiſſima. Undè Horat. *Grajis ingenium, Grajis dedit ore rotundo Muſa loqui.*
21 Græci.
22 Expulsâ.
23 Sc. Græcos.
24 Non ideò Latinè loqui cogebant, quod Græcè neſcirent, ſed nullâ, &c.
25 In omni re.

re [1] pallium [2] togæ ſubjici debere arbitrabantur: indignum eſſe exiſtimantes, illecebris, & ſuavitate literarum imperii pondus & auctoritatem domari.

3 [3] Quapropter non es damnandus [4] ruſtici rigoris C. Mari, qui [5] gemina lauro coronatam ſenectutem tuam [6] Numidicis & [7] Germanicis illuſtrem trophæis, victor [8] devictæ gentis facundia politiorem fieri noluiſti: [9] credo ne [10] alienigena ingenii exercitatione, patrii ritus ſervus [11] transfuga exiſteres. Quis [12] ergo huic conſuetudini, qua nunc Græcis actionibus aures [13] curiæ [14] exſurdantur, [15] januam patefecit? ut opinor, Molo [16] rhetor, qui ſtudia M. Ciceronis acuit. Eum namque ante [17] omnes exterarum gentium in ſenatu ſine interprete auditum conſtat. Quem honorem non immerito [18] cepit, quoniam ſummam vim Romanæ [19] eloquentiæ adjuverat. [20] Conſpicuæ felicitatis Arpinum, ſive [21] unicum literarum glorioſiſſimum [22] contemptorem, ſive abundantiſſimum [23] fontem intueri velis.

4 [24] Maximâ autem diligentiâ majores hunc morem retinuerunt, ne quis ſe inter conſulem & proximum [25] lictorem, quamvis [26] officii causâ unà [27] progrederetur, interponeret: [28] filio duntaxat, & ei puero, ante patrem conſulem,

1 Eloquentiam, & cæteras res Palliatorum, id eſt, Græcorum. Pallium enim Græcorum, toga verò Romanorum propria.
2 Eloquentiæ, & rebus togatorum, id eſt, Romanorum.
3 Commendat ſeveritatem licet ſubruſticanam Caii Marii per Apoſtrophen ad ipſum.
4 Duritiæ: quia durus ad ſtudia literarum fuit.
5 Triumphantes enim coronati albis equis junctis in Capitolium, præcedentibus captivis, & ſubſequente exercitu, & univerſo ferè populo, vehebantur.
6 Nam in Numidiâ Jugurtham vicit, & provinciam illam Romano ſubegit imperio.
7 Devicit enim Gallos, Theutonas Cimbros, Senones, & Tigurinos. 8 Id eſt, qui alienigenâ linguâ uti noluiſti. 9 Sc. hoc feciſti. 10 Externâ, utpote Græcâ. 11 Deſertor, id eſt, ne te exercendo in linguis alienis, ritus quoque alienos inhiberet. 12 Si Latinè loqui omnes oratores cogebantur, & Marius laudatur, quod alienas linguas diſcere nolebat. 13 Senatorum in curiâ. 14 Surdæ redduntur, obtunduntur, id eſt, uſque adeò nunc omnes Græcè loquuntur, ut quodammodo obtundantur aures, cum nihil niſi Græcè loqui audeant. 15 Aditum fecit. 16 Orator, ſc. Rhodius. 17 Scilicet alios oratores. 18 Accepit. 19 Quæ erat in Cicerone. 20 Claræ. 21 Singularem. 22 Ut C. Marium. 23 Sc. literarum, & præſertim eloquentiæ, ſc. Marcum Ciceronem. 24 Commemorat inſtitutum ambulandi cum Conſulibus. Semper conſules Romanos 24 lictores præcedebant, & ſecures virgarum faſciis alligatas geſtabant. 25 Miniſtrum publicum. 26 Honoris exhibendi. 27 Deambularet. 28 Sc. conſules.

am-

ambulandi [1] jus erat. [2] Qui mos adeo [3] pertinaciter retentus eſt, [4] ut Q. Fabius Maximus quinquies Cos. vir etiam [5] pridem ſummæ auctoritatis, & tunc ultimæ ſenectutis, à filio conſule invitatus, ut inter ſe & lictorem procederet, ne hoſtium Samnitum turba (ad quorum colloquium [6] deſcendebat) [7] elideretur, [8] id facere noluerit. Idem præſtitit ille Fabius, qui à Senatu [9] legatus ad filium Conſulem [10] Sueſſam miſſus: poſtquam animadvertit [11] eum ad officium [12] ſuum extra oppidum proceſſiſſe, indignatus quod ex lictoribus XI. nemo [13] ſe equo deſcendere juſſiſſet, plenus iræ [14] ſedere perſeveravit: Quod cum filius ſenſiſſet, proximo lictori, ut [15] ſibi appareret, imperavit: [16] cujus voci [17] Fabius continuò obſecutus: Non ego, inquit, fili ſummum imperium tuum contempſi, ſed experiri volui, an ſcires conſulem agere: Nec ignoro quid [18] patriæ venerationi [19] debeatur: verùm publica inſtituta [20] privatâ pietate potiora judico.

1 Poteſtas. 2 Sc. ambulandi cum conſule, 3 Conſtanter. 4 Fuit ex Fabiorum familiâ. *Fabii* verò Romani nobiliſſimi potentiſſimique fuêre, (cognomen hoc ſortiti ex re ruſticâ, ſicut alii veterum haud infimæ ſortis. Sicut enim Cicerones, ac Lentuli ob ciceres, piſa, lenteſque eximiè ſatas, generoſum familiæ nomen adinvenêre: ita *Fabii*, à *fabarum* ſatione. Quicquid enim otii à ſeverioribus curis habuerunt veteres, illud omne agriculturæ impenderunt) qui bellum adverſus Vejentes ſoli cum ſuis clientibus & ſervis in ſe receperunt: cumque ex levibus aliquot præliis ſæpiùs victoriam reportaſſent, ad Cremeram fluvium inſidiis circumventi, ad unum omnes cæſi ſunt: undè Ovid. lib. 2. Faſt. *Una dies Fabios ad bellum miſerat omnes: Ad bellum miſſos abſtulit una dies.* Ex tantâ Fabiorum clade unus tantum ſuperfuit, qui nondum armis per ætatem idoneus, in urbe relictus erat: ex cujus ſanguine per longam nepotum ſeriem natus fuit Fabius ille Maximus, qui Dictator adverſum Annibalem creatus, cunctabundâ quâdam prudentiâ rem ſive imperium Romanum, aliorum Imperatorum temeritate labefactatum, primus reſtituit, adeò ut veriſſimè de eo Ennius dixerit: *Unus homo nobis cunctando reſtituit rem.* Lege plura, quæ de hoc annotavimus in Sall. Jugurth. pag. 121. b. 5 Anteà. 6 Ad conditiones pacis componendas. 7 Sc. à Fabio patre, & comitibus ejus. 8 Contrà morem proximè conſulem ingredi. 9 Functurus officio conſulari, ſi filius conſul deficeret. 10 Apuliæ oppidum. 11 Filium ſuum conſulem. 12 Sibi patri exhibendum. 13 Fabium patrem. 14 Sc. in equo. 15 Filio conſuli præſto adeſſet: nam *apparêre*, inter alia, *præſto adeſſe* quoque ſignificat. Undè *apparitores* dicti prætorum miniſtri, eò quòd præſto adſint. 16 Filii conſulis. 17 Sc. pater. 18 Paternæ. 19 A filiis, id eſt, ſcio, quid pietatis patri filius debeat. 20 Pietas privata eſt, quam patri filius debet, publica verò, quæ ſummo imperio debetur: qualis eſt conſulatus, ut poſthabitâ pietate paternâ, publica majeſtas veneretur.

§ [1] Re-

5 [1] Relatis Fabiorum laudibus, offerunt ſe mirificæ conſtantiæ viri: qui legati à ſenatu Tarentum ad res repetendas miſſi, cùm graviſſimas [2] ibi injurias accepiſſent, unus etiam [3] urina reſperſus eſſet, in [4] theatrum (ut eſt conſuetudo Græciæ) introducti, [5] legationem, quibus [6] acceperunt verbis, peregerunt: De his, quæ paſſi erant, queſti non ſunt, ne quid ultra [7] ac mandatum eſſet, loquerentur: [8] inſituſque pectoribus eorum [9] antiqui moris [10] reſpectus [11] dolore, qui ex contumelia graviſſimus naſcitur & ſentitur, [12] convelli non potuit. [13] Finem profecto fruendarum opum, quibus ad invidiam diu abundaveras Tarentina civitas, [14] quæſiſti. Nam dum [15] horridæ virtutis in ſeipſum [16] connexum ſtabilimentum, nitore fortunæ præſentis inflata faſtidioſe æſtimas, in prævalidum imperii noſtri [17] mucronem cæca & amens irruiſti.

6 [18] Sed ut à [19] luxu perditis moribus, ad ſeveriſſima majorum inſtituta tranſgrediar, antea ſenatus aſſiduam ſtationem [20] eo loci peragebat, qui hodie quoque [21] Senaculum appellatur: Nec expectabat ut [22] edicto [23] contraheretur, ſed [24] inde [25] citatus protinus in Curiam veniebat: [26] ambiguæ laudis civem exiſtimans, qui debitis Reipub. officiis non ſua ſponte, ſed juſſus fungeretur: quia quicquid imperio cogitur, exigenti magis, quam [27] præſtanti, [28] acceptum refertur.

1 Refert conſtantiam legatorum Romanorum.
2 Tarenti.
3 Lotio.
4 Spectaculum publicum.
5 Cauſam cur, & ad quam miſſi fuerant.
6 Sc. eam agendam à Senatu.
7 Quam.
8 Innatus.
9 Sc. ut non plus in legatione dicerent, quam à Senatu, vel à populo mandatum eſſet.
10 Conſideratio.
11 Per dolorem.
12 Expelli.
13 Nunc per Apoſtrophen alloquitur Valerius Tarentinos.
14 Tentaſti invenire.
15 Rigidæ: qualis erant in legatis Romanis.
16 Convolutum, nullo extrinſecus adminiculo egens.
17 Stimulum.
18 Aptâ tranſitione tranſit ad exemplum ſpontanei officii in Romanis.
19 Propter luxum & abundantiam opum, ut Tarentinorum. 20 In eo loco.
21 Senatorum conventiculum, eò quòd locum illum Senatores frequentare ſolebant. 22 Conſulari: ſc. ut præcones mitterentur, qui oſtiatim Senatores in Curiam venire juberent. 23 Congregaretur. 24 A ſenaculo illo. 25 Vocatus, ſc. Senatus. 26 Incertæ: quia fortaſſe, niſi cogerentur, non venirent. 27 Ob imperium alterius. 28 Adjudicatus, aſcribitur: *Referre acceptum*, idem eſt, quod fateor me accepiſſe. Per ſimilitudinem ſignificat, fateri nos aliquod beneficium ab altero accepiſſe: undè Cic. Vitam acceptam refert clementiæ tuæ.

7 [1] Illud quoque [2] memoria repetendum eſt, quod tribunis pleb intrare Curiam non licebat, ante [3] valvas autem poſitis [4] ſubſelliis, decreta patrum attentiſſima cura examinabant: ut ſi qua ex eis improbaſſent, rata eſſe non ſinerent. Itaque veteribus Senatuſconſultis [5] T. litera ſubſcribi ſolebat: [6] eaque nota ſignificabatur, ita tribunos quoque [7] cenſuiſſe: [8] Qui quamvis pro commodis plebis [9] excubabant, inque imperiis compeſcendis occupati erant, [10] inſtrui tamen [11] ea argenteis vaſis, & annulis aureis [12] publice præbitis patiebantur, quo talium rerum uſu auctoritas magiſtratuum eſſet ornatior.

8 [13] Quorum quemadmodum majeſtas [14] amplificabatur, ita abſtinentia arctiſſime [15] conſtringebatur. [16] Immolatarum enim ab [17] his hoſtiarum exta, ad [18] quæſtores ærarii delata [19] venibant; ſacrificiiſque pop. Rom. tum Deorum immortalium cultus, tum etiam hominum continentia inerat, imperatoribus noſtris, [20] quam ſanctas manus habere deberent, apud iſta altaria diſcentibus: [21] Continentiæ vero tantum tribuebatur, ut multorum [22] æs alienum, quia provincias ſincerè adminiſtraverant, à ſenatu perſolutum ſit. Nam quorum opera publicam auctoritatem ſplendorem ſuum [23] procul obtinuſſe viderant; eorum dignitatem domi collabi, indignum, ſibique deforme eſſe arbitrabantur.

1 Addit vetus Tribunorum plebis inſtitutum officioſum in Rempublicam.
2 Memorandum.
3 Sc. curiæ.
4 Sedibus minorum magiſtratuum.
5 Quæ ſignificabat Tribunos plebis.
6 Eo ſigno literæ T.
7 Approbaſſe illa decreta patrum aut ſenatuſconſulta.
8 Tribuni.
9 Vigilabant.
10 Ornati.
11 Sc. imperia, id eſt, nobiles, quorum erat imperare.
12 Ex publico ærario.
13 Imperiorum, aut ſummorum magiſtratuum. Refert ſeveritatem circa ſacrificia.
14 Dilatabatur ſc. ex permiſſione talium ornamentorum.
15 Comprimebatur.
16 Quia ipſi, qui magiſtratum gerebant, immolabant; nam quanto dignior perſona erat, quæ immolabat, tantò dignior Deorum cultus.
17 Summis magiſtratibus.
18 Præpoſitos publicæ pecuniæ quærendæ.
19 Vendebantur.
20 Quantum incorruptas, impollutas ab omni rapinâ manus habêre deberent.
21 Sed tanti faciebant continentiam.
22 Debitum.
23 In longinquis oris.

9 [1] Equeſtris vero ordinis juventus omnibus annis bis urbem [2] ſpectaculo ſui ſub magnis auctoribus celebrabat, [3] die Lupercalium, & Equitum [4] probatione. Lupercalium mos à Romulo & Remo inchoatus eſt, tunc cum lætitia exultantes, quod [5] his [6] avus Numitor, rex Albanorum, eo loco, ubi educati erant, [7] urbem condere permiſerat ſub monte Palatino, hortatu Fauſtuli educatoris [8] ſui, [9] quem Evander [10] Argivus [11] conſecraverat: facto ſacrificio, cæſiſque capris, epularum hilaritate, ac vino largiore provecti, diviſa paſtorali turba, [12] cincti pellibus immolatarum hoſtiarum, jocantes obvios petiverunt: cujus hilaritatis memoria annuo circuitu [13] feriarum repetitur. [14] Trabeatos verò equites [15] Idibus Juliis Q. Fabius [16] tranſvehi inſtituit. [17] Idem cenſor cum P. Decio ſeditionis finiendæ gra-

1 Equeſtris ſtatus. *Ordo* enim aliquando ponitur pro ſtatu hominum, fortunâ, loco, & gradu. Equeſtris autem ordo erat ſecundus Romæ. Exactis enim Româ regibus, populus Romanus in tres ordines diſtributus eſt: in Senatorium, Equeſtrem, & Plebejum ſive Popularem; undè Auſonius canit: *Martia Roma triplex, Equitatu, Plebe, Senatu.* Senatorii ordinis fuerunt iſti, qui à Regibus primùm, deinde à Conſulibus, poſt Cenſoribus in Senatum lecti eſſent, ſive Patritii, ſive Equites, ſive Plebeji iidem eſſent. Ex ordine Equeſtri fuerunt illi, qui à Romulo ex omni multitudine trecenti numero lecti ſunt, quos *Celeres* dixit: à *Celere* (ut quidam putant) Remi interfectore: quique à Tarquinio Priſco ad ſexcentorum numerum aucti fuerunt. Legebantur autem ii in Equeſtrem ordinem, quibus cenſus Equeſtris eſſet. Aſſignabatur iis equus, publicè à Cenſore datus, item annulus aureus, qui eos à Plebejis diſtingueret. Refert autem inſtituta antiqua circa ordinem Equeſtrem à Q. Fabio introducta. 2 Præbens ſe ſpectandam. 3 Id eſt, die, quo Lupercalia, id eſt, dies feſtos in honorem Panos celebrabant. *Lupercalia* ludi erant ſolennes inſtituti à Romulo & Remo ſub monte Palatino, ubi expoſiti fuerunt: ſic dicta à *lupis arcendis*, hoc enim ſacrificio exiſtimabant, lupos ab ovibus arceri. XV. Kalendas Martias erant Lupercalia. 4 Luſtratione. 5 Romulo & Remo. 6 Sc. eorum. 7 Romam. 8 Romuli & Remi. 9 Montem. 10 Græcus: erat enim Arcas. 11 Sc. Jovi. 12 Sc. omnes, qui tunc ſub Romulo & Remo aderant. 13 Feſtorum: nam *feriæ* dies feſti dicti ſunt à feriendis victimis. 14 Trabeâ veſte indutos: nam *trabea* veſtis erat, quam honoratus quiſque ſuper tunicam ſumebat, nunc prætextam vocant, quæ in extremitate purpuram habebat circumtextam. 15 Id eſt, decimo quinto die Julii. Idus enim in Martio, Majo, Julio & Octobri incidunt in diem decimum quintum: in reliquis in decimum tertium. Dictæ ſunt *Idus*, ut quidam exiſtimant, ab antiquo verbo *iduare*, quod Hetruſcâ linguâ dividere ſignificat: ideoque hunc diem *Idus* dictum, quòd menſem dividat in duas partes propemodum æquales, quia plerumque in medium menſem incidunt. 16 Sc. antè conſpectum populi in Capitolium. 17 Sc. Q. Fabius, cùm eſſet cenſor.

tia, quam [1] comitia in humillimi cujuſque poteſtatem [2] redacta [3] accenderant, omnem [4] forenſem turbam in quatuor tantummodo tribus [5] deſcripſit: caſque Urbanas appellavit. Quo tam [6] ſalubri facto, vir alioqui bellicis operibus excellens, Maximus cognominatus eſt.

1 Jura eligendi magiſtratus in Comitiis, id eſt, coïtionibus pop. Rom. 2 Calliditate nobilium. 3 Excitaverant. 4 In forum convenire ſolitam. 5 Diviſit. 6 Utili ad ſalutem Reipublicæ.

## CAP. III.

## DE MILITARIBUS Inſtitutis.

1 Capite cenſi milites primi. 2 Militaris exercitatio. 3 Velitum primus uſus.

1 [1] Laudanda etiam [2] populi verecundia eſt, qui impigrè ſe laboribus & periculis militiæ offerendo, dabat operam, ne imperatoribus [3] capite cenſos [4] ſacramento rogare eſſet neceſſe, quorum nimia inopia ſuſpecta erat, ideoque his publica arma non committebantur.

1 [5] Sed hanc diutina uſurpatione firmatam conſuetudinem C. Marius, [6] capite cenſum legendo militem, abrupit. Civis alioqui magnificus, [7] ſed novitatis ſuæ conſcientia, [8] vetuſtati non ſane propitius: memorque, ſi militaris ignavia [9] humilitatem ſpernere perſeveraret, ſe [10] à maligno virtutum interprete velut capite cenſum imperatorem compellari

1 Adfert aliud inſtitutum populi Romani circa rem militarem. 2 Romani. 3 Pauperes, id eſt, eos, qui obnoxii erant ad pendendum cenſum pro capite. Nam *Capite cenſi* dicebantur, qui pro ſuo capite tributi nomine æra pendebant: ſic appellati, quod ob tenuitatem rei familiaris non ære, ſed *capitibus cenſerentur*. 4 Juramento, quod milites tanquam rem ſacram Imperatori præſtabant. *Sacramentum* enim genus erat militiæ, quo ſinguli milites jurabant pro Republicâ ſe eſſe facturos, nec diſcedebant, niſi confectis ſtipendiis. 5 Dicit Marium dictum inſtitutum abrupiſſe. 6 Id eſt, dùm cenſus heret æſtimatum nihil debere in Remp. conferre præter caput. 7 Quia ſe novit hominem novum, id eſt, qui primus in familiâ ſua ad conſulatum pervenerat. 8 Nobilibus non multum utilis: quia inſtitutum antiquum aboleri voluit. 9 Sc. Novorum hominum. 10 Qui virtutem perperam æſtimet, idque vitio det, quod honori dandum ſit.

poſſe. Itaque [1] faſtidioſum [2] delectus genus in exercitibus Romanis [3] obliterandum duxit, ne talis [4] notæ contagio ad [5] ipſius quoque gloriæ ſugillationem penetraret.

2 [6] Armorum tractandorum [7] meditatio à P. Rutilio conſule, [8] Cn. Mallii collega, militibus eſt tradita. Is enim nullius ante ſe imperatoris exemplum ſecutus, ex [9] ludo Cn. Aurelii Scauri [10] doctoribus gladiatorum accerſitis, vitandi atque inferendi ictus ſubtiliorem rationem [11] legibus ingeneravit: [12] virtutemque arti, & rurſus artem virtuti immiſcuit, ut [13] illa impetu [14] hujus fortior, [15] hæc [16] illius ſcientiâ cautior fieret.

3 [17] Velitum uſus eo bello primum repertus eſt, quo [18] Capuam Fulvius Flaccus imperator obſedit. Nam cum equitatui Campanorum crebris excurſationibus equites noſtri, quia numero pauciores erant, reſiſtere non poſſent, Q. Nævius Centurio è peditibus [19] lectos [20] expediti corporis, brevibus & incurvis ſeptenis armatos haſtis, [21] parvo tegmine munitos, veloci ſaltu jungere ſe equitibus, & rurſus celeri motu [22] dilabi inſtituit: quò facilius equeſtri prælio ſubjecti pedites, viros pariter atque equos hoſtium telis [23] inceſſerent. Eaque novitas pugnæ unicum [24] Campanæ perfidiæ debilitavit [25] auxilium. Ideoque auctori [26] ejus Nævio adhuc honos eſt habitus.

1 Superbum: omnis enim ſuperbia ex faſtidio naſcitur.
2 Eligendi milites de multis. *Deligere* enim eſt ex multis pluſculos ad aliquod munus, ad quod aptiores videntur, eligere: indè *delectus* militum dicitur militum electio, cum ſc. Imperator imperii ſui auctoritate, quos ei viſum fuerit, ad militiam conſcribit, etiam invitos: quod in majoribus tantum Reipublicæ periculis fieri conſuevit: alioqui contenti erant iis, qui ultrò nomina dabant. Homines autem, per quos Imperatores militum delectum habebant, à *conquirendis* militibus, *Conquiſitores* appellabantur.
3 Abolendum.
4 Infamiæ, ſc. humilitatis capite cenſorum. 5 Marii. 6 Refert ali[...] inſtitutum militare. 7 Exercitatio. 8 Qui ſimul cum C. Manlio co[n]ſul fuit. 9 Scholâ gladiatoriâ. 10 Magiſtris. 11 Per leges à ſe l[a]tas introduxit. 12 Id eſt, fecit ut ad virtutem priſtinam militum Romanorum accederet ars gladiatoria. 13 Ars. 14 Virtutis. 15 Virtu[tis]. 16 Artis. 17 Militum levis armaturæ. *Velites* enim fuerunt milites lev[is] armaturæ, & expeditiores ad curſum, propterea quod gravibus armis no[n] uterentur. Feſtus *Velites* putat ſic dictos, quaſi *volantes*, aut *volites*. Proce[dit] autem ad alia inſtituta & inventa militaria. 18 Campaniæ urbe[m]. 19 Sc. milites. 20 Agiles corpore, quia levibus armis inſtructi eran[t]. 21 Brevi ſcuto. 22 Celeriter deſcendere, ſc. ab equis. 23 Laceſſerent. 24 Quia defecerunt à Romanis. 25 Sc. equitatum ejus. 26 Sc. rei.

## CAP. IV.

# DE SPECTACULIS.

1 Theatra primum ædificata.
2 Loca ordinibus primum attributa.
3 Origo ſcenicorum ludorum.
4 Origo ſæcularium.
5 Primi ſæculares.
6 Ornamenta & luxus ludorum.
7 Gladiatorium & athleticum primum.

1 [1] PRoximus militaribus inſtitutis ad urbana caſtra,id eſt, [2] theatra [3] gradus faciendus eſt , quoniam hæc quoque ſæpenumero [4] animoſas acies inſtruxerunt, excogitataque [5] cultus Deorum , & hominum delectationis cauſa, [6] non ſine aliquo pacis rubore voluptatem & religionem [7] civili ſanguine, ſcenicorum [8] portentorum gratia , macularunt.

2 [9] Quæ inchoata quidem ſunt à Meſſalla,& Caſſio cenſoribus ; ceterum auctore P. Scipione Naſica omnem apparatum operis eorum ſubjectum [10] haſtæ [11] venire placuit. Atque etiam S. C. [12] cautum eſt , ne quis in Urbe [13] propiuſve [14] paſſus mille ſubſellia poſuiſſe, ſedenſve ludos ſpectare vellet, ut ſcilicet [15] remiſſioni animorum juncta ſtandi virilitas,propria Romanæ gentis nota eſſet.

3 [16] Per quingentos autem & quinquaginta octo annos ſenatus populo miſtus ſpectaculo

1 Tranſiens à caſtris militaribus ad urbana, id eſt, theatra, in quibus eſt etiam ſua militia,id eſt, exercitatio, refert antiquorum ſeveritatem in ſpectando: nam ſtantes, non ſedentes,ſpectare permittebantur.
2 Spectandi loca: ἀπὸ τοῦ θεᾶσθαι, id eſt, à *ſpectando*.
3 Tranſitus.
4 Quia non minore contentione digladiantes in arenâ contendebant , quam in vera acie.
5 Quia in honorem Deorum ludi edebantur.

6 Quia reverentia divini cultus in pace retinere debebat homines : nam in ſummo otio ſpectacula eduntur,in quibus cum rixæ orerentur, quodammodò minuebatur. 7 Effuſione ſanguinis civium, inter ſpectandum aut certandum fuſi. 8 Quia monſtroſum quodammodo videtur,quod civis inſurgat contrà civem ſine causâ,& tempore pacis. 9 Theatra, aut portenta ſcenica. 10 Auctioni: figebatur enim haſta in auctionibus publicis. 11 Vendi. 12 Inhibitum eſt. 13 Sc. urbem. 14 Quod miliare dicitur. 15 Laxamento. 16 Commendat antiquorum modeſtiam in ſpectandis ludis,eò quod Senatores mixti plebejis ſpectabant: ſed poſt annos quingentos & quinquaginta octo diſcreti ſunt.

ludorum interfuit. Sed [1] hunc morem Atilius Serranus, & L. Scribonius [2] Ædiles, ludos [3] Matri Deûm facientes, ſuperioris [4] Africani ſententiam ſecuti, [5] diſcretis ſenatus & populi locis, ſolverunt: [6] Eaque res [7] avertit vulgi animum, & [8] favorem Scipionis magnoperè [9] quaſſavit.

4 [10] Nunc [11] cauſam inſtituendorum ludorum ab origine ſua repetam. C. Sulpitio Petico, C. Licinio Stolone [12] Coſs. [13] intoleranda vis ortæ peſtilentiæ, civitatem noſtram à bellicis operibus [14] revocatam, domeſtici atque inteſtini mali curâ afflixerat: [15] Jamque plus in exquiſito & novo cultu religionis, quam in ullo humano conſilio poſitum opis videbatur. Itaque placandi cœleſtis numinis gratia [16] compoſitis carminibus [17] vacuas aures præbuit, uſque ad id tempus [18] Circenſi ſpectaculo contenta, quod primus Romulus, raptis virginibus Sabinis, Conſualium nomine celebravit. Verum, ut eſt mos hominum parvula initia pertinaci ſtudio proſequendi, [19] venerabilibus erga Deos verbis juventus, rudi atque incompoſito motu corporum jocabunda, [20] geſtus adjecit. Eaque res [21] Ludium ex Etruria accerſendi [22] cauſam præbuit: cujus [23] decora pernicitas vetuſto ex more [24] Curetum [25] Lydorumque (à quibus Etruſci originem traxerunt) novitate gratâ Romanorum oculos permulſit. Et quia Ludius apud eos Hiſtrio

1 Mixtim & confusè ſpectandi ludos.
2 Sc. Curules: horum enim officium erat, ludos ſacros & ſolennes inſtituere, ac procurare.
3 Qui in honorem Matris Deorum Cybeles celebrabantur, & *Megaleſia* dicebantur. ἀπὸ τῆς μεγάλης μητρὸς, quòd *Magnæ Deûm matri* ſint ſacri.
4 Scipionis.
5 Diviſis, ſeparatis.
6 Diſcretio Senatus à populo.
7 Sc. à favore Scipionis, id eſt, Scipioni invidiam peperit.
8 Quo Scipioni populus priùs favebat.
9 Labefecit.
10 Quia ludorum mentionem fecit Valerius; docet à quibus, & quomodo inſtituti ſint.
11 Cur ludi inſtituti ſint.

12 Quo anno illi Conſules erant. 13 Intolerabilis vehementia & copia. 14 Remotam à bellis externis. 15 Jamque adeò increverat peſtilentia, ut humanæ opes nihil ſufficere poſſe viderentur: ut auxilium potiùs à Diis, quam ab hominibus, petendum eſſe videretur. 16 Id eſt, hymnis, in quibus Deorum laudes continebantur. 17 Non occupatas alieno ſonitu, ut bellico aut forenſi. 18 Quod in Circo exhibebatur. 19 Carminibus in Deorum honorem compoſitis. 20 Motus & ſaltationes. 21 Hiſtrionem, qui ludendi peritus erat. 22 Occaſionem. 23 Honeſta & ſpecioſa in motu corporis agilitas & velocitas. 24 Populorum Cretæ. 25 Oblectavit.

appel-

appellabatur, [1] ſcenico nomen Hiſtrionis inditum eſt. Paulatim deinde ludicra ars ad Satyrarum [2] modos perrepſit, à [3] quibus primus omnium Poëta Livius, ad fabularum argumenta ſpectantium animos tranſtulit. Iſque ſui operis [4] actor, cum ſæpius à populo [5] revocatus vocem [6] obtudiſſet; adhibito pueri & tibicinis concentu, geſticulationem tacitus peregit. [7] Attellani autem ab [8] Oſcis [9] acciti ſunt: quod genus [10] delectationis Italica ſeveritate [11] temperatum, ideoque [12] vacuum nota eſt: nam neque tribu [13] movetur, neque à militaribus ſtipendiis repellitur.

5 Et quia ceteri ludi ipſis [14] appellationibus unde trahantur [15] apparet; non abſurdum videtur [16] Secularibus initium ſuum, [17] cujus generis minus [18] trita notitia eſt, reddere. [19] Cum ingenti peſtilentia [20] Urbs agrique [21] vaſtarentur, Valeſius vir locuples, ruſticæ vitæ, duobus filiis & filia [22] ad deſperationem uſque medicorum [23] laborantibus, aquam calidam iis à foco petens, [24] genibus nixus, [25] Lares familiares, ut [26] puerorum periculum in [27] ipſius caput transferrent, oravit: Orta deinde vox eſt, habiturum eos ſalvos, ſi continuo flumine Tiberis devectos [28] Tarentum deportaſſet, [29] ibique ex [30] Ditis [31] patris, & [32] Proſerpinæ arâ petitâ [33] calidâ aquâ, recreaſſet.

1 Actori in ſcenis.
2 Verſus pervenit.
3 Modis.
4 Repræſentator & luſor.
5 Sc. in ſcenam ad agendum.
6 Raucam feciſſet, hebetaſſet.
7 Attellanæ fabulæ actores. Attellæ autem civitas eſt Campanorum, quorum luxuria in ejuſmodi ludis nimia erat, & ideò apud Campanos inhoneſtiſſimi erant, ſed à Romanis deinde magnâ ſeveritate correcti.
8 Hetruriæ populis.
9 Accerſiti ſunt.
10 Sc. Attellanæ.
11 Sc. eſt: quia nimis laſcivum erat.
12 Caret notâ infamiæ. 13 Sc. actor Attellanæ fabulæ. 14 Nominibus eorum. 15 Manifeſtum eſt. 16 Sc. ludis. *Sæculares* autem appellati ſunt, quod poſt ſæculum, id eſt, poſt centum annos (nam *ſæculum* eſt centum annorum ſpatium) ſemel tantùm hi ludi celebrarentur. 17 Ludorum. 18 Uſitata. 19 Refert, ut promiſit, originem ſæcularium ludorum: quæ antiquæ ſuperſtitionis pleniſſima eſt. 20 Roma. 21 Vaſti & vacui cultoribus fierent. 22 Uſque adeò, ut medici nihil de eorum ſanitate ſperarent. 23 Sc. morbo. 24 Super genua ſua incumbens. 25 Qui focis præerant. *Lares* enim propriè ſunt Dii domeſtici, qui colebantur domi, focuſque illis ſacer erat. 26 Liberorum. 27 Orantis patris. 28 In oppidum ſatis longinquum ab urbe. 29 Tarenti. 30 Plutonis. 31 Sc. inferorum. 32 Uxoris ejus. 33 Calefactâ per ſacrificium.

Eo prædicto magnopere [1] confuſus, quod & longa & periculoſa navigatio [2] imperabatur: ſpe tamen [3] dubia præſentem [4] metum vincente, pueros ad ripam Tiberis protinus detulit (habitabat enim in villa ſua prope vicum Sabinæ regionis Eretum) ac [5] lintre [6] Oſtiam petens, [7] nocte concubia [8] ad Martium campum [9] appulit. Sitientibuſque ægris ſuccurrere cupiens, igne [10] in navigio non [11] ſuppetente, ex gubernatore cognoſcit, haud procul apparere fumum. Et ab eo juſſus egredi Tarentum ([12] id ei loco nomen eſt) [13] cupidè arrepto calice, aquam [14] flumine hauſtam, eò, unde fumus erat obortus, jam lætior pertulit, [15] divinitus dati remedii quaſi veſtigia quædam in [16] propinquo nactum ſe exiſtimans: inque [17] ſolo magis fumante, quam ullas ignis habente reliquias, dum [18] tenacius [19] omen apprehendit, [20] contractis levibus, & quæ fors obtulerat, nutrimentis, [21] pertinaci ſpiritu flammam [22] emovit, calefactamque aquam [23] pueris bibendam dedit. Quâ potâ, ſalutari quiete [24] ſopiti, diutina vi morbi repente ſunt liberati; [25] patrique indicaverunt, vidiſſe ſe in ſomniis, quos neſcio Deorum, ſpongiâ corpora ſua [26] pertergere, & præcipere, ut ad Ditis patris & Proſerpinæ aram, à qua fuerat potio ipſis allata, [27] furvæ hoſtiæ immolarentur, [28] lectiſternia ludique nocturni fierent. [29] Is quod eò loci nullam aram viderat, [30] deſiderari credens, ut à ſe conſtrueretur; [31] aram empturus in Urbem perrexit, [32] relictis qui fundamentorum

1 Turbatus.
2 Sc. à Diis Laribus.
3 Incertâ.
4 Sc. mortis filiorum, aut de periculo navigationis.
5 Fluviali nave. *Linter* enim genus eſt naviculæ brevis, fluminibus trajiciendis aptæ.
6 Sc. urbem, ad Tiberim ſitam.
7 Quâ cubitum ferè itur.
8 Juxtà.
9 Sc. lintrem.
10 Qui erat in naviculâ.
11 Sufficienter exiſtente.
12 Sc. Tarentum.
13 Avidè: quia jam ſpei plenus erat, audito nomine Tarenti.
14 Tyberi.
15 A Diis Laribus indicati.
16 Tarento: non in urbe illâ remotâ.
17 Solidâ terrâ.
18 Conſtantiùs.
19 Ex nomine Tarenti oblatum.
20 Raptim conſtructis.
21 Continuo flatu. 22 Elicuit. 23 Liberis ſuis. 24 Obdormientes. 25 Sc. ſuo, nempe Valeſio. 26 Per omnem partem tergere, mundare. 27 Nigræ. Veteres ſuperis immolabant alba animalia; inferis verò nigra. 28 Lecti ſtrati, in quos Dii vocarentur. Dicebantur autem *lectiſternia* à ſternendis lectis, quibus Deorum ſimulacra ſuperimponebantur. 29 Valeſius pater. 30 Expeti à Diis. 31 Locum ad inſtruendam aram. 32 Sc. ſervis.

con-

conſtituendorum gratia terram ad [1] ſolidum foderent. [2] Hi domini imperium exequentes, cum ad xx. pedum [3] altitudinem [4] humo egeſta perveniſſent; animadverterunt aram Diti patri, Proſerpinæque [5] inſcriptam. [6] Hoc poſtquam Valeſius nunciante ſervo accepit, omiſſo emendæ aræ propoſito, hoſtias nigras, quæ antiquitus furvæ dicebantur, Tarenti immolavit, ludos & lectiſternia, continuis tribus noctibus, quia [7] totidem filii [8] periculo liberati erant, fecit.

[9] Cujus exemplum Valerius Poplicola, qui primus [10] conſul fuit, [11] ſtudio ſuccurrendi [12] civibus, ſecutus, apud [13] eandem aram [14] publice nuncupatis votis, cæſiſque [15] atris bubus, Diti [16] maribus, fœminis Proſerpinæ, lectiſternioque, ac ludis [17] trinoctio factis, aram terrâ, ut [18] ante fuerat, [19] obruit.

6 [20] Religionem ludorum creſcentibus opibus ſecuta [21] lautitia eſt. [22] Ejus inſtinctu Q. Catulus [23] Campanam imitatus [23] luxuriam, primus ſpectantium [24] conſeſſum [25] velorum umbraculis texit. Cn. Pompejus ante omnes, [26] aquæ per ſemitas decurſu, æſtivum minuit fervorem. C. Pulcher [27] ſcenam varietate colorum [28] adumbravit, [29] vacuis [30] ante pictura tabulis [31] extentam. Quam totam argento C. Antonius, auro Petrejus, ebore Q. Catulus prætexuit. [32] Verſatilem fecerunt Luculli.

1 Profundum, ubi ſolidum eſſet ædificiorum fundamentum. 2 Relicti ſervi. 3 Profunditatem. 4 Terrâ excavatâ & exportatâ. 5 Quia notis quibuſdam ſignificabatur aram illam Diti Patri Proſerpinæque conſecratam. 6 Sc. aram inventam eſſe. 7 Id eſt, tres. 8 Sc. mortis. 9 Valeſii. 10 Sc. cum Junio Bruto, exactis regibus. 11 Cupiditate. 12 Peſtilentiâ laborantibus. 13 Sc. Tarentinam. 14 Coram multis votis pronunciatis. 15 Atris. 16 Sc. bobus cæſis. 17 Spatio trium noctium. 18 Sc. obruta: quia inferis dicata. 19 Cooperuit. 20 Quia priùs religioſè agebantur. Docet incrementa ludorum ex luxu & apparatu. 21 Magnificentia, lautus apparatus. 22 Lautitiæ. 23 Qua Campani, omnium rerum opulentiâ abundantes, frui ſolebant. 24 Multitudinem ſimul ſedentium. 25 Linteorum. 26 Aquâ in rivulos ſectâ, & per theatrum deductâ. 27 Umbraculum, in quo fabulæ agebantur. 28 Cooperuit. 29 Carentibus. 30 Priuſquam id faceret Claudius. 31 Explicatam. 32 Aptam, ut quibuſdam machinis vertatur ad aliam picturæ ſpeciem oſtendendam. Duplex enim erat ſcena, verſatilis & ductilis. Verſatilis, cum tota machinis quibuſdam ſubitò vertebatur, & aliam atque aliam picturę ſpeciem oſtendebat. Ductilis, cùm hac atque illac ductâ rotâ omnis pictura nudabatur inferior.

[1] Argentatis choragiis P. [2] Lentulus Spinther adornavit. [3] Tranſlatum antea [4] Pœniceis indutum tunicis M. Scaurus [5] exquiſito genere veſtis [6] cultum induxit.

7 [7] Gladiatorium munus primùm Romæ datum eſt in foro [8] boario, Ap. Claudio, M. Fulvio Coſs. dederunt M. & D. filii Bruti, [9] funebri memoria [10] patris cineres honorando. [11] Athletarum certamen à M. Scauri [12] tractum eſt munificentiâ.

1 Argento decoratis inſtrumentis ſcenarum.
2 Id eſt, Lentulus, qui poſteà *Spinther* in conſulatu, quòd *Spintheri* hiſtrioni ſimillimus erat, cognominatus eſt; infra lib. 9. cap. 14.
3 Ab aliis nationibus.
4 Rubicundis. 5 Eleganti. 6 Scenicum ſc. 7 Ludos ad gladiatores pertinentes. Erant autem *gladiatores*, qui ſingulari certamine gladiis inter ſe dimicabant, donec alter eorum vel occideretur, vel ſe victum fateretur. 8 Ubi boves venduntur. *Forum* enim propriè dicitur negotiationis locus, quo res venales adferuntur, à *ferendo* nomen habens. *Forum* dicitur etiam locus, in quo judicia exercentur, in quo cum populo agitur, conciones habentur, lites tractantur; undè & *forenſes* dicuntur, qui in foro verſantur: hinc *forenſis*, *ſe* adjectivum, quo ſignificatur omne illud, quod ad forum judiciale pertinet: undè *forenſes cauſæ* dicuntur, quæ in foro judiciali agitantur. 9 Credebant enim rem gratam ſe facere inferis, ſi à gladiatoribus, populo ad ſpectandum datis, ſanguis inter dimicandum funderetur. 10 Sc. ſui, id eſt, Bruti. 11 Pugilum. *Athletæ* dicuntur, qui lacertis & brachiis inter ſe luctantur. 12 Originem ſumpſit.

## CAP. V.

# DE FRUGALITATE & innocentia.

1 Prima aurata ſtatua in urbe.
2 Jus civile cum faſtis promulgatum.
3 Veneficii prima quæſtio.
4 Tibicinum Quinquatria prima.
5 Frugalis antiquorum victus.
6 Febris Deæ ſacella in urbe.

1 [1] STatuam auratam nec in urbe, nec in ulla parte Italiæ quiſquam priùs aſpexit, [2] quam à M. Acilio Glabrione equeſtris [3] patri poneretur in [4] æde Pietatis: Eam

1 Tranſit ad alia inſtituta ſuperiorum non diſſimilia.
2 Sc. ea
3 Scilicet ejus. 4 Templo pietatis Deæ.

autem

autem ædem P. Cornelio Lentulo, & M. Bæbio Tamphilo coss. [1] ipſe [2] dedicavit, quia pater [3] compos voti factus, rege Antiocho apud [4] Thermopylas ſuperato.

2 [5] Jus civile per multa ſæcula inter ſacra ceremoniaſque Deorum immortalium abditum, ſoliſque pontificibus notum, Cn. Flavius [6] libertino patre genitus, & ſcriba, cum ingenti nobilitatis indignatione factus [7] ædilis curulis, [8] vulgavit, ac [9] faſtos pene [10] toto foro [11] expoſuit. [12] Qui cum ad viſendum ægrum [13] collegam ſuum veniret, neque à Nobilibus, quorum frequentia [14] cubiculum erat completum, ſedendi loco reciperetur: [15] ſellam curulem afferri juſſit, & in ea honorum pariter atque [16] contemptus ſui [17] vindex, conſedit.

3 [18] Veneficii quæſtio & moribus, & legibus Romanis ignota, complurium matronarum patefacto [19] ſcelere orta eſt: Quæ cum viros ſuos [20] clandeſtinis inſidiis veneno [21] perimerent, unius ancillæ indicio [22] protractæ; [23] pars [24] capitali judicio damnatæ, [25] centum ſeptuaginta numerum expleverunt.

1 M. Acilius Glabrio.
2 Conſecravit, ſc. *Pietati*.
3 Qui obtinuerat, quod optaverat.
4 Anguſtias montis Oetæ.
5 Civium Romanorum, quod XII. tabulis continebatur. Paucis refert juris civilis occultationem ex antiquo inſtituto, & ejus publicationem factam ab homine, libertino patre nato.
6 Libertinæ conditionis, ut qui libertate donatus fuerat, cùm priùs ſervus fuiſſet.
7 Ædium ſacrarum, & eorum, quæ in eis eſſent, curam habens.
8 In vulgi cognitionem detulit. 9 Libros, continentes dies, quibus cum populo agi liceret, & quibus non liceret: à *fando* dicti: nam dies, quibus cum populo fari licebat, *faſti*; quibus verò non, *nefaſti* appellabantur. 10 Per totum forum, ſc. litium. 11 Legendos dedit. 12 Cn. Flavius. 13 Coædilem. 14 Ægroti. 15 Quâ ipſe, ædilis curulis dùm officio fungebatur, utebatur. *Sella curulis* fuit ſella eburnea, quâ in publico & privato loco ſedendi causâ utebantur: ſic dicta vel à *Curibus*, civitate Sabinorum, vel quia *ſellæ* illi rotæ ſubjectæ eſſent, ut in quamcunque partem civitatis vehi, & impelli poſſet. Nam quia juriſdictionem habebant, & civitas magna erat, ideò multis in locis jura dare cogebantur. 16 Quòd contemneretur à nobilitate. 17 Ultor. 18 De veneficio inquiſitio. Docet veneficium diu Romæ ignotum fuiſſe: ſed tandem nimis vulgatum & acriter vindicatum. 19 Veneficio. 20 Occultis. 21 Occiderent. 22 Sc. in jus. 23 Iſtarum ſc. centum & ſeptuaginta. 24 Quo in caput, id eſt, vitam earum animadverſum eſt. 25 Capitum aut matronarum.

4 [1] Tibicinum quoque collegium ſolet in [2] foro vulgi oculos in ſe convertere, cum inter publicas privataſque [3] ferias, [4] actiones, [5] perſonis tecto capite, variaque veſte velatis, [6] concentuſque edit. Inde tracta licentia. Quondam vetiti in æde Jovis, quod priſco more factitaverant, veſci, Tibur irati ſe contulerunt. Quorum miniſterio ſenatus [7] deſerta [8] ſacra non æquo animo ferens, per legatos à Tiburtibus petiit, ut [9] eos [10] gratiâ ſuâ Romanis templis reſtituerent. Quos [11] illi in [12] propoſito perſeverantes, interpoſita [13] feſtæ epulationis ſimulatione, mero ſomnoque [14] ſopitos, plauſtris in Urbem devehendos curaverunt: quibus & [15] honos priſtinus reſtitutus, & [16] hujuſce luſus jus eſt datum. [17] Perſonarum uſus, pudorem [18] circumventæ temulentiæ cauſam habet.

5 Fuit etiam illa ſimplicitas antiquorum in cibo capiendo, humanitatis ſimul & continentiæ certiſſima index. Nam maximis viris prandere & cœnare in propatulo, verecundiæ non erat: nec [19] ſane ullas epulas habebant, quas [20] populi oculis ſubjicere erubeſcerent: [21] Erant adeo continentiæ attenti, ut frequentior apud eos [22] pultis uſus, quam panis, eſſet. Ideoque in ſacrificiis mola, quæ vocabatur, ex farre & ſale [23] conſtat: [24] exta farre ſpargun-

1 Canentium tibiis. Docet antiquum jus tibicinum, & eorum in urbem revectionem.
2 Sc. rerum venalium.
3 Vacationes ab opere & lite, id eſt, dies feſtos.
4 Sc. fabularum.
5 Diverſarum qualitatum ſimulachris. Ovid. l. 6. Faſt. *Cur vagus incedit totâ tibicen in Urbe? Quid ſibi perſonæ, quid toga longa volunt?*
6 Symphonias, cantus benè convenientes inter ſe.
7 Sc. Eſſet.
8 Sacrificia Deorum.
9 Tibicines.
10 Qua apud illos valebant.
11 Tiburtes.
12 Non redeundi Romam.
13 Ad diem feſtum pertinentis: ſimulaverunt enim ſibi feſtum eſſe diem, quo genio indulgerent. 14 Obrutos. 15 Veſcendi in æde Jovis. 16 Cujus licentiâ exacti fuerant. 17 Conſuetudo ut tibicines perſonis uterentur. 18 Ebrietatis per deceptionem commiſſæ. Nam quia ipſis pudori erat temulentos fuiſſe in urbem revectos, petierunt ut liceret uti perſonis ad caput tegendum. Undè Ovid. *Callidus ut poſſit numerum ſpeciemque Senatus Fallere, perſonis imperat ora tegi.* 19 Omninò. 20 Omnium conſpectui exponere. 21 Adeò, inquit, perfectâ utebantur continentiâ, ut frequentiùs uterentur pultibus quam pane. 22 Cibi vulgaris, qui ex farinâ & aquâ mixto ſale conficitur. 23 Conficitur. 24 Sc. hoſtiarum, undè futura inquirunt.

tur: & [1] pullis, quibus auſpicia petuntur, plus objicitur: Primitus enim ex [2] libamentis [3] victus ſui Deos eò efficacius, quò ſimplicius placabant.

6 Et [4] ceteros quidem ad benefaciendum venerabantur. [5] Febrem autem [6] ad minus nocendum, templis colebant, quorum adhuc unum in Palatio, alterum in area [7] Marianorum monumentorum, tertium in ſumma parte [8] Vici longi extat. [9] In eaque remedia, quæ corporibus [10] ægrorum annexa fuerant, deferebantur. [11] Hæc ad humanæ mentis æſtus leniendos cum aliqua uſus ratione excogitata, ceterum ſalubritatem ſuam induſtriæ certiſſimo ac fideliſſimo munimento tuebantur: [12] bonæque valetudinis eorum quaſi quædam [13] mater erat frugalitas, inimica luxurioſis epulis, & aliena nimiæ vini abundantiæ, [14] & ad immoderato Veneris uſu averſa.

1 Nam in caveâ pulli ſervabantur, & cùm bellum cum hoſtibus committere vellent, primùm auſpicia capiebant objectâ pulte, quam ſi ſumpſiſſent, ut pars humum caderet, bonum erat auſpicium; ſi reſpuiſſent, Diis non placere dicebant id bellum ſuſcipi.
2 Oblationibus.
3 Id eſt, ejus, quo veſcebantur, ſc. farris, cum ſale & aquâ.
4 Deos & Deas.
5 Sc. Deam. Ad aliud tranſit inſtitutum. 6 Ut minùs noceret. 7 Quæ à Mariis illic exſtructa erant. 8 Qui vicus longus appellabatur. 9 Et deferebant remedia, quibus valetudinem priſtinam recuperaſſent ægroti, in ea templa febris. 10 Laborantium febri. 11 Remedia, quæ corporibus annexa erant. 12 Quia eſt etiam mala valetudo: nam *valetudo* medium eſt vocabulum, quod in utramque partem accipitur, nempe pro ſanitate, & pro languore ſeu infirmitate. 13 Nam ex frugalitate naſcitur bona valetudo. 14 Nam (ut ait Ter in Eun.) *Sine Cerere & Libero friget Venus.*

## CAP. VI.

# DE EXTERNIS Inſtitutis.

1 Spartanorum frugalitas.
2 Mos militaris eorundem.
3 Athenienſium inſtitutum contra otioſos & inertes.
4 Areopagus eorundem.
5 Honos virtutis apud eoſdem.
6 Ingratitudinis actio apud eoſdem.
7 Maſſilienſium inſtituta varia.
8 Cejorum venenum publicum.
9 Maſſilienſium lex de advenis armatis.
10 Gallorum mos in mutuo dando.
11 Cimbrorum Celtiberorumque mos in adeundis prœliis.
12 Thracum opinio de vitæ calamitate.
13 Lyciorum luctus.
4 Indarum fœminarum fidus amor erga maritos.
15 Pœnicarum fœminarum proſtitutio.
16 Perſarum inſtitutum in educandis liberis.
17 Numidarum regum mos in auctoritate ſervanda.

I [1] IDem ſenſit [2] proxima majorum noſtrorum gravitati [3] Spartana civitas: quæ ſeveriſſimis Lycurgi legibus obtemperans, [4] aliquandiu civium ſuorum oculos [5] à contemplanda Aſia retraxit; ne illecebris [6] ejus [7] capti, ad [8] delicatius vitæ genus prolaberentur. [9] Audierant enim lautitiam [10] inde, & immodicos ſumptus, & omnia non neceſſariæ voluptatis genera fluxiſſe: primoſque [11] Ionas [12] unguenti, [13] coronarumque in convivio

1 Sc. de frugalitate, quod Roma. Tranſit ad inſtituta externa: & primò Lacedæmoniorum.
2 Propinqua, & quaſi conformis.
3 Lacedæmon. Spartani enim adeò luxuriæ contemptores & laboris patientes fuêre, ut etiam virginibus eorum magis palæſtræ pulvis, venaticus labor, & militia in ſtudiis fuerit, quam fertilitas filiorum. 4 Per aliquot annos, ſc. per quingentos annos & amplius. 5 A contemplatione luxuriæ, quæ in Aſiâ tunc erat, arcuit. 6 Aſiæ. 7 Cives ſui. 8 Quam priùs uſi fuerant. 9 Sc. Spartani ſeu Lacedæmonii. 10 Ex Aſiâ. 11 Populos Joniæ, qui ſunt pars Aſiæ: qui tamen & ipſi Græcam habebant linguam; nam Jonica lingua una eſt ex quinque Græcis. 12 Unguento non tantum linebant caput, ſed etiam pedes. Nardinum præſtantiſſimum habebatur. Tib. *Illius puro deſtillent tempora nardo.* 13 Coronis quoque, quæ conſtabant variis floribus, unguento delibutis, utebantur ad prohibendam ebrietatem. Sertis autem caput & colla amplectebantur, pocula cingebant, etiam ipſa triclinia ornabant.

dan-

dandarum, & [1] ſecundæ menſæ [2] ponendæ conſuetudinem, [3] haud parva luxuriæ irritamenta reperiſſe: Ac minimè mirum eſt, quod [4] homines labore ac patientia gaudentes, [5] tenaciſſimos [6] patriæ nervos, externarum deliciarum contagione ſolvi & [7] hebetari noluerunt: cum aliquanto faciliorem virtutis ad luxuriam, quam luxuriæ ad virtutem tranſitum viderent. [8] Quod eos non fruſtra timuiſſe dux [9] ipſorum Pauſanias patefecit, qui maximis operibus [10] editis, ut primum ſe Aſiæ moribus permiſit, fortitudinem ſuam, [11] effœminato [12] ejus cultu, [13] mollire non erubuit.

2 [14] Ejuſdem civitatis exercitus non ante [15] ad dimicandum deſcendere ſolebant, quàm tibiæ concentu, & [16] anapæſti pedis modulo cohortationis calorem animo traxiſſent, [17] vegeto & [18] crebro ictus ſono ſtrenue hoſtem invadere admoniti. [19] Iidem ad diſſimulandum & occultandum vulnerum ſuorum cruorem, [20] Pœniceis in prœlio tunicis utebantur; [21] non, ne ipſis aſpectus [22] earum terrorem, ſed ne hoſtibus [23] fiduciæ aliquid afferret.

3 [24] Egregios virtutis bellicæ ſpiritus Lacedæmoniorum, prudentiſſimi [25] pacis moribus Athenienſes ſubſequuntur: apud quos inertia [26] è latebris ſuis, [27] languore marcens, [28] in forum perinde ac delictum aliquod protrahitur,

1 Pomorum, & aliorum ejuſmodi fructuum.
2 Sc. in convivio.
3 Magna.
4 Ut erant Spartani.
5 Robuſtiſſimos, propter ſeveram vivendi rationem.
6 Per quos patria maximè conſervabatur, utpote laborem, & patientiam, ſobrietatemque.
7 Obtuſos fieri, effæminari.
8 Sc. tenaciſſimos patriæ nervos deliciarum contagione ſolvi. Corroborat enim exemplo hanc opinionem.
9 Lacedæmoniorum.
10 Confectis.
11 In fœmininam mollitiem deducto.
12 Aſiæ.
13 Mollem facere.
14 Spartanæ.
15 Inire periculum dimicandi.

16 Qui conſtat ex duabus ſyllabis brevibus, & unâ longâ. 17 Vivaci ſono ictus, indicati per anapœſtum in ultimâ ſyllabâ. 18 Quantum ad duas priores ſyllabas pedis, indicantis celeriter invadendum eſſe hoſtem. 19 Lacedæmonii. 20 Rubicundis. 21 Sc, id faciebant. 22 Tunicarum cruentarum. 23 Cum enim aliquis vulneratus conſpicitur, eum non diu pugnaturum credimus. 24 Tranſit ad mores Athenienſium, quos dicit in pace excelluiſſe, ut Lacedæmonios in bello. 25 In pace ſervandis. 26 Quia per otium in occulto vitam agunt: nam proprium inertis eſt in otio & tenebris deliteſcere. 27 Torpore putreſcens. 28 Juridice reprehenditur & dijudicatur, tanquam homo delicto obnoxius eſſet.

tur,

tur, [1] ſitque [2] ut facinoroſæ, ita erubeſcendæ [1] rea culpæ.

4 [3] Eſt & [4] ejuſdem urbis ſanctiſſimum conſilium [5] Areopagus, ubi quid quiſque Athenienſium ageret, aut quonam [6] quæſtu ſuſtentaretur, diligentiſſime inquiri ſolebat, [7] ut homines honeſtatem (vitæ rationem memores reddendam eſſe) ſequerentur.

5 [8] Eadem bonos cives coronâ decorandi primo conſuetudinem introduxit, duobus oleæ connexis ramulis [9] clarum [10] Periclis cingendo caput. [11] Probabile inſtitutum, [12] rem, ſive [13] perſonam intueri velis. Nam & virtutis uberrimum [14] alimentum eſt honos; & Pericles dignus, à quo [15] talis muneris dandi poſteritas potiſſimum [16] initium caperet.

6 [17] Age, [18] quid illud inſtitutum Athenarum, quam memorabile? quod [19] convictus à patrono [20] libertus ingratus, [21] jure libertatis exuitur. [22] Superſedeo te, [23] inquit, habere civem [24] tanti muneris impium æſtimatorem. Nec adduci poſſum ut credam urbi utilem, quem [25] domui ſceleſtum cerno: abi igitur & [26] eſto ſervus, quoniam liber eſſe neſciſti.

7 [27] Inde [28] Maſſilienſes quoque ad hoc tempus uſurpant diſciplinæ gravitatem, priſci

1 Et accuſatur.
2 Id eſt, apud Athenienſes inertes, nihil boni tempore pacis facientes, ita puniebantur, & condemnabantur, ut facinoroſi
3 Laudat inſtitutum Athenienſium in Areopago.
4 Athenienſium.
5 Vicus Martis, ubi juſtitia exercebatur apud Athenienſes: indè dictus, quod Mars ibi primus, Halirrhotio interfecto, judicio ſe ſiſtere coactus fuerit. Ἄρης enim Martem, πάγος vicum ſignificet.
6 Lucro.
7 Reddit rationem, cur ita facerent, quia niſi probaretur ratio vitæ ſuæ, pœnam darent non mediocrem.
8 Sc. civitas Athenienſium.
9 Illuſtre ob bonum conſilium & fortia geſta.
10 Oratoris maximi, & Philoſophi doctiſſimi, qui rempublicam Athenienſium quadraginta annis mirâ quadam prudentia gubernavit, & illi habitus eſt honos.
11 Commendabile.
12 Effectum ipſum: quia maximè gloriâ cives ad virtutem concitantur. Undè Ovid. *Laudataque virtus Creſcit; & immenſum gloria calcar habet.*
13 Periclem, qui talem honorem benè meritus fuerat.
14 Nutrimentum.
15 Coronæ oleaginæ.
16 Ut ipſe princeps eſſet hujus inſtituti.
17 Proſequitur inſtitutum Athenienſium circa gratos & ingratos.
18 Quale.
19 Probatus à manumiſſore.
20 Libertate donatus.
21 Revocatur in ſervitutem: convicti enim liberti in ſervitutem revocabantur.
22 Deſino.
23 Sc. patronus, revocans libertum in ſervitutem.
24 Quantum eſt libertatis.
25 In patremfamilias ingratum & iniquum.
26 Sc. poſthac.
27 Poſt Athenienſes. Tranſit ad mores Maſſilienſium
28 Populi in Provinciâ Gallicanâ, & populo Romano maximâ amicitiâ devincti, adeò ut cùm cæteræ civitates à populo Romano defeciſſent, hi ſoli in fide & officio permanerent, quod & tempore belli civilis fecerunt.

moris obſervantia, charitate populi Rom. præcipue [1] conſpicui; qui tres in [2] eodem manumiſſiones [3] reſcindi permittunt, ſi ter ab eodem deceptum [4] dominum cognovérint. Quarto errori ſubveniendum non putant; quia ſua [5] jam culpa injuriam [6] accepit, qui [7] ei ſe toties objecit. [8] Eadem civitas ſeveritatis cuſtos acerrima eſt: nullum aditum in [9] ſcenam [10] Mimis dando, quorum [11] argumenta majore ex parte ſtuprorum continent actus, ne talia ſpectandi conſuetudo etiam [12] imitandi [13] licentiam ſumat. Omnibus autem, qui per aliquam [14] religionis ſimulationem alimenta inertiæ quærunt, clauſas [15] portas habet, & mendacem & fucoſam ſuperſtitionem ſubmovendam eſſe exiſtimans. Ceterum [16] à condita Urbe gladius eſt ibi, quo [17] noxii jugulantur: rubigine quidam [18] exeſus, & vix ſufficiens [19] miniſterio, ſed [20] index & minimis quoque rebus omnia antiquæ conſuetudinis [21] momenta ſervanda.

[22] Duæ etiam ante portas [23] eorum [24] arcæ jacent: [25] altera, qua liberorum; altera, qua ſervorum corpora ad ſepulturæ locum [26] plauſtro devehuntur: ſine lamentatione, ſine [27] planctu luctus funeris die, domeſtico ſacrificio, adjectoque neceſſariorum convivio, finitur. Etenim quid [28] attinet, aut [29] humano dolori [30] indulgeri, aut divino numini invidiam fieri: quod immortalitatẽ ſuam nobiſcũ [31] par-

1 Illuſtres.
2 Manumiſſo.
3 Revocati.
4 Manumiſſorum.
5 Quarto loco.
6 Sc. Dominus.
7 Servo malo, libertate donato.
8 Maſſilienſium. Proſequitur ſeveritatis inſtitutum Maſſilienſium.
9 Agendarum fabularum locum.
10 Hiſtrionibus, mores hominum geſtu corporis imitantibus.
11 Materiæ.
12 Turpia, ut ſtupra.
13 Malam conſuetudinem, aut permiſſionem.
14 Quia multi ſub prætextu religionis mollem & inertem vitam etiam tunc ſectabantur.
15 Sc. civitas Maſſilienſium.
16 Ab eo temporè, quo primùm urbs earum fuit condita.

17 Sontes & maleficio convicti necantur. 18 Corroſus, & partim corruptus. 19 Decollandi, aut jugulandi. 20 Monſtrator. 21 Efficacias. 22 Refert inſtitutum Maſſilienſium de duabus arcis, id eſt, feretris aut capſulis: quibus omnium cadavera ad ſepulturam deferebantur, in alterâ liberorum, in altera ſervorum. 23 Maſſilienſium. 24 Ciſtæ ligneæ ſeu feretra, quibus efferebantur cadavera. 25 Sc. arca jacet antè portas eorum. 26 Non humeris hominum. 27 Pulſatione pectorum præ triſtitiâ. 28 Prodeſt. 29 Propter hominis mortalitatem orto. 30 Operam dari. 31 Communicare, id eſt, qui Dii nos immortales facere noluerint, ſicuti ipſi ſunt.

tiri noluerit? [1] Venenum [2] cicuta temperatum in ea [3] civitate publicè cuſtoditur, quod datur ei, qui cauſas [4] Sexcentis (id enim Senatus [5] ejus nomen eſt) [6] exhibuit, propter quas mors ſit illi expetenda: Cognitione [7] virili [8] benevolentia temperata, quæ nec egredi vita [9] temere patitur, & [10] ſapienter [11] excedere cupienti celerem [12] fati viam præbet; ut vel adverſa, vel proſpera nimis uſis fortuna ([13] utraque enim finiendi [14] ſpiritus, [15] illa ne perſeveret, [16] hæc ne [17] deſtituat, rationem præbet) comprobato [18] exitu terminetur.

8 [19] Quam conſuetudinem Maſſilienſium non in Gallia ortam, ſed è Græcia tranſlatam [20] indè exiſtimo, quod illam etiam in inſula Ceo ſervari animadverti, quo tempore Aſiam cum Sex. Pompejo petens, Julida [21] oppidum intravi. Forte enim evenit, ut tunc ſummæ dignitatis ibi fœmina, ſed ultimæ jam ſenectutis, reddita ratione civibus, cur excedere vita deberet, veneno conſumere ſe [22] deſtinarit, mortemque ſuam Pompeji præſentia clariorem fieri magni æſtimarit. Nec preces [23] ejus [24] vir ille, ut omnibus virtutibus, ita humanitatis quoque laudibus [25] inſtructiſſimus, [26] aſpernari ſuſtinuit. Venit itaque ad eam, facundiſſimoque ſermone, qui ore [27] ejus quaſi è [28] beato quodam eloquentiæ fonte manabat, ab [29] incepto conſilio diu [30] nequicquam revocare conatus, ad ultimum propoſitum exequi paſſus eſt, quæ nonageſimum annum tranſgreſſa, cum ſumma & animi & corporis [31] ſinceritate, lectulo, quantum di-

1 Refert aliud Maſſiliæ inſtitutum.
2 Succo herbæ venenoſæ dilutum.
3 Maſſilienſium.
4 Sc. Senatoribus, aut juridicis viris, qui ſexcenti erant.
5 Civitatis.
6 Expoſuit & declaravit.
7 Viriliter mori cupientium.
8 Judicum.
9 Sine legitimâ causâ.
10 Juſtâ de causâ.
11 Sc. vitâ.
12 Mortis.
13 Fortuna, ſc.
14 Vitalis.
15 Sc. adverſa fortuna.
16 Sc. Proſpera fortuna.
17 Relinquat.
18 Sc. vitæ. Senſus eſt: Utraque fortuna, tam adverſa, quam proſpera, cauſam moriendi, præbet hominibus: nam ſi adverſa fuerit, nolunt in ea diutiùs permanere; ſi proſpera, dubitant ne deſerat eos, & in adverſam incidant.

19 Dicit eſſe conſuetudinem è Cæo inſulâ tranſlatam: idque probat exemplo cujuſdam mulieris ſic mortem obeuntis. 20 Ex eâ re. 21 Inſulæ Cæi. 22 Decreverit. 23 Fœminæ. 24 Sextus Pompejus. 25 Paratiſſimus, munitiſſimus. 26 Viliſpendi paſſus eſt. 27 Pompeji. 28 Abundante. 29 Sc. conſumendi ſe veneno. 30 Fruſtrà. 31 Integritate, puritate.

gnoſcere

gnoſcere [1] erat, quotidiana conſuetudine cultius ſtrato recubans, & innixa cubito, Tibi quidem, inquit, Sex. Pompei Dii magis, [2] quos relinquo, [3] quam quos peto, gratias referant: quia nec hortator vitæ meæ, nec mortis ſpectator eſſe [4] faſtidiſti. [5] Ceterum ipſa [6] hilarem Fortunæ vultum ſemper experta, ne aviditate [7] lucis [8] triſtem intueri cogar; reliquias ſpiritus mei proſpero fine, duas filias & ſeptem nepotum [9] gregem ſuperſtitem relictura, permuto. Cohortata deinde ad concordiam ſuos, diſtributo eis patrimonio, & cultu ſuo [10] ſacriſque domeſticis majori filiæ traditis; [11] poculum, in quo venenum temperatum erat, conſtanti dextra arripuit. Tum [12] defuſis [13] Mercurio [14] delibamentis, & invocato [15] numine [16] ejus, ut ſe placido itinere in meliorem ſedis [17] infernæ deduceret partem; cupido hauſtu mortiferam [18] traxit potionem. Ac ſermone ſignificans, quaſnam ſubinde partes corporis ſui [19] rigor occuparet, cum jam viſceribus [20] eum, & cordi [21] imminere eſſet locuta; filiarum manus ad [22] ſupremum [23] opprimendorum oculorum officium advocavit. [24] Noſtros autem, tametſi novo ſpectaculo obſtupefacti erant, ſuffuſos tamen lacrymis dimiſit.

9 [25] Sed ut ad Maſſilienſium civitatem, unde in hoc [26] diverticulum exceſſi, revertar: intrare oppidum [27] eorum nulli cum telo licet: præſtoque eſt, qui [28] id cuſtodiæ gratia [29] acceptum, [30] exituro reddat, ut hoſpitia [31] ſua,

1 Licebat.
2 Id eſt, ſuperi.
3 Quam inferi.
4 Contempſiſti ſuperbè.
5 Sed ego.
6 Favorabilem mihi.
7 Vitæ.
8 Fortunæ vultum.
9 Multitudinem.
10 Ut Diis Penatibus ſacrificia facerent.
11 Firmâ & non tremebundâ, aut conſtantis animi indice.
12 In terram.
13 Ad honorem Mercurii: quia animabus præeſſe dicitur. Virg. *Animas ille evocat orco Pallentes, alias ſub triſtia tartara mittit.* Eſt autem Deorum nuntius, qui non ſolùm Diis ſuperis, ſed inferis quoque miniſtrat.
14 Oblationibus potionis prælibatæ.
15 Divino auxilio.
16 Mercurii. 17 Apud inferos habendæ. 18 Attraxit & imbibit. 19 Torpor mortis. 20 Rigorem. 21 Appropinquare. 22 Ultimum. 23 Claudendorum: ſolebant enim propinquiores morientium oculos claudere. 24 Pompeji & meos, cæterorumque Romanorum. 25 Redit ad narrationem inſtitutorum Maſſilienſium. 26 Digreſſionem, narrationem inſtituti Cæi inſulæ extravagatus ſum. 27 Maſſilienſium. 28 Telum. 29 Ab intrante. 30 Sc. Peregrino, Maſſiliam egredi volenti. 31 Sc. Maſſilienſium.

quem-

quemadmodum advenientibus humana ſunt, ita [1] ipſis quoque tuta ſint.

10 [2] Horum mœnia [3] egreſſo vetus ille mos Gallorum occurrit, quos memoriæ proditum eſt, pecunias [4] mutuas, quæ [5] his apud inferos redderentur, dare ſolitos: quia perſuaſum habuerunt, animas hominum immortales eſſe. Dicerem ſtultos, [6] niſi idem [7] Braccati ſenſiſſent, quod [8] palliatus [9] Pythagoras [10] credidit.

11 [11] Avara & fœneratoria [12] Gallorum philoſophia: [13] Alacris & fortis Cimbrorum, & Celtiberorum, qui in acie exultabant, tanquam glorioſe & feliciter vita exceſſuri: lamentabantur in morbo, quaſi turpiter & miſerabiliter perituri. Celtiberi etiam nefas eſſe [14] dubebant prœlio ſupereſſe, cum is occidiſſet, pro cujus ſalute [15] ſpiritum devoverant. Laudanda utrorumque populorum animi præſtantia, quod & patriæ incolumitatem fortiter tueri, & fidem amicitiæ conſtanter præſtandam arbitrabantur.

12 [16] Thraciæ vero illa natio merito ſibi ſapientiæ laudem vendicaverit, quæ natales hominum flebiliter, exequias cum hilaritate celebrans, ſine ullis [17] doctorum præceptis, verum [18] conditionis noſtræ habitum pervidit. [19] Removetur itaque naturalis omnium animalium dulcedo vitæ, quæ multa & facere & pati turpiter cogit; ſi ejus aliquanto felicior ac beatior finis reperietur.

1 Maſſilienſibus.
2 Maſſilienſium. Secundum locorum ſitum pulchrè tranſit à Maſſilienſibus ad Gallicanos mores.
3 Sc. mihi.
4 Mutuò.
5 Mutuò dantibus.
6 Sc. Gallos.
7 Sc. Galli, id eſt, braccis induti. Tota olim Gallia in tres partes diviſa eſt, Togatam ſive Ciſalpinam, quæ Alpibus Italiæque antiquo limite Rubicone flumine terminatur, & Comatam ſive Transalpinam (quæ iterum in Belgicam, Celticam, & Aquitanicam dividitur) & Braccatam, quæ erat Narbonenſis Romanorum Provincia.
8 Græcus: quia pallio utebantur Græci.
9 Qui credebat animas hominum immortales eſſe, ſed ex uno corpore in alia corpora tranſire, nec uſpiam inferos eſſe.
10 Sc. pecuniam mutuò datam, apud inferos recipi.
11 Quia plus recipere ſperabant, quam dederant. Tranſit autem ad mores Cimbrorum & Celtiberorum.
12 Sic mutuò dantium.
13 Sed Philoſophia Cimbrorum & Celtiberorum eſt læta & jucunda.
14 Exiſtimabant.
15 Vitam ſuam morti addixerant.
16 Proſequitur mores Thracum.
17 Docentium philoſophorum.
18 Status vitæ: nam naſcentes pericula & labores ſubimus; morientes illa relinquimus.
19 Niſi nos, inquit, nimia vitæ cupiditas tenuerit, intelligimus vitæ introitum miſerabiliorem fore, quam exitum: nam vitæ cupiditas cogit plerumque nos multa turpiter facere, aut turpiter pati.

13 [1] Quocirca [2] recte Lycii, cum iis luctus incidit, muliebrem veſtem induunt: ut deformitate [3] cultus commoti, [4] maturius [5] ſtultum projicere mœrorem velint.

14 [6] Verum quid ego fortiſſimos hoc in genere [7] prudentiæ viros laudem? Reſpiciantur Indorum fœminæ, quæ cum more patrio complures [8] eidem nuptæ eſſe ſoleant, mortuo marito, in [9] certamen judiciumque veniunt, [10] quam ex [11] iis maximè [12] dilexerit: [13] Victrix gaudio exultans, deductaque à [14] neceſſariis lætum præferens vultum, [15] conjugis ſe [15] flammis ſuperjicit, & cum eo tanquam feliciſſima crematur: [16] ſuperatæ cum triſtitia, & mœrore in vita remanent. [17] Protrahe in medium [18] Cimbricam audaciam, adjice [19] Celtibericam fidem, junge animoſam [20] Thraciæ ſapientiam, annecte Lyciorum in luctibus abjiciendis callide [21] quæſitam rationem: [22] Indico tamen [23] rogo nihil eorum [24] præferes, [25] quem uxoris pietas in modum [26] genialis tori propinquæ mortis ſecura [27] conſcendit.

15 [28] Cui gloriæ Pœnicarum fœminarum, ut ex comparatione turpius appareat, [29] dedecus ſubnectam. [30] Siccæ enim [31] fanum eſt Veneris, in quod ſe matronæ conferebant; atque [32] inde procedentes ad [33] quæſtum, dotes corporis [34] injuria [35] contrahebant, [36] honeſta [37] nimirum tam [38] inhoneſto vinculo [36] conjugia [39] juncturæ.

1 Tranſit ad mores Lyciorum.
2 Sc. ſentiunt aut faciunt.
3 Veſtitus.
4 Celeriùs.
5 Utpote pro re irrecuperabili aſſumptum.
6 Infert exemplum Indicarum fœminarum, cum earundem laude.
7 Quà parvifaciunt hanc vitam.
8 Sc. viro.
9 Contentionem
10 Uxorem.
11 Compluribus.
12 Maritus.
13 Judicata maximè dilecta fuiſſe
14 Proximis parentibus.
15 In rogum ſeu ignem ardentem, quo cadaver mariti comburitur.
16 Minùs dilectæ judicatæ.
17 Comparat hanc mulierum fortitudinem his omnibus exemplis, quæ ſuprà poſuerat.
18 Cimbrorum, exultantium dum in prelio cadunt. 19 Celtiberorum populorum ſeſe morti pro ſalute imperatoris ſui devoventium. 20 Thracum, exequias gaudio celebrantium, natales luctu. 21 Inventam, quia muliebrem veſtem induunt, cum ſibi lugendum fuerit. 22 Indicorum maritorũ. 23 Igni incenſo. 24 Plus laudandũ judicabis. 25 Rogum. 26 Quo generationi prolis à conjugibus opera dari ſolet. 27 Sc. læto vultu. 28 Sc. Indicarum mulierum. Adfert turpe inſtitutum Pœnicarũ mulierũ. 29 Turpe flagitium. 30 Urbis Africę. 31 Templum. 32 Sc. in publicũ. 33 Lucrum ſeu acquiſitionẽ. 34 Stupro. 35 Accumulabant. 36 Quia conſtat poſt conjugium illas omniũ caſtiſſimas mulieres fuiſſe. 37 Certè. 38 Sc. dotis ex quęſtu meretricio. 39 Inituræ.

16 Jam Perſarum admodum probabile inſtitutum fuit, quod liberos ſuos non prius aſpiciebant, quam ſeptimum impleſſent annum, quo parvulorum amiſſionem [1] æquiore animo [2] ſuſtinerent.

17 [3] Ne Numidiæ [3] quidem reges [4] vituperandi, [5] qui more gentis ſuæ nulli mortalium oſculum ferebant. Quicquid enim in excelſo [6] faſtigio poſitum eſt, humili & [7] trita conſuetudine, quo ſit [8] venerabilius, vacuum eſſe convenit.

1 Placatiore. 2 Perferrent. 3 Non etiam. Laudat gravitatem regum Numidarum. 4 Scilicet ſunt in ſequenti inſtituto. 5 Reges. 6 Culmine honoris & dignitatis. 7 Vulgatâ inter Plebejos. 8 Nimia enim familiaritas contemptum parit.

## CAP. VII.

## DE DISCIPLINA Militari.

### OBSERVATA à Romanis.

1 P. Scipione Æmiliano COS.
2 Q. Metello Numidico COS.
3 P. Rupilio COS.
4 C. Aurelio Cotta COS.
5 Q. Fulvio Flacco Cenſ.
6 A. Poſtumio Tuberto Dict. & T. Manlio Torquato COS.
7 L. Quintio Cincinnato Dict.
8 L. Papirio curſore Dict.
9 L. Calpurnio Piſone. COS.
10 Q. Metello Macedonico Procoſ.
11 Q. Fabio Max. Serviliano Procoſ.
12 P. Afr. majore Procoſ.
13 P. Africano minore Procoſ.
14 L. Æmilio Paullo Procoſ.
15 Senatu Romano.

### EXTERNIS.

1 Senatu Carthaginenſi.
2 Clearcho Spartanorum Duce.

[1] VENIO nunc ad præcipuum decus, & ſtabilimentum Rom. imperii, ſalutari [2] perſeverantia ad hoc tempus [3] ſincerum, & incolume ſervatum, militaris diſciplinæ [4] tenaciſ-

1 Expedito inſtitutorum tractatu, cum præfatione more ſuo tranſit ad diſciplinam militarem. 2 Aſſiduitate. 3 Inviolatum. 4 Quia nullo modo permiſerunt diſciplinam militarem ſolvi.

naciſ-

nacissimum vinculum; in [1] cujus ſinu ac [2] tutela [3] ſerenus [4] tranquilluſque [5] beatæ pacis ſtatus acquieſcit.

I [6] P. Cornelius [7] Scipio, cui deleta Carthago [8] avitum cognomen dedit, conſul in Hiſpaniam miſſus, ut inſolentiſſimos [9] Numantinæ urbis ſpiritus, [10] ſuperiorum ducum culpa nutritos, contunderet, [11] eodem temporis momento, quo caſtra intravit, edixit: ut omnia ex [12] his, quæ voluptatis causâ comparata eſſent, auferrentur ac [13] ſummoverentur. Conſtat tum maximum [14] inde [15] inſtitorum, & [16] lixarum numerum cum duobus millibus [17] ſcortorum abiiſſe. Hac turpi atque erubeſcenda [18] ſentina vacuefactus noſter exercitus, qui paulo ante metu mortis, deformi ſe [19] fœderis ictu maculaverat, erecta [20] virtute, recreataque, [21] acrem illam & animoſam Nu-

1 Diſciplinæ.
2 Protectione.
3 Sine perturbatione bellorum externorum.
4 Sine diſſenſione civium.
5 Omnium honorum abundantis.
6 Primum exemplum adfert de P. Cornelio Scipione.
7 Sc. Africanus.
8 Quia indè Africanus major dictus fuerat.
9 Numantinorum civium animos.
10 Antè Scipionem in Hiſpaniam miſſorum.

11 Publicè mandavit. 12 Caſtris. 13 Removerentur. 14 Ex caſtris Romanis. 15 Negotiatorum. 16 Miniſtrorum militum. *Lixæ* dictæ ſunt (ut ſcribit Feſtus) *qui exercitum ſequuntur quæſtus gratiâ: ita dicti, quod ſint extrà ordinem militiæ, eiſque liceat, quod libuerit. Quidam à liguriendo quæſtum eos dictos credunt.* Hactenus Feſtus. At meliùs Nonius, *Elixum eſt*, inquit, *quicquid ex aquâ mollitur, vel decoquitur: nam lixam veteres dixerunt eſſe aquam. Undè & lixæ dicti, qui militibus aquam ad caſtra, vel ad tentoria ſolebant ferre.* Nos verò (quod utriuſque pace dictum ſit) *lixas* eſſe affirmamus eos, qui vilioris quæſtus gratiâ exercitum ſequuntur, ut lavandi, aut coquendi gratiâ, appellatoſque à *cinere*: lix enim (ut Varro inquit) foci cinis eſt, undè *lixivium* dicitur aqua, in quâ lavandi gratiâ decoctus eſt cinis; & *elixum*, quod, cinere ollæ ſuppoſito, decoctum eſt, propter quod & aulicocium dicitur, hoc eſt, ollâ decoctum. Nam veteres pro *ollâ* aulam dicebant: à quo Plautina fabula *Aulularia* vocitata eſt ab aulâ, id eſt, parvâ ollâ, in quâ repoſitus erat theſaurus. Undè argumentum ejus fabulæ eſt, aulam repertam auri plenam Euclio vi ſummâ ſervat, miſeris affectus modis. *Lixæ* ergo dicti, quòd & in depurandâ ſuppellectile, & in cibis decoquendis cinerem agitarent. 17 Meretricem: quæ *ſcorta* dicuntur, quod tanquam pelles arietinæ ſubigi ſoleant. Propriè enim *ſcortum* eſt corium animalium, præſertim eorum, quæ craſſiorem habent pellem & duriorem. 18 Colluvie fœdium, id eſt, ſordidiſſimorum hominum. Propriè verò *ſentina* eſt pars navis inferior, in quâ omnes confluunt ſordes: à *ſentiendo* dicta, quod ejus fœtor *ſentiatur*. Hinc per Metaphoram *ſentina* dicitur omnis locus, qui ſceleratorum hominum receptaculum ſit. 19 Percuſſi inter Mancinum & Numantinos, quod pop. Rom. improbavit, quod ejus injuſſu factum fuiſſet. 20 Sepriſtinâ. 21 Fortem.

mantiam incendiis exuſtam ruiniſque proſtratam ſolo æquavit. Itaque neglectæ diſciplinæ militaris [1] indicium, [2] Mancini miſerabilis deditio; [3] ſervatæ [4] merces, ſpecioſiſſimus Scipionis [5] triumphus extitit.

2 [6] Ejus [7] ſectam [8] Metellus ſecutus, cum [9] exercitum in Africa, [10] Jugurthino bello nimia [11] Sp. Albini [12] indulgentia corruptum conſul accepiſſet: omnibus [13] imperii [14] nervis ad [15] revocandam [16] priſtinæ diſciplinam militiæ connixus eſt. Nec [17] ſingulas [18] partes apprehendit, [19] ſed totam continuo in ſtatum ſuum redegit. [20] Protinus namque [21] lixas è caſtris ſummovit, [22] cibumque coctum venalem proponi vetuit: [23] in agmine neminem militum miniſterio ſervorum [24] jumentorumque, [25] ut arma ſua, & alimenta ipſi ferrent, uti paſſus eſt. [26] Caſtrorum [27] ſubinde locū mutavit: [28] eadem, tanquam [29] Jugurtha ſemper [30] adeſſet, vallo foſſaque aptiſſime cinxit. Quid ergo reſtituta continentia, quid repetita induſtria profecit? Crebras ſcilicet victorias, & multa [31] tropæa peperit ex [32] eo hoſte, cujus tergum, ſub [33] am-

1 Signum. 2 Qui, quia fœdus à pop. Rom. non approbatur, hoſtibus deditus eſt. 3 Diſciplinæ ſc. militaris. 4 Præmium. 5 De Numantinis. 6 Scipionis Numantini. Adfert exemplum obſervationis diſciplinæ militaris à Metello Numidico. 7 Doctrinam in re militari: eſt ſimilitudo ſumpta à Philoſophis: nam qui Socratis, Platonis aut Ariſtotelis opinionem ſequuntur, *ſectam* ſequi dicuntur, à *ſecando* dictam, eò quòd in diverſas opiniones ſecarentur, id eſt, dividerentur. 8 Numidicus. 9 Romanum. 10 Quod geſtum fuit contrà Jugurtham: ſolent enim bella à devictis hoſtibus nominari. 11 Hic primus fuit, qui Conſul & Imperator miſſus à Senatu contrà Jugurtham, molliter nimis & licenter exercitum habuerat, teſte Sall. in Jugurth. 12 Laxitate in obſequendo militum voluptati. 13 Poteſtatis, quâ ipſe Imperator fungebatur. 14 Viribus, Nam ſicut nervi ſunt vires corporis: ſic & nervi imperii ſunt ejus vires & potentia. 15 Reſtituendam. 16 Quam exercitus priùs habuerat. 17 Unamquamque ſeorſum. 18 Diſciplinæ militaris. 19 Id eſt, non ſenſim milites corrigere cœpit, ſed eodem temporis momento univerſum exercitum purgavit. 20 Statim. 21 Miniſtros militum, mercede conductos ad aquam ferendam, & cætera onera obeunda. 22 Ne milites cibo præparato veſcentes molliores redderentur, ſed ut coquendi labore exercerentur. 23 In migratione exercitus, dum exercitus ageretur ſeu incederet, & caſtra mutaret. 24 Animalium, quæ ſarcinas ſuas veherent. 25 Sc. milites. 26 Tentoriorum, in quibus milites diverſantur. 27 Per intervalla temporis, ut ipſo itinere milites exercerentur. 28 Caſtra. 29 Rex Numidiæ. 30 Ea oppugnaturus. 31 *Tropæum* eſt monumentum ſeu columna marmorea à victore erecta, eo in loco ubi hoſtes in fugam convertit: à τρόπῳ, id eſt, converſione dictum. 32 Jugurthâ. 33 Spurio Albino, qui ambiendo milites, eis nimium indulſerat.

bitioſo

bitioſo imperatore, Romano militi videre non contigerat.

3 [1]Benè etiam illi diſciplinæ militari [2]affuerunt, qui neceſſitudinum [3] perruptis vinculis, ultionem vindictamque [4] læſæ cum ignominia domuum ſuarum exigere [5] non dubitaverunt. Nam P. Rupilius conſul eo bello, quod in Sicilia [6] cum fugitivis geſſit, Q. Fabium [7] generum ſuum, quia negligentia Tauromitanam arcem amiſerat, [8] provincia juſſit [9] decedere.

4 Jam C. Cotta P. Aurelium Pecuniolam [10] ſanguine ſibi junctum, quem obſidioni Liparitaniæ ad auſpicia repetenda [11] Meſſanam tranſiturus præfecerat, virgis [12] cæſum, [13] gregalis militiæ munere inter pedites fungi coëgit; quod ejus culpâ agger incenſus, & pene caſtra fuerant capta.

5 [14] Q. etiam Fulvius Flaccus cenſor, Fulvium fratrem cohortem legionis, in qua Tr. militum erat, injuſſu conſulis domum dimittere auſum, [15] ſenatu movit. Non digna exempla, quæ tam breviter, niſi [16] majoribus urgeter, referrentur. Quid enim tam difficile factu, quam [17] copulatæ ſocietati generis & imaginum, [18] deformem [19] in patriam reditum indicere? aut communioni nominis, ac [20] familiæ veteris propinquitatis ſerie [20] cohærenti, [21] virgarum contumelioſa verbera adhibere? aut [22] cenſorium ſupercilium [23] adverſus fraternam charitatem [24] diſtringere? Dentur

1 Laudat illos, qui milites ſuos ad diſciplinam militarem revocarunt.
2 Auxilio fuerunt.
3 Demptis, id eſt, non parcentes neceſſitudine ſibi conjunctis: ut M. Torquatus, qui in filium ſuum animadvertit.
4 Diſciplinæ militaris.
5 Auſi ſunt, non veriti ſunt: is enim eſt elegans hujus verbi uſus. Cic. *Non dubitat*, inquit, *P. Lentulum æternis vinculis mandare*: pro audet, non veretur.
6 Contrà, adverſus fugitivos, id eſt, ſervos, quorum dux & autor fuit Eunus.
7 Filiæ maritum.
8 Siciliâ.
9 Egredi.
10 Conſanguineum.
11 Siciliæ urbem.

12 Percuſſum. 13 Viliſſimi enim gregales milites erant, ad quæcunque opera militiæ supplenda ſubjecti. 14 Adfert tertium exemplum ejuſdem ſeveritatis in neceſſarios ſuos. 15 Dignitate & ordine Senatorum privavit. 16 Exemplis. 17 Conjunctæ. 18 Turpem. 19 Ut fecit Rutilius. 20 Ei, qui cohærebat ad familiam. 21 Ut fecit C. Cotta, qui P. Aurelium Pecuniolam, ſanguine ſibi conjunctum, ex equite peditem fecit. 22 Cenſoriam ſeveritatem: nam in ſuperciliorum torvo motu quædam ſeveritas oſtenditur. 23 Ut fecit Q. Fulvius 24 Denudare & vibrare: eſt ſimilitudo à gladiatoribus petita, qui gladium in concertatorem ſuum nudant.

[1] hæc ſingula [2] quamvis claris civitatibus, abunde tamen gloria diſciplinæ militaris inſtructæ videbuntur.

6 At [3] noſtra urbs, quæ omni genere [4] mirificorum exemplorum totum orbem terrarum replevit, Imperatorum [5] proprio ſanguine manantes ſecures (ne turbato militiæ ordine vindicta deeſſet) è caſtris [6] publice ſpecioſas, [7] privatim [8] lugubres duplici vultu recepit: incerta [9] gratulandi prius, an [10] lugendi officio fungeretur. [11] Igitur ego quoque [12] hæſitante animo vos bellicarum rerum ſeveriſſimi cuſtodes, Poſtumi Tuberte, & Manli Torquate, memoria ac relatione complector; quia animadverto fore, ut [13] pondere laudis, quam meruiſtis, [14] obrutus, magis imbecillitatem ingenii mei detegam, quam veſtram virtutem, ſicut par eſt, [15] repræſentem. Tu namque Poſtumi dictator, [16] A. Poſtumium, quem ad generis [17] penetraliumque ſacrorum ſucceſſionem [18] propagandam genueras, [19] cujus [20] infantiæ blandimenta [21] ſinu atque oſculis [22] foveras; quem puerum literis, quem juvenem armis [23] inſtruxeras; [24] ſanctum, [25] fortem, amantem tui pariter ac patriæ; quia non tuo [26] juſſu, ſed [27] ſua ſponte [28] præſidio progreſſus, [29] hoſtes fuderat, [30] victorem ſecuri feriri juſſiſti; & ad hoc peragendum [31] imperium, [32] paternæ vocis miniſterio ſufficere valuiſti. Nam oculos tuos, certum ſcio, clariſſima

1 Dicta exempla.
2 Quantumvis, q. d. Si civitates ſingulæ unum exemplar haberent eorum, quæ oſtendimus, tamen abundè viderentur obſervaſſe morem militarem.
3 Romana civitas.
4 Mirabilium factorum.
5 Filiorum.
6 Quantùm ad Rempublicam.
7 Quantùm ad ipſorum Imperatorum dolorem: quia filii eorum virgis cæſi & ſecuri percuſſi ſunt.
8 Ambiguo.
9 Quod victores evaſerint.
10 Quod filios amiſerint.
11 Quia ſupra fidem videtur pro conſervandâ diſciplinâ militari in filios animadvertiſſe.
12 Dubio.
13 Mole.
14 Oppreſſus.
15 Sc. legentibus aut audientibus hanc relationem.
16 Filium tuum.
17 Maximè familiarium. Mox erat antiquitùs, ut domeſticis ſacris ex filiis majores natu præficerentur.
18 Amplificandam: tranſlatio ſumpta à vitibus; nam propagari dicuntur vites, cùm ab arbore ſubterranea flagella deducuntur.
19 Poſtumii filii tui.
20 Quem infantem blandientem.
21 In complexu brachiorum.
22 Molliter educaveras.
23 Erudieras.
24 Reſpectu patris, qui pietatem paternam ſanctam habebat.
25 Quia fortis bellator erat.
26 Imperio.
27 Propriâ autoritate.
28 Extrà caſtra, ubi eum locaveras.
29 Fidenates.
30 Hoſtium.
31 De nece filii.
32 Mandato vocis, jubendo lictoribus, ut eum ſecuri feriant.

in luce [1] tenebris offuſos, [2] ingens animi opus intueri nequiviſſe. Tu item Manli [3] Torquate [4] Latino bello conſul, [5] filium, quod provocatus à Geminio Metio duce Tuſculanorum ad dimicandum [6] te ignaro deſcenderat, glorioſam victoriam & [7] ſpecioſa ſpolia referentem; abripi à [8] lictore, & in modum hoſtiæ mactari juſſiſti: [9] ſatius eſſe judicans, patrem forti filio, quam [10] patriam militari diſciplina carere.

7 [11] Age, quanto ſpiritu putamus uſum L. Quintium Cincinnatum dictatorem eo tempore, quo devictis [12] Æquis & ſub jugum miſſis, L. Minutium conſulatum deponere coëgit, quod caſtra [13] ejuſdem [14] hoſtes obſederant? Indignum enim [15] maximo imperio [16] credidit, [17] quem non ſua virtus, ſed foſſa vallumque tutum præſtiterat: [18] cuique verecundiæ non fuerat, [19] arma Romana metu trepida clauſis portis contineri. Ergo [20] imperioſiſſimi XII [21] faſces, penes quos ſenatus & equeſtris ordinis, & univerſæ plebis ſummum [22] decus erat, quorumque [23] nutu [24] Latium, ac totius Italiæ vires regebantur, contuſi atque [25] fracti [26] dictatoriæ ſe [26] animadverſioni ſubſtraverunt. Ac ne [27] inulta foret læſa gloria militaris,

1 Caligius, mœrore nimio.
2 Excellens.
3 *Torquatus* cognomen eſt Manli, à *torque* impoſitum, quem occiſo ad Anienem Gallo detraxit, eumque collo ſuo impoſuit.
4 Cum Latino populo, qui à Romanis defecerat, geſto. Cato apud Sall. in Catil. dicit hoc contigiſſe bello Gallico. Verum Florus lib. 1. c. 14. & Livius lib. 8. Decad. 1. cum auctore noſtro conſentiunt: hi enim Manlium id bello Latino feciſſe narrant. Vide quæ nos ad Sall. pag. 173. a
5 Sc. tuum, nempe Titum Manlium.
6 Imò plus quam ignaro, quia prohibuerat quicquam ſe abſente in hoſtem moliri. Quin & edixerant Conſules, ne quis extrà ordinem in hoſtem pugnaret, ut ſcilicet militaris diſciplina ad priſcos redigeretur mores. 7 Provocator enim erat cæſus. 8 Miniſterio lictoris. 9 Melius. 10 Romam. 11 Refert ſimul exemplum ſervatæ à Quintio Cincinnato, & neglectæ diſciplinæ militaris à Lucio Minutio. 12 Italiæ populis: qui & Æquiculi dicti ſunt. 13 Minutii antè adventum Dictatoris. 14 Æqui. 15 Sc. conſulari in Romanos. 16 Sc. Cincinnatus. 17 Id eſt, Putabat illum non eſſe imperio dignum, qui ſe exercitumque ſuum, non fortitudine, ſed vallo foſsâque tutatus eſſet. 18 Et qui non erubuerat. 19 Armatos Romanos (qui ſemper victores fuerunt) præ timore trepidantes. 20 Maximi imperii indices. 21 Virgarum cum ſecuri. 22 Ornamentum: nam pop. Rom. in tot ordines diſtributus erat. 23 Voluntate. 24 Italiæ pars. 25 A Dictatoriâ majeſtate. 26 Cincinnati Dictatoris punitioni. 27 Sine ultione.

conſul [1] delicti omnis vindex [2] punitus eſt. His (ut ita dicam) [3] piaculis, Mars imperii noſtri pater, ubi aliqua ex parte [4] à tuis auſpiciis degeneratum erat, [5] numen tuum propitiabatur: [6] affinium & [7] cognatorum & [8] fratrum [9] nota, [10] filiorumque ſtrage, [11] ignominioſa [12] conſulum [13] ejuratione.

8 [14] Ejuſdem ordinis eſt quod ſequitur. Papirius dictator, cum adverſus Imperium ejus Q. Fabius Rullianus [15] magiſter equitum exercitum [16] in aciem eduxiſſet, quanquam [17] fuſis Samnitibus in caſtra [18] redierat, tamen neque virtute [19] ejus, neque [20] ſucceſſu, neque [21] nobilitate motus, virgas [22] expediri, [23] eumque [24] nudari juſſit. [25] O ſpectaculum admirabile! & Rullianus, & magiſter equitum, & victor, ſciſſa veſte, [26] ſpoliatoque corpore, lictorum verberibus lacerandus: ut in acie exceptorum [27] vulnerum [28] nodoſis ictibus cruore renovato, victoriarum, quos modo [29] ſpecioſiſſimos erat adeptus titulos, reſpergeret. Precibus deinde ſuis exercitus occaſionem [30] Fabio confugiendi in urbem dedit; ubi [31] fruſtra ſenatus auxilium imploravit. Nihilo minus enim Papirius in exigenda pœna perſeveravit: itaque coactus eſt pater [32] ejus, poſt dictaturam, tertiumque conſulatum, rem [33] ad populum devocare, auxiliumque tribunorum plebis ſupplex pro filio petere. Neque [34] hac

1 Qui aliorum delicta punire conſuevit. 2 A Dictatore. 3 Pœnis, purgationibus delicti. 4 A præclaris tuis inceptis diſceſſerat. 5 Divina majeſtas tua placabatur. Q. d. O Mars, ideò ſeveri fuere, ut numen tuum his pœnis placarent, ſi quid contrà te fuiſſet admiſſum. 6 Quâ Rutilius notavit Q. Fabium, generum ſuum. 7 Quâ Cotta Pecuniolam diffamavit. 8 Quâ Flaccus Cenſor Fulvium fratrem inſignem reddidit. 9 Infamiâ 10 Poſtumii & Manlii. 11 Inhoneſta. 12 Minutii. 13 Abdicatione ſeu privatione ſacramenti, quod milites Imperatori exhibebant: nam cum conſulatum ineunt, in Remp. jurant: cùm deponunt, eo jurejurando ſolvuntur. *Ejurare* autem eſt extrà jus facere. 14 Dictatorii. Adfert alterius Dictatoris in conſimili ſeveritate exemplum. 15 Cui ſumma poteſtas in equites erat: addebaturque ſemper Dictatori, cui ſumma poteſtas erat in populum. 16 Ad prælium. 17 Proſtratis, devictis. 18 Sc. Rullianus. 19 Rulliani, qui vicerat. 20 Proſperâ pugnâ: quia felix fuerat. 21 Fuit enim de gente Papyriâ. 22 Faſcibus evolvi. 23 Rullianū. 24 Ut virgis cęderetur. 25 Exaggerat rem iſtam. 26 Ignominioſè nudato. 27 Quæ nondum obducta erant. 28 Sc. virgarum. 29 Honeſtiſſimos. 30 Rulliano. 31 Quia Senatus in Dictatorem nihil potuit. 32 Fabii Rulliani, qui etiam Fabius dictus eſt. 33 Romanum, penes quem ſuprema erat poteſtas. 34 Supplicatione tanti viri.

re ſeveritas Papirii [1] refrenari potuit : ceterum, cum ab univerſis civibus, & ipſis tribunis plebis rogaretur; teſtatus eſt, non pœnam illam ſe Fabio, ſed populo Romano & Tribunitiæ [2] concedere poteſtati.

9 [3] L. quoque Calpurnius Piſo conſul, cum in Sicilia bellum adverſus [4] fugitivos gereret, & C. Titius equitum præfectus, fugitivorum multitudine circumventus arma cum ſuis tradidiſſet; his [5] præfectum ignominiæ generibus affecit. Juſſit eum toga [6] laciniis abſciſſis amictum, [7] diſcinctaque tunica indutum, nudis pedibus, à mane in noctem uſque [8] ad principia [9] per omne tempus militiæ adeſſe. Interdixit etiam ei [10] convictum hominum, uſumque balnearum : turmaſque equitum, quibus [11] præfuerat, ademptis equis in [12] funditorum [13] alas tranſcripſit. Magnum profecto [14] dedecus patriæ magno [15] Piſonis [16] decore vindicatum eſt : quoniam quidem id egerit, ut qui cupiditate vitæ adducti, [17] cruce digniſſimis [18] fugitivis trophæa de ſe ſtatuere conceſſerant, libertatique ſuæ [19] ſervili manu flagitioſum imponi jugum non erubuerant, amarum [20] lucis uſum experirentur, mortemque, quam [21] effeminare timuerant, viriliter optarent.

10 [22] Nec minus Piſone acriter [23] Q. Metellus : qui cum apud [24] Contrebiam res gereretur, collocatas à ſe in quadam [25] ſtatione quinque cohortes, atque ex ea viribus hoſtium depulſas, repetere eandem ſtationem è veſtigio juſſit : non quod ſperaret ab iis amiſſum locum recuperari poſſe, ſed ut [26] præteritæ

1 Cohiberi à perſecutione ultionis.

2 Condonare.

3 Adfert ſeveritatem Lucii Calpurnii in Titium equitum præfectum ob neglectam diſciplinam militarem.

4 Servos, qui à dominis fugerant.

5 Titium.

6 Sine fimbriis, quæ à *lacerando* dictæ ſunt.

7 Diſſoluta, in ſignum ignaviæ & mollitiei.

8 Ad primam ſtationem in acie, ut ab omnibus advenientibus conſpici poſſet.

9 Quo deinde militabat.

10 Ne cum aliquo convivium iniret.

11 Titius.

12 Viliſſimorum peditum, fundis glandes in hoſtes jacientium.

13 Ordinem. *Alæ* propriè ſunt equitum, ſic dictæ, quòd pedites tegant alarum vice.

14 Quia turpe erat tam degeneres educaſſe equites. 15 Conſulis. 16 Gloriâ. 17 Turpiſſimâ morte. 18 Servis. 19 Fugitivorum ſervorum. 20 Sc. hujus vitæ. 21 Molliter & quaſi muliebriter. 22 Adducit Q. Metelli ſeveritatem in eâdem re. 23 Sc. egit, qui Jugurtham, Numidiæ regem, primus dare terga coëgit. 24 Urbem Celtiberiæ. 25 Loco, in quo ad tempus ſtarent. 26 Priùs ab eis malè geſtæ.

teritæ culpam pugnæ, inſequentis certaminis [1] manifeſto periculo puniret. Edixit etiam, ut ſi quis ex his fugiens caſtra petiiſſet, [2] pro hoſte interficeretur. Qua ſeveritate compreſſi milites, corporibus fatigatis, & animis [3] deſperatione vitæ implicatis, loci tamen [4] iniquitatem, multitudinemque hoſtium ſuperarunt. [5] Humanæ igitur imbecillitatis efficaciſſimum [6] duramentum eſt neceſſitas.

11 In [7] eadem provincia Q. Fabius Max. ferociſſimæ gentis animos contundere & debilitare cupiens, manſuetiſſimum ingenium ſuum, ad tempus depoſita clementia, ſæviore uti ſeveritate coëgit. Omnium enim, qui ex præſidiis Romanis ad hoſtes transfugerant, captique erant, manus abſcidit: ut [8] trunca [9] præ ſe brachia geſtantes [10] defectionis metum reliquis injicerent: Rebelles itaque manus à corporibus ſuis [11] diſtractæ, inque cruentato ſolo ſparſæ, ceteris, ne [12] idem committere auderent, [13] documento fuerunt.

12 [14] Nihil mitius [15] ſuperiore Africano: is tamen ad firmandum diſciplinam militarem, aliquid ab alieniſſima [16] ſibi crudelitate [17] amaritudinis [18] mutuandum exiſtimavit. Si quidem devicta Carthagine, cùm omnes, qui ex noſtris exercitibus ad [19] Pœnos tranſierant, in ſuam poteſtatem redegiſſet; gravius in Romanos, quam in [20] Latinos transfugas [21] animadvertit. [22] Hos enim tanquam [23] patriæ fugitivos crucibus affixit, [24] illos tanquam perfidos ſocios ſecuri percuſſit. Non proſequar [25] hoc factum [26] ul-

1 Quia volebat omnes occidi, & pro ſcelere pœnam luere.
2 Tanquam eſſet hoſtis.
3 Quia videbantur aut ab hoſtibus, aut à ſuis interficiendi, ideo ferociores facti locum receperunt: nihil enim magis valet ad difficillima obtinenda, quam deſperatio vitæ. Unde Virg *Una ſalus victis, nullam ſperare ſalutem.*
4 Quia difficile erat recuperare locum amiſſum & ab hoſte occupatum.
5 Ex quo, inquit, cognoſci poteſt, neceſſitatem eſſe, quæ homines imbecilles facit eſſe fortes.
6 Stabilimentum.
7 Celtiberiâ aut Hiſpaniâ.
8 Truncata, abſciſſis manibus.
9 Antè ſe.
10 Transfugiendi ad hoſtes.
11 Amputatæ.
12 Crimen defectionis
13 Exemplum præbuerunt cæteris, ne tale quidquam facere molirentur, aut auderent.
14 Nemo fuit clementior.
15 Priore: nam duo fuerunt.
16 Suo ingenio.
17 Acerbitatis.
18 Mutuò accipiendum eſſe.
19 Carthaginenſes.
20 Socios.
21 Ultionem exercuit.
22 Romanos.
23 Servos, qui à patriâ aufugerint.
24 Latinos.
25 Scipionis.
26 Verbis contumelioſis.

terius,

terius, & quia [1] Scipionis eſt, & quia Romano ſanguini, [2] quamvis merito perpeſſo, [3] ſervile ſupplicium [4] inſultare non attinet: cum præſertim tranſire [5] ad ea liceat, quæ ſine [6] domeſtico vulnere geſta narrari poſſunt.

13 Nam [7] poſterior Africanus, [8] everſo Punico imperio, [9] exterarum gentium transfugas, [10] in edendis populo ſpectaculis, [11] feris objecit.

14 Et [12] L. Paullus Perſe [13] rege [14] ſuperato [15] ejuſdem generis & [16] culpæ homines elephantis [17] proterendos ſubſtravit: utiliſſimo quidem exemplo, ſi tamen acta excellentiſſimorum virorum humiliter æſtimare [18] ſine inſolentiæ reprehenſione permittitur. Aſpero enim & [19] abſciſſo caſtigationis genere militaris diſciplina indiget: quia [20] vires armis conſtant, [21] quæ ubi [22] à recto tenore deſciverunt, oppreſſura ſunt, niſi opprimantur.

15 Sed tempus eſt eorum quoque mentionem fieri, quæ jam non à [23] ſingulis, verum ab univerſo Senatu pro militari more obtinendo, defendendoque adminiſtrata ſunt. L. Marcius tribunus militum, cum reliquias duorum exercituum P. & Cn. Scipionum, [24] quos arma Pœnorum in Hiſpania abſumpſerant, [25] diſperſas mira virtute collegiſſet, [26] earumque [17] ſuffragiis dux eſſet creatus; ſenatui de rebus actis à ſe ſcribens, in hunc modum orſus eſt: L. MARCIUS [28] PROPR. [29] Cujus ho-

1 Viri laudatiſſimi.
2 Quantumvis peccato ſuo.
3 Quia ſervis ut plurimùm infligebatur.
4 Per deriſionem invadere non debet.
5 Sc. externa: hoc eſt, de iis dicere, qui non fuerunt Romani.
6 Læſione populi Romani.
7 Minor.
8 Quia Carthaginem delevit.
9 Qui, cum in verba Imperatoris Romani juraſſent, ad hoſtes transfugerant.
10 Quia in ludis, qui populo edebantur, plerumque faciebant canes & venatores perſequi feras.
11 Ut leonibus.
12 Macedonicus.
13 Macedoniæ.
14 Capto & in triumphum ducto.
15 Externi.
16 Fugitivos ſeu transfugas.

17 Conculcandos. 18 Quia inſolentis videtur diminuere laudem tantorum virorum: ea autem diminui videtur, dùm frigidè narratur. 19 Compendioſo & brevi, abſciſsâ omni morâ. 20 Militum. 21 Arma. 22 Ab æquo & juſto deceſſerunt. 23 Imperatoribus. 24 Scipiones. 25 Poſt ducum cœdem. 26 Reliquiarum. 27 Vocibus, favore, conſenſu. *Suffragium* enim ſignificat conſenſum, & illas, ut ita dicam, voces, quæ dicebantur in comitiis, & in tabellis deſcribebantur, quibus unuſquiſque voluntatem ſuam de aliquo in magiſtratum eligendo declarabat. 28 Foris fungens officio Prætoris. 29 Proprætoris.

noris uſurpatione [1] uti eum patribus conſcriptis non placuit; quia duces à [2] populo, non à militibus creari ſolerent. Quo tempore tam [3] auguſto, tamque [4] gravi, propter immane Reipubl. damnum etiam trib. militum [5] adulandus erat, quoniam quidem ad ſtatum totius civitatis corrigendum [6] unus ſuffecerat. Sed nulla clades, nullum meritum [7] valentius militari diſciplina apud ſenatum [7] fuit: ſuccurrebat enim [8] illis, quam animoſa ſeveritate Tarentino bello majores eorum uſi fuiſſent: In quo quaſſatis & [9] attritis Reipubl. viribus, cum [10] magnum captivorum civium ſuorum numerum à Pyrrho rege [11] ultro miſſum recepiſſent; decreverunt, ut ex iis, qui [12] equo meruerant, peditum numero militarent: qui pedites fuerant, in funditorum [13] auxilia tranſcriberentur: neve quis eorum intra caſtra [14] tenderet, neve locum [15] extra [16] aſſignatum, [17] vallo aut foſſa cingeret, neve tentorium ex pellibus haberet: Recurſum autem iis ad priſtinum militiæ ordinem propoſuerunt, ſiquis [18] bina ſpolia ex hoſtibus tuliſſet: Quibus ſuppliciis [19] compreſſi, ex [20] deformibus Pyrrhi munuſculis, acerrimi hoſtes extiterunt. Parem iram adverſus illos ſenatus [21] diſtrinxit, qui apud [22] Cannas Remp. deſeruerant. Nam cum [23] eos gravitate decreti [24] ultra mortuorum conditionem [25] relegaſſet, acceptis à M. Marcello litteris, ut eorum ſibi opera ad expugnationem Syracuſarum uti liceret; [26] reſcripſit indignos eſſe, qui in [27] caſtra reciperentur. Ceterum ſe [28] ei

1 Ut ampliùs utatur.
2 Sc. toto in comitiis.
3 Anxietatis pleno.
4 Duro & moleſto.
5 Adulatione in officio retinendus.
6 Solus.
7 Plus potuit: quia maluiſſent novam cladem accipere, quam diſciplinam militarem frangere.
8 Patribus Conſcriptis.
9 Imminutis & abſumptis.
10 Sc. ducentos captivos.
11 Sine pretio, gratis.
12 Equo militaverant, hoc eſt, equites fuerant.
13 Supplementum.
14 Tentoria figeret, haberet, Virg. 2 Æn. *Hic Dolopum manus, hic ſævus tendebat Achilles*, id eſt, tentoria habebat.
15 Caſtra.
16 Eis.
17 Sepimento, ex ſtipitibus & terrâ facto: volebat enim illos hoſtibus expoſitos eſſe.
18 Duorum à ſe occiſorum.
19 Sc. illi à Pyrrho remiſſi in anguſtias redacti.
20 Quia dono eos emiſerat, tanquam indignos, qui pretio redimantur.
21 Exercuit. Tranſlatio ſumpta à gladio
22 Vicum Apuliæ, ubi Rom. exercitus ab Annibale profligatus eſt.
23 Milites.
24 Quia conditiones illorum morte ipſâ acriores fuerunt.
25 In Siciliam.
26 Senatus.
27 Romana.
28 Marcello.

per-

permittere, ut faceret quod expedire Reip. judicaſſet, [1] dum nequis ex [2] eis [3] munere vacaret, aut [4] dono militiæ donaretur, aut in Italiam, donec hoſtes in ea eſſent, accederet. Sic [5] enerves animos odiſſe [6] virtus ſolet. Age, quã graviter ſenatus tulit, quod Q. Petillium conſulem, fortiſſimè adverſus [7] Ligures pugnantem, [8] occidere milites paſſi eſſent? Legioni enim neque [9] ſtipendium anni procedere, neque [10] æra dari voluit; quia pro ſalute imperatoris, hoſtium telis ſe non [11] obtulerant. Idque decretum [12] ampliſſimi ordinis, ſpecioſum & æternum [13] Petilii [14] monumentum extitit, ſub [15] quo in acie, morte, in Curia [16] ultione clari cineres ejus acquieſcunt. [17] Conſimili animo, cum ei Annibal [18] ſex millium Romanorum, quæ capta in caſtris habebat, redimendorum poteſtatem feciſſet, [19] conditionem ſprevit; memor tantam multitudinem armatorum juvenum, ſi honeſtè mori voluiſſent, turpiter capi non potuiſſe. Quorum neſcio utrum majus dedecus fuerit, quòd patria ſpei, an quod hoſtis metus nihil in his repoſuerit: [20] hæc [21] pro ſe, [22] ille ne adverſus ſe dimicarent, parvi pendendo. Sed cum aliquoties ſenatus pro militari diſciplina ſe ſeverum exhibuerit, neſcio [23] an tum præcipuè, cum milites qui Rhegium [24] injuſto bello occupaverant, mortuoque duce Jubellio, M. Cæſium ſcribam ejus [25] ſua ſponte imperatorem, delegerant, carcere incluſit, ac M. Fulvio Flacco Trib. Pl. denunciante, ne in cives Romanos [26] adverſus morem majorum [27] animadverteret, nihilominus [28] propoſitum

1 Dummodò.
2 Qui fugerant.
3 Vacuus eſſet onere militari, ſc. ut ſemper militarent, id eſt, dum nequis illorum vacationem haberet militiæ.
4 Inſigni præmio rei benè geſtæ, ſi fortiter dimicaſſet.
5 Molles & imbelles: quia Romani ſemper viriles fuerunt.
6 Fortitudo.
7 Populos Liguriæ, Italiæ regionis.
8 Occumbere & mori.
9 Stipem, quæ pendebatur, id eſt, ſolvebatur pro anno ſequente integro ulterius ratam haberi.
10 Jam debita.
11 Objecerant.
12 PatrumConſcriptorum.
13 Conſulis ſc. interfecti.
14 Sepulchrum memorativum.
15 Monumento.
16 Animadverſione in milites ignavos

17 Proſequitur ejuſdem exempla. 18 Cicero & Livius octo millia fuiſſe dicunt. 19 Senatus noluit eos redimere. 20 Patria. 21 Sc. ut pugnarent. 22 Hoſtis. 23 Sc. pro militari diſciplinâ ſe ſeverum exhibuerit. 24 Non legitimè indicto invaſerant. 25 Non invitati à Senatu. 26 Contrà, &c. Leges enim non permittebant civem Romanum virgis cædi, vel capite puniri: ſed ſi deprehenſus foret, perpetuo carcere mulctabatur: ſin extrâ urbem fuiſſet, ita ut deprehendi non poſſet, exilio puniebatur. 27 Sc. Senatus. 28 Ultimo ſupplicio eos affecit.

executus eſt. Ceterùm quò minore cum invidia id peragèretur, quinquagenos per ſingulos dies virgis cæſos, 1 ſecuri percuti juſſit, 2 eorumque corpora ſepulturæ mandari, mortemque 3 lugeri vetuit.

1 Decollari juſſit Senatus.
2 Ultrà mortem ſævire inhumanum eſt.
3 Tanquam infames.

## EXTERNA EXEMPLA.

I 4 Leniter hoc 5 patres conſcripti, ſi Carthaginienſium ſenatus in militiæ negotiis procurandis violentiam intueri velimus; à 6 quo 7 duces bella 8 pravo conſilio gerentes, etiam ſi proſpera fortuna ſubſecuta eſſet, cruci tamen ſuffigebantur: quod bene geſſerant, Deorum immortalium adjutorio: quod 9 male commiſerant, 10 ipſorum culpæ imputantes.

2 11 Clearchus verò Lacedæmoniorum dux, egregio dicto diſciplinam militiæ 12 continebat, 13 identidem exercitus ſui auribus 14 inculcando, à militibus imperatorem potius, quam hoſtem, metui debere. 15 Quo apertè denuntiabat futurum, ut ſpiritum pœnæ impenderent, quem pugnæ 16 acceptum ferre dubitaſſent. Idque à duce præcipi non 17 mirabantur, 18 maternarum blanditiarum memores, quæ exituros eos ad prœliandum monebant, ut aut vivi cum armis in conſpectum earum venirent, aut mortui in armis referrentur. Hoc 19 intra domeſticos parietes accepto 20 ſigno, 21 Spartanæ acies dimicabant. Sed 22 aliena 23 proſpexiſſe tantummodo ſatis eſt, cum propriis multoque uberioribus, & felicioribus exemplis gloriari liceat.

4 Aptè tranſit ad externa exempla, & primò ad Carthaginienſium ſenatum.
5 Sc. fecerunt.
6 Senatu.
7 Carthaginenſium.
8 Modica prudentiâ.
9 Sc. conſules.
10 Ducum.
11 Paucis percurrit exempla externa, adferens duo Lacedæmoniorum, & purgans, quod non plura adferat externa, eò quod tot ſuperſint domeſtica.
12 Conſervabat.
13 Per intervalla temporis.
14 Ingerendo.
15 Dicto.
16 Impendere.
17 Milites Lacedæmonii.
18 Virilium juſſorum matrum ſuarum, quæ abeuntibus dabant. 19 Quia à matribus acceperant. 20 Vexillo, hoc eſt, monitu loco vexilli accepto. 21 Lacedæmoniæ. 22 Exempla militaris diſciplinæ. 23 Eminùs vidiſſe.

## CAP. VIII.

# DE JURE TRIUMPHANDI.

1 Leges duæ de triumpho.
2 C. Lutatii Coſ. & Q. Valerii pr. altercationes de triumpho.
3 Cn. Fulvius Flaccus triumphum ſpernens.
4 Q. Fulvio, & L. Opimio cur negatus triumphus.
5 Cur item P. Scipioni majori, & M. Marcello.
6 Convivia triumphantium.
7 Qui ex Civili victoria non triumpharunt.

DISCIPLINA militaris acriter retenta, principatum Italiæ Romano imperio peperit, & multarum urbium, magnorum Regum, validiſſimarum gentium regimen largita eſt, fauces [1] Pontici ſinus patefecit, [2] Alpium, Taurique montis [3] convulſa clauſtra tradidit, ortumque è [4] parvula Romuli [4] caſa totius terrarum orbis fecit [5] columen. Ex [6] cujus ſinu quoniam omnes triumphi manarunt, ſequitur ut de triumphandi jure dicere incipiam.

1 [7] Ob [8] levia prœlia quidam imperatores triumphos ſibi decerni deſiderabant: quibus ut [9] occurreretur, lege cautum eſt, ne quis triumpharet, niſi qui quinque millia hoſtium una acie [10] cecidiſſet. Non enim [11] numero, ſed [12] gloriâ triumphorum excelſius urbis noſtræ futurum decus majores exiſtimabant. Ceterum ne tam præclara lex cupiditate [13] laureæ [14] obliteraretur, legis alterius adjutorio [15] fulta eſt, quam L. Marius, & M Cato Tribb. pl. tulerunt. Pœnam [16] enim Imperatoribus [17] minatur, qui aut hoſtium oc-

1 Sc. maris.
2 Montium, diſterminantium Galliam ab Italia.
3 Vi diffracta.
4 Humili tugurio.
5 Faſtigium.
6 Imperii Romani.
7 Locuturus de triumphis Romanis, præmittit duas leges latas de jure triumphandi.
8 Facilia ac nullius momenti.
9 Reſiſteretur.
10 Interfeciſſet.
11 Multitudine, qui quampluri mi fuiſſent, ſi ob levia prælia triumphare licuiſſet.
12 Quæ ex difficultate & magnitudine victoriæ naſcitur.
13 Coronæ triumphalis.
14 Oblivioni traderetur, deleretur.
15 Nam lex illa per ſe ſatis valida non erat: potuiſſent enim Imperatores cupiditate triumphandi falſum occiſorum numerum referre.
16 Quia.
17 Sc. lex illa.

ciſorum in prœlio, aut amiſſorum civium falſum numerum, [1] literis ſenatui auſi eſſent [1] referre. Jubetque [2] eos, cum primum Urbem intraſſent, apud [3] quæſtores urbanos jurare, de [4] utroque numero verè ab his ſenatui eſſe ſcriptum.

2 Poſt has leges judicii illius [5] tempeſtiva mentio introducetur, in quo de jure triumphandi inter clariſſimas perſonas & actum & excuſſum eſt. C. Lutatius conſul, & Q. Valerius Prætor circa Siciliam inſignem Pœnorum claſſem deleverant, [6] quo nomine Lutatio conſuli triumphum ſenatus decrevit. Cum autem Valerius ſibi [7] eum quoque [8] decerni deſideraret; negavit id fieri oportere Lutatius, ne in honore triumphi [9] minor poteſtas [10] majori æquaretur; Pertinaciuſque progreſſa contentione, Valerius [11] ſponſione Lutatium provocavit, Ni ſuo ductu Punica claſſis eſſet oppreſſa. Nec dubitavit [12] reſtipulari Lutatius. Itaque [13] judex inter eos [14] convenit Atilius Calatinus, apud quem Valerius in hunc modum [14] egit; [15] conſulem [16] ea pugna in lectica claudum jacuiſſe, ſe autem omnibus imperatoris partibus functum. Tunc Calatinus, prius quam Lutatius cauſam ſuam ordiretur, Quæro, inquit, Valeri à te, ſi [17] dimicandum necne eſſet, contrariis inter vos [18] ſententiis diſſediſſetis; utrum quod conſul, an quod prætor imperaſſet, [19] majus habiturum fuerit [19] momentum? Reſpondit Valerius, [20] non facere ſe controverſiam, [21] quin priores partes conſulis eſſent futuræ. Age deinde, inquit Calatinus, ſi diverſa auſpicia accepiſſetis, cujus

1 Scribere Senatui.
2 Imperatores, triumphum petentes.
3 Qui Romæ ærarii curam gerebant; & vectigalia exigebant, & in ærarium condebant, atque in tabulas accepti & expenſi referebant; cùm exercitus ſcribi, & in campum legiones duci oporteret, ſigna militaria ex ærario depromebant, atque ad Conſules, in expeditionem ituros, mittebant, &c.
4 Tam hoſtium, quam civium cæſorum.
5 Opportuna.
6 Cujus meriti gratiâ.
7 Triumphum.
8 Addici, adjudicari.
9 Prætoria.
10 Conſulari.
11 Depoſitione tanti, quanti intereſſe poſſet.
12 E contrario deponere.
13 Ex conſenſu utriuſque fit judex.
14 Cauſam ſuam.
15 Lutatium.
16 Dum ea pugna fieret, quâ claſſis oppreſſa erat. 17 Utrum dimicandum eſſet, an non. 18 In ſententiis fuiſſetis diſcordes. 19 Plus autoritatis ad movendam rem ad executionem. 20 Non diſſentire, nec inficiari. 21 Quin imperio conſulis eſſet parendum.

magis

magis auſpicio ſtaretur? Item reſpondit Valerius, conſulis. At [1] judex, Jam mehercule, inquit, cum de imperio & auſpicio inter vos [2] diſceptationem ſuſceperim, & tu [3] utroque [4] adverſarium tuum ſuperiorem fuiſſe fatearis; nihil eſt quod [5] ulterius dubitem. Itaque Lutati, quamvis adhuc tacueris, [6] ſecundum te litem do. [7] Mirifice judex, quod in manifeſto negotio tempus [8] teri paſſus non eſt. [7] Probabilius Lutatius, quod jus [9] ampliſſimi honoris conſtanter defendit. Et ne Valerius quidem [7] improbe, quia fortis & proſperæ pugnæ [10] ut non legitimum, [11] ita ſe dignum præmium petiit.

3 [12] Quid facias Cn. Fulvio Flacco, qui tam expetendum aliis triumphi honorem, [13] decretum ſibi à ſenatu [14] ob res bene geſtas ſprevit ac repudiavit? Nimirum non plura [15] præcerpens, quam acciderunt. Nam ut urbem intravit, continuò ipſe [16] quæſtione [17] publica afflictus, exilio [18] multatus eſt: ut ſi quid [19] religionis inſolentia commiſiſſet, [20] pœna expiaret.

4 [21] Sapientiores igitur Q. Fulvius, qui [22] Capua capta, & L. Opimius, qui Fregellanis ad deditionem compulſis, triumphandi poteſtatem [23] à ſenatu petierunt. Uterque [24] editis operibus magnificus, ſed neuter [25] petitæ rei compos. [26] Non quidem invidia Patrum conſcriptorum, [27] cui nunquam aditum in Curia eſſe voluerunt, ſed ſumma diligentia obſervandi juris, quo [28] cautum erat, ut pro

1 Calatinus.
2 Contentionem.
3 Tam in imperio, quam in auſpicio.
4 Lutatium conſulem.
5 De causâ veſtrâ.
6 Pro te judico.
7 Sc. egit.
8 Fruſtrà tranſigi.
9 Conſularis.
10 Quia ipſi lege non debebatur, ſed Conſuli.
11 Quia vir fortis erat.
12 Adfert contrarium exemplum, utpote ejus, qui triumphum contempſit: ſed præſagio quodam imminentis contumeliæ.
13 Addictum, adjudicatum.
14 Quia omnem Ætoliam Romano ſubegit imperio.
15 Quaſi mens ejus præſaga eſſet futuri, qui poſt triumphum mulctandus eſſet auxilio, ſi triumphaſſet. 16 Inquiſitione de vitâ ejus. 17 Quia in judicium vocatus eſt, quod oppidanos in deditionem accipere noluiſſet, quod contra religionem factum eſſe videbatur. 18 Punitus. 19 In ſupplices ſc. vel quòd honorem illum ſpreverat. 20 Exilio purgaret. 21 Sc. fuerunt quam Cn. Fulvius Flaccus. 22 Urbe præcipuâ Campaniæ Italicæ. 23 Triumphum petentes extrà urbem manebant, & ibi decretum integri Senatus exſpectabant. 24 Præclarè geſtis, & in lucem datis. 25 Triumphi. 26 Sc. compos non fuit. 27 Invidiæ. 28 Cautè ſancitum.

aucto imperio, non pro [1] recuperatis, quæ Populi Rom fuiſſent, triumphus decerneretur. Tantum enim intereſt [2] adjicias aliquid [3] an detractum reſtituas, quantum diſtat [4] beneficii initium [5] ab injuriæ fine.

5 [6] Quin etiam [7] jus, de quo loquor, ſic cuſtoditum eſt, ut P. Scipioni ob recuperatas Hiſpanias, M. Marcello ob [8] captas Syracuſas triumphus non decerneretur; quòd ad eas res gerendas [9] ſine ullo miſſi erant [9] magiſtratu. [10] Probentur nunc cujuſlibet gloriæ cupidi, qui ex deſertis montibus, [11] myoparonumque piraticis roſtris, [12] laudis inopes, laureæ [13] ramulos [14] feſtinabunda manu decerpſerunt. Carthaginis imperio [15] abrupta Hiſpania, [16] & Siciliæ caput abſciſſum Syracuſæ, triumphales jungere currus nequiverunt. [17] Et quibus viris? Scipioni & Marcello: quorum ipſa nomina inſtar æterni ſunt triumphi. Sed clariſſimos ſolidæ veræque virtutis auctores, humeris ſuis ſalutem patriæ geſtantes, etſi [18] coronatos intueri ſenatus cupiebat, [19] juſtiori tamen reſervandos laureæ putavit.

6 [20] His illud ſubnectam. Moris erat ab Imperatore triumphum ducturo, Coss. invitari ad cœnam, deinde rogari ut [21] venire ſuperſedeant; nequis eo die, quo ille triumpharet, [22] majoris in eodem convivio ſit [22] imperii.

1 Rebus, aut oppidis.
2 Sc. ad imperium.
3 Id eſt, tantum diſtat inter augere & recuperare imperium.
4 Quod facit, qui rem auget.
5 Quem facit, qui ablata recipit.
6 Oſtendit idem jus ſervatum in aliis viris, & iis quidem facilè principibus.
7 Triumphandi.
8 Ab eo ſc.
9 Sine aditione magiſtratus: non enim miſſi erant, ut Conſules, aut ut Dictatores, aut Prætores; ſed ut privati, cum autoritate tamen publicâ.
10 Commendentur nunc, poſtquam tales viri pro tantis rebus non obtinuerunt triumphum: & eſt Ironia: nam damnantur duces, qui ex minimâ victoriâ triumphum petebant.
11 Navium piraticarum. *Myoparo* dicitur ſcapha, id eſt, navicula & navis piratica: undè ipſi piratæ *Myoparones* aliquando dicuntur.
12 Veræ.
13 Diminutivo utitur, ut laudem eorum parvam admodum oſtendat eſſe.
14 Nimis accelerante: quia nondum res geſſerant, quibus meritò ſibi triumphus decernatur.
15 Virtute Scipionis adempta, avulsâ.
16 Et Syracuſæ, princeps urbium in Siciliâ avulſæ ſc. ab imperio Carthaginis virtute Marcelli.
17 Sc. nequiverunt jungere?
18 Triumphali coronâ.
19 Juſtiùs ſuſceptæ.
20 Addit exempla de modeſtiâ in civili bello.
21 Omittant venire ad cœnam.
22 Quam triumphans: quia Conſul major eſt non triumphans, quam triumphans non Conſul.

7 Verum quamvis quis præclaras res, maximeque utiles Reip. civili bello geſſiſſet, Imperator tamen [1] eo nomine appellatus non eſt, nec ullæ ſupplicationes decretæ ſunt, neque aut [2] ovans, aut curru triumphavit; quia ut neceſſariæ [3] iſtæ, ita lugubres ſemper exiſtimatæ victoriæ ſunt, utpote non externo, ſed domeſtico partæ cruore. Itaque & Naſica Ti. Gracchi, & Opimius C. Gracchi factiones mœſti trucidarunt. [4] Q. Catulus, M. Lepido collega ſuo cum omnibus ſeditioſis [5] copiis extincto, tantum moderatum [6] præ ſe ferens gaudium, in Urbem revertitur. C. etiam [7] Antonius, [8] Catilinæ victor, [9] abſterſos gladios in caſtra retulit. [10] L. Cinna, & C. Marius hauſerant quidem avidi civilem ſanguinem: ſed non [11] protinus [12] ad templa Deorum & aras tetenderunt. Item L. Sylla, qui plurima bella civilia [13] confecit, cujus [14] crudeliſſimi & inſolentiſſimi ſucceſſus fuerunt: cùm conſummatâ potentiâ ſuâ triumphum duceret, ut Græciæ & Aſiæ multas [15] urbes, ita civium Roman. nullum oppidum [16] vexit.

Piget, tædetque per vulnera Reipub. ulterius procedere: lauream nec ſenatus [17] cuiquam dedit, nec [18] quiſquam ſibi [19] dari deſideravit,

1 Eâ de causâ, aut ob id meritum.

2 Ovando pedibus urbem ingrediens, ut in minori victoriâ facere ſolebant. Differunt enim *ovare* & *triumphare*, quia *ovatio* minor eſt, quàm *triumphus*: & qui *ovando* urbem ingrediuntur, uno utuntur equo, & à plebejis ſive equitibus deducuntur ad Capitolium. Qui autem *triumphant*, vehebantur quatuor albis equis, & præeunte Senatu in Capitolium deducebantur ad templum Jovis: ubi mactato tauro albo, domum redeunt. Denique in ipsâ *ovatione* dux cum exercitu urbem ingrediebatur quoque pedibus, non autem curru, ut ille, qui majori triumpho ornatur. 3 Civilis belli ſcilicet. 4 Adfert tertium civilis victoriæ ſine lætitiâ publicâ exemplum. 5 Exercitibus. 6 Signis quibuſdam oſtendens. 7 Collega Ciceronis in conſulatu. 8 Saltem per legatum M. Petrejum: nam *C. Antonius, pedibus æger, prælio adeſſe nequibat*, verba ſunt Salluſtii in Cat. 9 Sanguine civili, quaſi civilem ſanguinem abominarentur. 10 Adfert & alia civilis victoriæ ſine triumpho exempla. 11 Statim, poſtquam urbem eſſent ingreſſi. 12 Ut de victoriâ partâ Diis gratias agerent, ſacrificantes more triumphantium. 13 Conſummavit, exhauſit. 14 Quia ſpecioſâ in Marium victoriâ turpiſſimè abuſus eſt, in ſanguinem civilem immaniter ſæviens: & per dictaturæ perpetuæ uſurpationem rempublicam opprimens. 15 Pictas. Nam ſimulachra urbium devictarum in pompâ triumphi deducere ſoliti erant & picturas. 16 In triumpho ſuo. 17 Victori. 18 Civium. 19 Lauream.

ſideravit, civitatis parte [1] lachrymante. Ceterum [2] ad quercum pronæ manus porriguntur, [3] ubi ob cives ſervatos [4] corona danda eſt; quâ poſtes [5] Auguſtæ domus ſempiterna gloria triumphant.

1 Pro devictis factionis civibus. 2 Ad quernam coronam dandam manus Senatorum pronæ extenduntur. 3 Quoties. 4 Querna. 5 Ipſius Julii Cæſaris. Nam antè poſtes Julii Cæſaris erat antiqua quercus, ex quâ ramos decerpere ſolebant, ubi coronam alicui dare voluiſſent.

## CAP. IX.

## DE CENSORIA ſeveritate.

1 M. Camilli & M. Poſtumii in cœlibes.
2 M. Valerii Max. & C. Junii Bruti in L. Antonium.
3 M. Catonis in L. Flaminium.
4 C. Fabricii in P. Rufinum.
5 M. Ant. & L. Flacci in M. Duronium.
6 C. Neronis & M. Salinatoris in ſe mutuo & pop. Romanum.
7 M. Meſſalæ & P. Sempronii in quadringentos equites.
8 M. Reguli & P. Phili in reliquias Cannenſes.
9 Qui notati ad cenſuram poſtea pervenerunt.

1 CAſtrenſis diſciplinæ tenaciſſimum vinculum, & militaris rationis diligens obſervatio admonent me, ut ad [2] cenſuram, pacis magiſtram cuſtodemque, tranſgrediar. Nam ut opes pop. Romani in tantam amplitudinem imperatorum virtutibus [3] exceſſerunt; ita probitas & continentia [4] cenſorio ſupercilio [5] examinata eſt. [6] Opus effectu par bellicis laudibus, quid enim prodeſt [7] foris eſſe ſtrenuum, ſi domi malè vivitur? [8] Expugnentur

1 Quæ in caſtris ſervata eſt. Convenienter, inquit, admoneor militari diſciplinæ cenſuram ſubjungere: ut enim illa belli, ſic hæc pacis cuſtos eſt atque magiſtra: quia imperium Romanum per incorruptam rei militaris diſciplinam ad maximas opes amplitudinemque provectum ſuâ ſeveritate quam diutiſſimè conſervavit. 2 Deſcriptionem cenſuræ. 3 Excreverunt. 4 Cenſoriâ auſteritate & rigiditate. Nam *ſupercilium* pro ſeveritate ſæpiſſimè ponitur. 5 Cenſa atque judicata. 6 Quia non minorem efficaciam habet in civibus conſervata continentia & probitas, quam in bello diſciplina militaris. 7 In bello. 8 Vincantur & capiantur.

licet

licet urbes, [1] corripiantur gentes, [2] regnis injiciantur manus; niſi [3] foro & [4] curiæ [5] officium ac verecundia ſua [6] conſtiterit; partarum rerum [7] æquatus cœlo cumulus, ſedem ſtabilem non habebit. Ad [8] rem igitur pertinet noſſe, atque [9] adeò recordari acta cenſoriæ poteſtatis.

1 [10] Camillus & Poſtumius [11] cenſores, [12] æra pœnæ [13] nomine eos, qui ad ſenectutem [14] cœlibes pervenerant, in [15] ærarium deferre juſſerunt: [16] iterum puniri dignos, ſi quo modo de tam juſta conſtitutione queri eſſent auſi: cum in hunc modum [17] increparentur: Natura vobis quemadmodum naſcendi, ita gignendi legem [18] ſcribit; parenteſque vos alendo, [19] nepotum nutriendorum debito (ſiquis eſt pudor) [20] alligaverunt. [21] Accedit his, quod etiam à fortuna [22] longam [23] præſtandi hujuſce muneris vacationem eſtis aſſecuti: cum interim conſumpti ſint anni veſtri, & [24] mariti & [25] patris nomine [26] vacui. Ite igitur & [27] nodoſam exſolvite [27] ſtipem, utilem poſteritati numeroſæ.

2 Horum ſeveritatem M. Valerius Max. & C. Junius Bubulcus Brutus cenſores in conſimili genere animadverſionis imitati, L. Antonium ſenatu moverunt: quod quam virginem in matrimonium duxerat, repudiaſſet, nullo amicorum in conſilium adhibito. At hoc crimen neſcio an ſuperiore majus: [28] illo namque [29] conjugalia ſacra ſpreta tantum, [30] hoc etiam injurioſe tractata ſunt. Optimo

1 Simul in ſervitutem rapiantur.
2 In ſervitutem redigantur regna.
3 Judiciali, ubi judicia exercentur.
4 Senatoriæ, ubi ſententiæ dicuntur.
5 Debitum munus.
6 Q. d. Niſi juſtè ſapienterque Reſp. adminiſtrata fuerit, imperium quantumlibet magnum facilè corruet.
7 Ad cœlum uſque congeſtus.
8 Utilitatem.
9 Omninò.
10 Adfert exempla Cenſoriæ ſeveritatis.
11 Morum caſtigatores.
12 Pecuniam, aut certam pecuniæ quantitatem.
13 Ratione, titulo.
14 Sine uxore & liberis: nam *cælebs* dicitur, qui ſine uxore vivit.
15 Repoſitorium pecuniæ publicæ.

16 Secundâ pœnâ. 17 A Cenſoribus. 18 Præſcribit. 19 Sc. ſuorum, id eſt, filiorum veſtrorum. 20 Devinxerunt & obligaverunt. 21 Additur his rationibus. 22 Longam ceſſationem, longum temporis ſpatium. 23 Gignendi filios. 24 Quia uxorem non habetis. 25 Quia liberis caretis. 26 Carentes 27 Multis nodis in loculis aut ſacculo abſtruſam pecuniam. Per hoc illos avaros oſtendit, & ob eam cauſam cœlibes vixiſſe, quod timerent, ne uxorem & liberos alere poſſent. 28 Superiore crimine in cœlibatu permanentium. 29 Matrimonialia ſacramenta. 30 Poſteriore crimine uxorem temerè repudiantis.

ergo

ergo judicio cenſores indignum eum [1] aditu Curiæ exiſtimaverunt.

3 Sic M. Porcius Cato L. Flaminium è numero ſenatorum ſuſtulit, quia in [2] provincia quendam [3] damnatum ſecuri percuſſerat, tempore ſupplicii ad arbitrium & ſpectaculum mulierculæ, cujus amore tenebatur, electo. Et [4] poterat [5] inhiberi reſpectu conſulatus, quem [6] is geſſerat, atque auctoritate fratris ejus V. C. T. Flaminii: ſed [7] & cenſor, & Cato [8] duplex ſeveritatis exemplum, eò magis illum [9] notandum ſtatuit: quòd [10] ampliſſimi honoris majeſtatem tam [11] tetro facinore inquinaverat: nec [12] penſi duxerat, iiſdem [13] imaginibus adſcribi, meretricis oculos humano ſanguine delectatos, & [14] Regis Philippi ſupplices manus.

4 Quid de Fabricii Luſcini cenſura loquar? narravit omnis ætas, & deinceps narrabit, ab eo Cornelium Rufinum, duobus conſulatibus & dictatura ſpecioſiſſime functum, quòd decem [15] pondo vaſa argentea comparaſſet, [16] perinde ac [17] malo exemplo luxurioſum, in ordine ſenatorio retentum non eſſe. Ipſæ [18] medius fidius mihi literæ ſæculi noſtri obſtupeſcere videntur, cùm ad tantam ſeveritatem referendam miniſterium accommodare coguntur; ac vereri ne non [19] noſtræ urbis acta commemorare exiſtimentur. Vix enim credibile eſt, intra [20] idem pomœrium decem pondo argenti,

1 Qui amplius curiam adiret, aut iniret.
2 Gallicanâ.
3 Adjudicatum ultimo ſupplicio decollaverat.
4 Cato.
5 Arceri ab illâ cenſurâ.
6 L. Flaminius.
7 Quia Cenſor erat & idem Cato: qui licet Cenſor non fuiſſet, ſeverus tamen fuiſſet.
8 Alterum, quia Cenſor: alterum, quia Cato ille Cenſorius.
9 Notâ ignominiæ, ignominiâ afficiendum.
10 Conſularis & imperialis.
11 Fœdo cum abominatione.
12 Magni fecerat.
13 Ceris aut ſtemmatis majorum: nam ſtemmatum imaginibus adſcribebant nomina & inſignia facta virorum: quocircà ad imaginem Lucii Flaminii vult autor adſcribendos eſſe oculos meretriculæ, ad quos oblectandos Gallum percuti juſſerat, ſicut ad imaginem T. Flaminii fratris ejus & manus Philippi regis ſupplices.
14 Macedoniæ, ſeſe Tito Flaminio, fratri Lucii, dedentis: nam T. Flaminius, frater ejus, vicerat eum.
15 Librarum.
16 Veluti.
17 Pernicioſo.
18 Ita me filius Jovis, ſc. Hercules, judicet, aut ita Jovis me juvet fides. Nam Δία Græci dicunt, quem nos Jovem. Fidius autem pro filio dictum videtur: aut Fidius Deus eſt, qui fidei præeſt.
19 In quâ longè aliter nunc vivitur.
20 Eadem mœnia unius urbis.

& [1] in

& [1] invidioſum fuiſſe [2] cenſum, & inopiam [3] haberi contemptiſſimam.

5 M. autem Antonius & L. Flaccus cenſores Duronium [4] ſenatu moverunt, quòd legem, de coërcendis conviviorum ſumptibus latam, tribunus pleb. [5] abrogaverat, mirifica [6] notæ [7] cauſa. Quam enim impudenter Duronius [8] Roſtra conſcendit, illa dicturus, [9] Fræni ſunt injecti vobis, Quirites, nullo modo [10] perpetiendi: alligati & conſtricti eſtis amaro vinculo ſervitutis: Lex enim lata eſt, quæ vos eſſe [11] frugi jubet: [12] abrogamus igitur iſtud [13] horridæ vetuſtatis rubigine [14] obſitum imperium. Etenim quid opus libertate, [15] ſi volentibus luxu perire non licet?

6 [16] Age, [17] par proferamus æquali jugo [18] virtutis, [19] honorumque ſocietate [20] junctum, [21] inſtrictum autem [22] æmulationis hamo [23] diſſidens Claudius Nero, Liviuſque Salinator, ſecundi Punici belli temporis [24] firmiſſima Reipub. latera, quam [25] diſtrictam ſimul egerunt cenſuram? Nam cùm equitum centurias [26] recognoſcerent, & ipſi propter robur

1 Ita ut poſſidentem Senatu amoveret.
2 Poſſeſſionem.
3 Tempore auctoris.
4 Collegio Senatorum. *Senatus* ſignificat tam locum, in quem Senatores conveniunt, quam ipſos Senatores.
5 Antiquaverat, penitùs ſuſtulerat.
6 Infamiæ; propter quam amovebatur Senatu.
7 Sc. eſt.
8 Editum illum locum antè Curiam, undè edicta publica, & ad populum verba fiebant. Dicta ſunt *Roſtra* à *roſtris navium*, quæ ex hoſtibus capta, ibi fixa ſunt, id eſt, parte illâ, exporrectâ è prorâ, atque acutâ, ad ſimilitudinem roſtri avium, à quo naves ipſæ *roſtratæ* dicuntur. 9 Similitudo ſumpta ab equis, qui frænis cohibentur. 10 Tolerandi: & eſt participium paſſivè poſitum. 11 Parcos, & ad frugem conſervandam intentos. 12 Abolemus. 13 Quæ vetuſtati ſeveræ & incultæ convenit. 14 Obductum, circumdatum rubigine, velut rigore. 15 Si non licet, ut lubet, vivere, & ſua conſumere. 16 Tangit duorum Cenſorum ſeveritatem, qui æmulatione quadam & odio invicem làborantes, cenſuram inter ſe rigidè nimis exercuerunt: nam alter alterum damnavit 17 Numerum primum parem, *Par* ſubſtantivè hic poſitum eſt, & ſemper de duobus dicitur: ut par amicorum, par boum. 18 Quia uterque res magnas atque præclaras pro Republicâ geſſit. 19 Quia ambo Conſules & Cenſores ſimul fuerunt. 20 Colligatum vinctum. 21 Impeditum, implicitum: *inſtringere* enim eſt impedire, implicare. 22 Invidiæ. 23 Diſcordans. 24 Firmiſſimi Reipub. Oſtentatores & protectores: quia alter cauſa fuerat, ut Aſdrubal, qui venerat in ſupplementum Annibali, cum omni exercitu in Italiâ deleretur; alter, ut Annibal ex Italiâ diſcedere cogeretur: & eſt ſimilitudo à corpore petita: ſicut enim lateribus corpora ſtabiliuntur; ita his duobus Reſp. confirmata videtur. 25 Severam. 26 Recenſerent, luſtrarent.

ætatis etiamnum [1] eorum eſſent è numero, ut eſt ad [2] Polliam ventum [2] tribum, [3] præco, lecto nomine Salinatoris, [4] citandum necne ſibi eſſet, [5] hæſitavit: Quod ubi intellexit Nero, & [6] citari collegam, & equum vendere juſſit, quia populi judicio [7] damnatus eſſet. Salinator quoque eadem [8] animadverſione Neronem perſecutus eſt, adjecta cauſa, [9] quod non ſincera fide ſecum in gratiam rediiſſet. Quibus viris ſi quis [10] cœleſtium ſignificaſſet futurum, ut eorum ſanguis [11] illuſtrium imaginum ſerie deductus in ortum ſalutaris [12] principis noſtri conflueret, depoſitis inimicitiis, arctiſſimo ſe amicitiæ fœdere junxiſſent, [13] ſervatam ab ipſis patriam [14] communi ſtirpi ſervandam relicturi. Salinator verò quatuor & triginta tribus [15] inter ærarios referre non dubitavit; quod cum [16] ſe damnaſſent, poſtea conſulem atque cenſorem feciſſent: [17] prætexuitque [18] cauſam, quia neceſſe eſſet eas [19] alterutro facto crimine [20] temeritatis vel [21] perjurii teneri: Unam tantummodo tribum Mœtiam vacuam [22] nota reliquit: quæ [23] eum ſuffragiis ſuis, ut non damnatione, ita ne honore quidem dignum judicaverat. Quam conſtantis & prævalidi illum putamus ingenii fuiſſe; qui neque triſti judiciorum [24] exitu compelli, neque [25] honorum magnitudine adduci potuit, quò ſe blandiorem in adminiſtratione Reip. gereret?

7 Equeſtris quoque ordinis bona magnaque pars quadringenti juvenes, cenſoriam notam [26] patiente animo ſuſtinuerunt: quos M. Va-

1 Equitum.
2 Sc. citandam ad officium militare, in quâ tribu erat Salinator.
3 Pronunciator nominum ac proclamator.
4 Pronunciandum nomen ejus inter damnatos à pop. Rom
5 Dubitavit.
6 Concenſorem ſuum Salinatorem pronunciari inter damnatos.
7 Sc. priùs, poſt primum Conſulatum, quo legem tulit, ne quis ſalem vendere poſſet, cùm anteà jus omnibus eſſet vendendi ſalis: undè etiam *Salinatoris* agnomen accepit.
8 Pœnâ.
9 Quia non ſatis habuerat Salinatorem à populo damnatum eſſe, niſi & ipſe illum Cenſoriâ notâ afficeret.
10 Deorum.
11 Clarorum natalium.
12 Tiberii.
13 Contrà Pœnos

14 Quia affinitates inter ſe contraxiſſent. 15 Obnoxios & obligatos ærario facere non veritus eſt. 16 Salinatorem, ob legem de ſale non vendendo. 17 Præſcripſit. 18 Errati earum tribuum. 19 Damnationis aut electionis. 20 Si injuſtè eum damnaſſent. 21 Si indigno Conſulatum aut Cenſuram demandaſſent. 22 Infamiæ. 23 Salinatorem. 24 Damnatione. 25 Quòd iterum Conſul & Cenſor eſſet creatus. 26 Quia non indignati ſunt ſe fuiſſe damnatos.

lerius,

lerius, & P. Sempronius, quia in Sicilia, ad munitionum opus [1] explicandum ire juſſi, facere [2] id neglexerant; equis [3] publicis ſpoliatos, in numerum [4] ærariorum retulerunt.

8 [5] Turpis etiam metus cenſores ſumma cum ſeveritate pœnam exegerunt. M. enim Atilius Regulus, & P. Furius Philus, L. Metellum quæſtorem, compluresque equites Romanos, qui poſt infeliciter commiſſam Cannenſem pugnam cum eo abituros ſe Italiâ juraverant, direptis equis publicis, inter [6] ærarios referendos curaverunt. Eoſque gravi nota affecerunt. Qui cum in poteſtatem Annibalis veniſſent, [7] legati ab eo ad ſenatum miſſi [8] de permutandis captivis, neque impetraſſent quod petebant, [9] in urbe manſerunt: Quia & Romano ſanguini [10] fidem præſtare conveniens erat; & M. Atilius Regulus cenſor [11] perfidiam notabat; cujus pater per ſummos cruciatus [12] expirare, quam fallere Carthaginienſes ſatius eſſe duxerat. Jam [13] hæc cenſura ex [14] foro in [15] caſtra tranſcendit, quæ neque [16] timeri, neque [17] decipi voluit hoſtem.

9. Sequuntur duo [18] ejuſdem generis exempla, eaque adjeciſſe ſatis erit. C. Geta, cum à L. Metello & Cn. Domitio cenſoribus ſenatu motus eſſet, poſteà cenſor factus eſt.

Item M. Valerius Meſſalla cenſoria nota [19] perſtrictus, cenſoria poſtmodum poteſtate imperavit. [20] Quorum ignominia [21] virtutem acuit: rubore enim [22] ejus excitati, omnibus viribus incubuerunt, ut digni civibus viderentur, quibus [23] dari potius, quam [24] objici, cenſura deberet.

1 Extendendum.
2 Eò ire.
3 A Reſpublicâ datis.
4 Qui pœnam pecuniariam in ærarium conferrent, aut ut capite cenſi eſſent.
5 Non ſolum mores & facta, ſed animorum quoque affectus damnabant Cenſores Romani.
6 Æris in ærarium conferendi obnoxios.
7 Tanquam oratores & interceſſores.
8 Ut pro Romanis redditis redderent Carthaginenſes.
9 Non redierunt ad Hannibalem.
10 Fidelitatem in re ſancta.
11 Violationem fidei notâ ignominiæ afficiebat.
12 Spiritum emittere.
13 Violatæ fidei.
14 Judiciali.
15 Militaria.
16 Ut fecerat Marcus Metellus, timens Hannibalem, cum timore Italiâ abire parabat.
17 Ut fecerant illi legati.
18 Cenſoriæ notæ.
19 Damnatus, preſſus.
20 Quorum duorum.
21 Quia illis temporibus notâ cenſoriâ damnati, virtutis poſtmodum fuere ſtudioſiores.
22 Ignominiæ.
23 Ut alios cenſeant.
24 Opprobrio dari, quòd eâ notati fuerant.

CAP.

## CAP. X.

# DE MAJESTATE.

**ROMANORUM.**

1 Q. Metelli Numidici apud judices.
2 P. Africani majoris apud Antiochum regem & exteros.
3 L. Æmilii Paulli apud Macedonas.
4 P. Africani majoris apud Maſiniſſam & Pœnos.
5 P. Rutilii exulis apud Aſiæ civitates.
6 C. Marii proſcripti apud Minturnenſes.
7 M. Catonis Uticenſis apud Senatum.
8 Ejuſdem apud populum Romanum.

**EXTERNORUM.**

1 Harmodii & Ariſtogitonis apud Xerxem regem.
2 Xenocratis apud Athenienſes.

1 Dicturus de Majeſtate, præfatione utitur, oſtendens quid ſit Majeſtas: quare hæc ſuperiori ſubjiciantur: nam ſicut cenſura, inquit, eſt publicus magiſtratus, ſic & majeſtas eſt quædam dignitas, quæ hominem reddit honoratum.

[1] EST & illa quaſi privata cenſura [2] majeſtas clarorum virorum ſine [3] tribunalium faſtigio, ſine [4] apparitorum miniſterio, potens in ſua amplitudine obtinenda. [5] Grato enim & [6] jucundo introitu animis hominum illabitur [7] admirationis [8] prætexta velata: quam recte quis dixerit [9] longum [10] & beatum honorem eſſe ſine [11] honore.

I [12] Nam quid plus honoris tribui potuit conſuli, quam eſt datum [13] reo Metello? qui

2 Dignitas & præeminentia. 3 Juriſdictionis celſitudine: nam ut cenſura excellentiores homines facit, ſic & majeſtas, quæ non extrinſecus, ſed propriâ virtute comparatur ejus, qui juſtè, prudenter & moderatè vixerit. 4 Satellitum publicè miniſtrantium. Alii magiſtratus & dignitates apparitoribus miniſtris, & tribunali, variiſque inſignibus utuntur: at majeſtas, quæ virtute comparatur, illis non indiget. 5 Utili, quia prodeſt. 6 Delectabili, quia delectat. 7 Quia præclarorum virorum majeſtatem minores cum admiratione obſervant. 8 Veſte nobilium cooperta. 9 Diuturnum: nam Conſulatus annuus eſt: Cenſura trium annorum: Dictatura ſemeſtris: cæterique magiſtratus ad certum tempus: hæc verò perpetua eſt. 10 Benè habentem. 11 Magiſtratu publico. 12 Probat quod dixit exemplo Metelli. 13 In jus vocato, accuſato.

cum

cum [1] cauſam repetundarum diceret; [2] tabulæque ejus [3] ab accuſatore expoſtulatæ, & ad [4] nomen inſpiciendum circa judicium ferrentur; totum [5] concilium ab earum contemplatione oculos avertit, ne de aliqua re, quæ in his relata erat, videtur dubitaſſe. Non in tabulis, ſed in vita Q. Metelli argumenta ſincere adminiſtratæ provinciæ legenda ſibi judices crediderunt: indignum rati, integritatem tanti viri [6] exigua cera & paucis [7] literis [8] perpendi.

2 [9] Sed quid mirum, ſi debitus honos à civibus Metello tributus, quem [10] ſuperiori [11] Africano etiam hoſtis præſtare non dubitavit? Siquidem [12] rex Antiochus bello, quod cum Romanis gerebat, filium [13] ejus, à militibus [14] ſuis [15] interceptum, honoratiſſime excepit, [16] regiiſque muneribus donatum, [17] ultro & celeriter [18] patri remiſit: quanquam ab [19] eo tum maxime finibus imperii pellebatur. Sed & rex [20] laceſſitus, majeſtatem excellentiſſimi viri venerari, quam dolorem ſuum ulciſci maluit. Ad Africanum eundem, in [21] Linternina villa ſe [22] tenentem, complures [23] prædonum duces videndum eodem tempore forte confluxerant. Quos cum [24] ad vim faciendum venire exiſtimaſſet, præſidium [25] domeſticorum in tecto collocavit, eratque in his repellendis & [26] animo & [27] apparatu occupatus. Quod ut prædones animad-

1 Purgaret ſe de repetendis ſc. pecuniis provinciæ ademptis, ut accuſatores dictitabant.
2 Libelli contrà eum facti: nam tabulæ dicuntur libelli, in quibus vel univerſæ provinciæ adminiſtratio, vel accuſatio continebatur.
3 Ut eas accuſator exhiberet.
4 Accuſati, aut debitum, quod petebatur.
5 Cœtus judicum.
6 Exiguâ tabulâ. Tabulæ enim antiquitùs cerâ obduci ſolebant antè papyri inventionem.
7 Accuſatoriis in eâ ſcriptis.
8 Æſtimari, judicari.
9 Q. d. nulli mirum videri debet, tantum à civibus tributum eſſe Metello, cum hoſtes multò pluris æſtimaſſe Scipionem judicentur.
10 Majori & priùs nato.
11 Scipioni
12 Aſiæ.
13 Scipionis.
14 Antiochi
15 Captum.
16 Regalibus, rege dignis.
17 Non rogatus.
18 Scipioni.
19 Scipione patre.
20 Provocatus ad iram ob bellum illatum, & ita in hoſtem ſæviter agere potuiſſet.
21 Quæ propè Linternum ſita erat Eſt autem *Linternum* Campaniæ urbs, ſepulchro Scipionis nobilis.
22 Continentem.
23 Spoliatorum hominum, & obſeſſorum viarum.
24 Ad eum occidendum, aut ſaltem ſpoliandum.
25 Familiarium ſuorum, quos ſecum habebat.
26 Cogitatione.
27 Armorum: nam ſe armis munierat.

ver-

verterunt, dimiſſis militibus abjectiſque armis, [1] januæ appropinquant, clara voce nunciantes: non vitæ ejus hoſtes, ſed virtutis admiratores veniſſe: [2] conſpectum & [3] congreſſum tanti viri quaſi [4] cœleſte aliquod beneficium expetentes. Proinde ſecurum ſe ſpectandum præbere ne gravaretur. Hæc poſtquam domeſtici Scipioni retulerunt, fores reſerari, eoſque intromitti juſſit: qui poſtes januæ, tanquam aliquam religioſiſſimam aram, ſanctumque templum venerati, cupide Scipionis dexteram apprehenderunt; ac diu [5] deoſculati, poſitis ante [6] veſtibulum [7] donis, [8] quæ Deorum immortalium [9] numini conſecrari ſolent, læti quòd Scipionem vidiſſe contigiſſet, ad lares reverterunt. Quid hoc fructu majeſtatis excelſius? quid etiam jucundius? [10] Hoſtis iram admiratione [11] ſui [12] placavit: ſpectaculo præſentiæ ſuæ latronum geſtientes oculos obſtupefecit. Delapſa cœlo ſidera hominibus ſi [13] ſe offerant, venerationis [14] amplius non recipient.

3 [15] Et hæc quidem vivo Scipioni; illud autem Æmilio Paullo [16] exanimi contigit. Nam cum exequiæ ejus celebrarentur, ac forte tunc principes Macedoniæ, legationis nomine Romæ morarentur, [17] funebri lecto ſponte ſua ſeſe ſubjecerunt. [18] Quod aliquantò [19] majus videbitur, ſi quis cognoſcat lecti illius [20] frontem [21] Macedonicis triumphis fuiſſe adornatam. Quantum enim [22] Paullo tri-

1 Villæ.
2 Ut viderent.
3 Ut loquerentur.
4 Cœlitus datum.
5 Dextram. ejus.
6 Primum ingreſſum villæ.
7 Ut ſunt ſerta & thura, pateræ, coronæ, & ſimilia, quæ antè Deorum immortalium ſimulachra in donum majores ponere conſueverunt, ea prædones antè Scipionis pedes poſita reliquerunt.
8 Qualia dona.
9 Divinitati.
10 Antiochi.
11 Quia illi admirationi fuit.
12 Scipio.
13 Videnda.
14 Quam Scipio ob majeſtatem ſuam recepit.

15 Refert exemplum de majeſtate Æmilii Pauli poſt mortem ejus. 16 Mortuo. 17 Quo funus ejus efferebatur. 18 Factum Macedonum. 19 Difficilius. 20 Summam & primam partem. 21 Rebus Macedonum in triumphum ab eo ductis: nam Perſen, Macedoniæ regem debellaverat, & de ipſo glorioſè triumphaverat. In exequiis autem ſummorum virorum præferebantur inſignia honorum, quibus in vitâ perfuncti fuiſſent. 22 Æmilio Macedonico.

buerunt, propter quem gentis ſuæ cladium [1] indicia per ora vulgi ferre non exhorruerunt? quod ſpectaculum [2] funeri ſpeciem alterius triumphi adjecit. Bis enim te Paulle Macedonia urbi noſtræ illuſtrem oſtendit: incolumem, ſpoliis ſuis: [3] fato functum, [4] humeris.

4 [5] Ne filii quidem tui Scipionis Æmiliani, quem in adoptionem [6] dando, [7] duarum familiarum ornamentum eſſe voluiſti, majeſtati parum honoris tributum eſt: eum enim adoleſcentem admodum à Lucullo conſule [8] petendi auxilii gratia ex Hiſpania in Africam miſſum, Carthaginenſes & Maſiniſſa [9] Rex [10] de pace diſceptatorem, velut conſulem & Imperatorem habuerunt. Ignara quidem [11] fatorum ſuorum Carthago: [12] Orientis enim illud juventæ decus, Deorum atque hominum [13] indulgentia, ad excidium [14] ejus alebatur: ut [15] ſuperius cognomen Africanum capta, [16] poſterius [17] everſa Corneliæ genti daret.

5 [18] Quid damnatione, quid exilio miſerius? At P. Rutilio conſpiratione [19] publicanorum [20] perculſo, auctoritatem adimere non valuerunt. Cui Aſiam petenti omnes provinciæ illius civitates legatos [21] ſeceſſum ejus [22] operientes obviam miſerunt. Exulare aliquis hoc loco, an triumphare juſtius dixerit?

6 C. etiam Marius in profundum [23] ultimarum miſeriarum abjectus, ex ipſo vitæ [24] diſcri-

1 Signa, ſc triumphum depictum, quo indicabatur, ab eo, qui ferebatur mortuus, Macedoniam fuiſſe ſuperatam.
2 Pompæ funebri.
3 Mortuum.
4 Sc. ſuis: quibus principes ejus te ad ſepulturam honorificè efferebant.
5 Perſtat in Apoſtrophe, id eſt, converſione ſermonis ad abſentem: imò ad defunctum.
6 Scipioni Majori.
7 Æmilionum & Scipionum.
8 A Carthaginenſibus.
9 Numidiæ.
10 Cognitorem & examinatorem petitionum utriuſque partis, ut pacem inter eos conciliaret. *Diſceptator* enim dicitur, qui inter duos diſſidentes eligitur ad litem judicandam.
11 Malorum ſibi ab hoc Scipione impendentium. 12 Creſcentis. 13 Largo favore. 14 Carthaginis. 15 Majoris. 16 Minoris. 17 Ab hoc Scipione. 18 Adfert exemplum majeſtatis in Rutilio. 19 Eorum, qui publicum vectigal redemerant. 20 Sententia equeſtrium judicum. 21 Donec in aliquem locum ſecederet, quem pro exilio caperet. 22 Exſpectantes. 23 Maximarum, ultrà quas nullæ ſunt; erat enim hoſtis patriæ judicatus. 24 Periculo.

mine [1] beneficio majeſtatis emerſit. Miſſus enim ad eum occidendum in [2] privata domo [3] Minturnis clauſum ſervus publicus, natione Cimber; & ſenem, & inermem, & [4] ſqualore obſitum, [5] ſtrictum gladium tenens, aggredi non ſuſtinuit: ſed claritate viri occæcatus, abjecto [6] ferro attonitus inde ac tremens fugit. [7] Cimbrica nimirum calamitas oculos hominis [8] perſtrinxit: [9] devictæque ſuæ gentis interritus animum [10] comminuit: etiam Diis immortalibus indignum ratis, ab uno ejus nationis interfici Marium, quam totam deleverat. Minturnenſes autem majeſtate illius capti, compreſſum jam & conſtrictum dira [11] fati neceſſitate, incolumem præſtiterunt: nec fuit [12] his timori [13] aſperrima Syllæ victoria, ne in eos conſervationem Marii ulciſceretur, [14] cum præſertim ipſe Marius eos à conſervando Mario abſterrere poſſet.

7 [15] M. quoque Porcium Catonem admiratio fortis & [16] ſinceræ vitæ adeo admirabilem ſenatui fecit, ut cum invito C. Cæſare conſule adverſus [17] publicanos dicendo in curia diem [18] extraheret, & ob id [19] ejus juſſu à lictore in carcerem duceretur, univerſus ſenatus [20] illum ſequi non dubitaret: [21] quæ res [22] divini animi perſeverantiam flexit.

1 Propter majeſtatem ſuam evalit & liberatus eſt.
2 Phaniæ cujuſdam mulieris.
3 Apud Minturnas paludes.
4 Situ & aliâ immunditiâ carceris opertum.
5 Nudatum, evaginatum.
6 Gladio nudato.
7 Quam Cimbri, à Mario uſque ad internecionem occiſi, paſſi fuerant.
8 Terrore clauſit. Q. d. Non fulgor Marii, quem ſervus ille ſe vidiſſe dicebat, illum à propoſito occidendi deterruit: ſed quia meminerat hunc genti ſuæ magnam cladem intuliſſe.
9 A Mario.
10 Labefecit.
11 Impendentis mortis.
12 Minturnenſes. Q. d. Nec timuerunt Minturnenſes illum abire permittere: cum victorem Syllam eſſe proſpicerent.
13 Quia ex Aſiâ victor redierat.
14 Poterant enim Minturnenſes cogitare, quantum exitii ipſis, conſervantibus Marium, immineret, cùm Marium ipſum adeò afflictum eſſe conſpicerent.
15 Adfert exempla majeſtatis in Catone.
16 Quia nemo illum unquam potuit gratiâ, neque prece, neque pretio à recto deducere.
17 Qui publicam pecuniam recipiebant.
18 Conſumeret.
19 Cæſaris.
20 Catonem.
21 Quod factum Senatus.
22 Julii Cæſaris.

8 [1] Eodem [2] Ludos Florales, quos Meſſius ædilis faciebat, ſpectante, populus, ut [3] Mimæ nudarentur, poſtulare erubuit: quod cum ex Favonio, amiciſſimo ſibi, [4] una ſedente, cognoviſſet, diſceſſit è theatro, ne præſentia ſua ſpectaculi conſuetudinem impediret: Quem abeuntem [5] ingenti plauſu populus proſecutus, priſcum morem [6] jocorum in [7] ſcenam revocavit; [8] confeſſus, plus ſe majeſtatis uni tribuere, quam univerſo ſibi [9] vindicare. Quibus opibus, quibus imperiis, quibus triumphis [10] hoc datum eſt? [11] exiguum viri patrimonium, [12] aſtricti continentia mores, modicæ [13] clientelæ, domus ambitioni clauſa; [14] paterni generis una imago, [15] minime blanda frons; ſed omnibus [16] numeris perfecta virtus. Quæ quidem effecit, ut quiſquis ſanctum & egregium civem ſignificare velit, ſub nomine Catonis definiat.

## EXTERNA.

1 [17] Dandum eſt aliquid loci etiam alienigenis exemplis: ut domeſticis aſperſa, varietate ipſa delectent. Harmodii, & Ariſtogitonis, qui Athenas [18] tyrannide liberare conati ſunt, effigies [19] æneas Xerxes ea urbe devicta in regnum ſuum tranſtulit: longo deinde interjecto tempore, Seleucus in [20] priſtinam ſedem reportandas curavit: [21] Rhodii quoque [22] eas urbi ſuæ appulſas, cum in ho-

1 Catone. Affert enim aliud ejuſdem exemplum.
2 Qui in honorem Deæ Floræ Romæ celebrabantur.
3 Meretrices, quæ Floram meretricem repræſentabant in ludis.
4 In uno loco cum illo.
5 Quod ſignificabat placere ſibi Catonem diſcedere, ut priſtina ludorum conſuetudo revocaretur in theatrum.
6 Meretricum nudarum, ſicque agentium.
7 Ad ſpectaculum.
8 Sc. populus.
9 Tribuere.
10 Ut populus ab eo, quod ſibi placeret, abſtineret, eò quòd uni diſplicere norit?
11 Et tamen modicum fuit Catonis patrimonium.
12 Vincti.
13 Familiaritates pauperum ipſum colentium.

14 Patris ſui Catonis. 15 Imò ſevera. 16 Partibus: nam virtus quatuor habet partes, juſtitiam, prudentiam, fortitudinem, & temperantiam. 17 Tranſit ad externa, ſic tamen, ut vix illis locum putet præ multitudine exemplorum Romanorum. 18 Hippiæ & Hipparchi. 19 Ex ære factas. 20 Locum, ubi priùs fuerant erectæ. 21 Scilicet cives. 22 Effigies.

ſpitium publice invitaſſent, ſacris etiam [1] pulvinaribus collocaverunt. Nihil hac memoria [2] felicius, quæ tantum venerationis in tam parvulo ære poſſedit.

2 [3] Quantum porrò honoris Athenis Xenocrati ſapientia pariter ac ſanctitate claro tributum eſt? Qui cum teſtimonium dicere coactus ad aram acceſſiſſet, ut [4] more civitatis juraret, omnia ſe vere retuliſſe; univerſi judices conſurrexerunt, proclamaruntque ne jusjurandum diceret: Quodque ſibimetipſis poſtmodum [5] dicendæ ſententiæ loco remiſſuri non erant, [6] ſinceritati ejus concedendum exiſtimarunt.

1 *Pulvinaria* loca erant in templis, quæ alio nomine *lectiſternia* dicebantur, in quibus Deorum ſimulachra collocabantur.
2 Beatius: quia divinis ſunt donatæ honoribus.
3 Adfert aliud exemplum Xenocratis.
4 Athenienſium: quia mos erat teſtimonium primò perhibere, deinde jurare, ſe vera dixiſſe.
5 Quia judices juraverunt, ſe juſtè ſententiam eſſe dicturos.
6 Integritati Xenocratis.

# VALERII MAXIMI

## LIBER TERTIUS.

### CAP. I.

### DE INDOLE.

| Cujus EXEMPLA ſunt Romana. | EXTERNUM unum. |
|---|---|
| 1 Æmilii Lepidi pueri. | 1 Alcibiadis Athenienſis. |
| 2 Catonis Uticenſis. | |
| 3 C. Caſſii Longini. | |

[1] ATtingam nunc quaſi [2] cunabula quædam & [3] elementa virtutis: animique procedente tempore ad ſummum gloriæ cumulum perventuri, certo cum [4] indolis experimento, [5] datos geſtus referam.

1 Æmilius Lepidus puer etiam tum progreſſus in aciem, hoſtem interemit, civem ſervavit: cujus tam memorabilis operis index eſt in Capitolio [6] ſtatua bullata, & incincta [7] prætexta [8] S. C. poſita. Iniquum enim pu-

1 Primum hujus tertii Libri caput eſt de Indole. Eſt autem *indoles* futuræ probitatis ſpecimen, quod in puero apparet: aliquando pro incremento virtutis ponitur. 2 Nutrimenta: tractum ab infantibus, qui in cunis nutriuntur. 3 Principia. 4 Ingenitæ virtutis, olim in effectum proditura. 5 Emiſſos ab eo, in quo erat talis indoles. 6 Inſignita bulla: quæ erat ornamentum puerorum, & præſertim nobilium, quod à collo in pectus deſcendebat. Ideoque ſciendum eſt, bullam fuiſſe inſigne aureum, vaſculi formâ, quod triumphantes antè pectus gerebant, incluſis in eo remediis, quæ adverſus invidiam & omnia veneficia putabant valentiſſima eſſe. Bulla autem dicta eſt à ſimilitudine ejus bullæ, quæ ſpiritu in aquâ excitatur, præcipuè dum bullit figura rotundæ. 7 Veſte purpureâ, quâ utebantur nobiles pueri uſque ad annum decimum quartum, quâ poſtmodum depoſitâ in Capitolio virilem togam ſumebant. Ex quo deprehenditur puerum fuiſſe Æmilium Lepidum, quo tempore hoſtem in acie interemit. 8 Per decretum Senatus.

tavit, eum [1] honori nondum tempeſtivum videri, qui jam [2] virtuti maturus fuiſſet. Præcurrit igitur Lepidus [3] ætatis ſtabilimentum fortiter faciendi celeritate, [4] duplicemque laudem è prælio retulit, cujus eum [5] vix ſpectatorem anni eſſe patiebantur. Arma enim [6] infeſta, & [7] diſtricti gladii, & [8] diſcurſus telorum, & adventantis equitatus fragor, & concurrentium exercituum impetus, juvenibus quoque aliquantum terroris incutit. [9] Inter quæ Æmiliæ gentis pueritia [10] coronam mereri, ſpolia rapere valuit.

2 [11] Hic ſpiritus ne M. quidem Catonis pueritiæ defuit. Nam cum in domo M. Druſi avunculi ſui educaretur, & ad [12] eum Trib. plebis Latini [13] de civitate impetranda conveniſſent; à Q. Poppedio, Latinorum principe, Druſi autem hoſpite, [14] rogatus, ut [15] ſocios apud avunculum adjuvaret; conſtanti vultu non facturum ſe reſpondit. [16] Iterum deinde, ac ſæpius [17] interpellatus, in propoſito [18] perſtitit. Tunc Poppedius in excelſam ædium partem levatum, abjecturum inde ſe, niſi precibus obtemperaret, minatus eſt: nec hac re [19] ab incepto moveri potuit. Expreſſa eſt itaque illa vox hominum, [20] Gratulemur nobis Latini, & ſocii, hunc eſſe tam parvum; [21] quo ſenatore [22] ne ſperare quidem nobis civitatem licuiſſet. [23] Tenero ergo animo Cato totius Curiæ gravitatem percepit, perſeverantiaque ſua Latinos, jura noſtræ civitatis apprehendere cupientes, reppulit.

1 Ut honoretur tali ſtatuâ.
2 Ad exercendam talem virtutem.
3 Virilem ætatem: tunc enim *ſtabilis* dicitur *ætas*: id eſt, antè ætatem fortiter egit.
4 Quòd hoſtem interfecit, & civem ſervavit: undè etiam quernam coronam meritus eſt.
5 Auſus eſt bellum inire, quod alius in eâ ætate ſpectare timuiſſet.
6 Inimica, cùm arma armis contraria ſunt.
7 Nudati.
8 Cùm hinc indè tela jactantur.
9 Terribilia aliis.
10 Quernam aut civicam, quæ dabatur ob civem ſervatum.
11 Tam acer ac animoſus, qui fuit in Æmilio Lepido. Refert indolem, id eſt, indicem futuræ gravitatis & conſtantiæ in Marco Catone.
12 M. Druſum, Catonis avunculum. 13 Ut civitate Romanâ donarentur, & cives efficerentur. 14 Cato ſcilicet. 15 Romani imperii, ſcilicet Latinos, aut eoſdem Latinos, quorum Poppedius Princeps erat. 16 Secundò. 17. Sollicitatus. 18 Perſeveravit. 19 A propoſito, non orando pro eis. 20 Exiſtimemus bene nobiſcum actum eſſe 21 Si fuiſſet Senator. 22 Nedum obtinere. 23 Cùm adhuc eſſet puer.

[1] Idem cum ſalutandi gratia [2] prætextatus ad Syllam veniſſet, & capita proſcriptorum in [3] atrium allata vidiſſet; atrocitate rei commotus, [4] pædagogum ſuum Sarpedonem nomine interrogavit, quapropter nemo inveniretur, qui tam crudelem tyrannum occideret: Cumque is, non voluntatem hominibus, ſed facultatem deeſſe, quòd ſalus [5] ejus magno militum [6] præſidio cuſtodiretur, reſpondiſſet: ut ferrum ſibi daretur, obſecravit, affirmando, perfacilè ſe eum interfecturum, quòd in lecto illius conſidere ſoleret. Pædagogus & animum Catonis agnovit, & propoſitum exhorruit, eumque poſteà ad Syllam [7] excuſſum ſemper adduxit. Nihil [8] hoc admirabilius. [9] Puer [10] in officina crudelitatis deprehenſus, [11] victorem non extimuit: tum maxime Conſules, [12] Municipia, Legiones, Equeſtris ordinis [13] majorem partem trucidantem: Ipſum Marium ſi quis [14] eo loci ſtatuiſſet, [15] celerius aliquid de fuga ſua, quam de Syllæ nece cogitaſſet.

3 [16] Cujus filium Fauſtum [17] C. Caſſius [18] condiſcipulum ſuum [19] in ſchola, [20] proſcriptionem paternam laudantem, ipſum quoque, cum per ætatem potuiſſet, [21] idem facturum minitantem, colapho percuſſit. Dignam [22] manum, quæ [23] publico parricidio ſe non contaminaret.

1 M. Cato.
2 Adhùc puer.
3 Syllæ.
4 Pueritiæ ſuæ ductorem.
5 Syllæ.
6 Cuſtodiâ & protectione.
7 Exquiſitum, an aliquod ferrum latens ſub veſte haberet.
8 Animo, aut facto.
9 Cato.
10 In atrio Syllæ, quem non putaverat tam crudelem.
11 Sc. Marii, id eſt, Syllam.
12 Municipes.
13 Sc. duo millia delecta ſunt ad ſupplicium.
14 In eo loco, ubi ſibi ferrum dari poſtulavit Cato.
15 Id eſt, puer facinus excogitavit, quod ipſe Marius nunquam excogitaſſet in tantâ Syllæ victoriâ & potentiâ.
16 Syllæ. Exemplum indolis C. Caſſii.
17 Fuit autem hic Caſſius, qui Cæſarem in Senatu interfecit.
18 Ejuſdem præceptoris diſcipulum.
19 In ludo literario.
20 Quâ pater ejus Sylla tot cives Romanos proſcripſerat.
21 Eandem aut ſimilem proſcriptionem.
22 Caſſi, qui Fauſtum percuſſit.
23 Parentis patriæ, ſc. Julii Cæſaris: Caſſius enim & Brutus Cæſarem interfecerunt. Hoc per adulationem dicit: nam eo nomine ab aliis laudatus eſt Caſſius.

## EXTERNA.

1 Et ut à Græcis [1] aliquid: [2] Alcibiades ille, cujus neſcio utrum [3] bona, an [4] vitia [5] patriæ pernicioſiora fuerint: [6] illis enim cives ſuos decepit, [7] his afflixit: cum adhuc puer ad Periclem avunculum ſuum veniſſet, eumque [8] ſecreto triſtem ſedentem vidiſſet, interrogavit, quid ita tantam in vultu [9] confuſionem gereret: At illo dicente, mandato ſe civitatis [10] Propylæa [11] Minervæ, quæ ſunt januæ [12] arcis, ædificaſſe, conſumptaque [13] in id opus ingenti pecunia, non invenire, quo pacto [14] miniſterii rationem redderet, atque ideo [15] conflictari: Ergo, inquit, quære potius quemadmodum [16] rationem non reddas. Itaque [17] vir ampliſſimus atque prudentiſſimus ſuo conſilio [18] defectus, [19] puerili uſus eſt, atque id egit, ut Athenienſes [20] finitimo implicati bello [21] rationibus exigendis non vacarent. Sed viderint Athenæ, utrum Alcibiadem [22] lamententur, an [23] glorientur: [24] quoniam adhuc inter execrationem hominis & admirationem, dubio mentis judicio fluctuantur.

1 Sc. ſumamus. 2 Nobiliſſimus civis Athenienſium. 3 Sc. animi, quæ in alio ſint virtutes dicendæ. 4 Libido, ambitio, imperii cupiditas, ſuperbia. 5 Sc. ejus, id eſt, Athenis. 6 Bonis ſaltem apparentibus: quia niſi in eo apparuiſſent, nunquam illi Reipublicæ gubernacula commiſiſſent. 7 Vitiis. 8 In loco ſeparato ab aliis: ut triſtes facere ſolent. 9 Perturbationem animi & triſtitiam præ ſe ferret. 10 Veſtibulum: nam πρὸ ſignificat ante, & πύλη portam: undè προπυλαῖον. 11 Templi Minervæ. 12 Athenienſium, in quâ Minervæ erant ſacra, ut Romæ in Capitolio Jovis. 13 In ejus operis ædificationem. 14 Adminiſtrationis, ſive accepti & expenſi. 15 Graviter conflictari. 16 Miniſterii. 17 Pericles. 18 Deſtitutus, cui ſuum defuit conſilium. 19 Conſilio. 20 Peloponneſiaco. 21 Pecuniæ, quam in ædificio illo conſumpſerat. 22 Quod tam callidus fuerit. 23 Quòd tantæ indolis puerum haberent. 24 Quoniam more fluctuantis maris hùc & illùc agitantur, an ejus vitia tam callidè occultata Athenienſes execrari debeant, an admirari virtutes ejus.

CAP.

## CAP. II.

# DE FORTITUDINE.

### Cujus EXEMPLA Romana ſunt.

1 M. Horatius Cocles.
2 Clœlia virgo.
3 Romulus.
4 A. Cornelius Coſſus.
5 M. Marcellus.
6 Duellorum victores, T. Manlius Torquatus, M. Valerius Corvinus, & P. Scipio Æmilianus.
7 C. Atilius.
8 Equites Rom. in prœlio ad Verruginem.
9 Iidem in prœlio contra Samnites.
10 Milites Rom. in retinenda claſſe Punica.
11 Milites Rom. in prœlio Cannenſi.
12 P. Licinius Craſſus Proconſ.
13 Q. Metellus Scipio Proconſ.
14 M. Cato Uticenſis.
15 Porcia M. F. M. Bruti.
16 M. Cato majoris Catonis filius.
17 P. Scipio Naſica.
18 M. Æmilius Scaurus.
19 C. Julius Cæſar Proconſ.
20 Tres milites, Vibius Accæus, Valerius Flaccus, T. Pedianus.
21 Q. Cotius Achilles.
22 C. Atilius.
23 M Cœſius Scæva.
24 L. Sicinius Dentatus.

### EXTERNA.

1 T. Jubellius Campanus.
2 Gobrias Perſa.
3 Leonidas Spartanus.
4 Othryadas Spartanus.
5 Epaminondas Thebanus.
6 Theramenes Athenienſis.
7 Theogenes Numantinus.
8 Aſdrubalis Pœni uxor.
9 Harmonia Gelonis regis filia.

[1] NOs quia jam initia [2] procurſuſque virtutis patefecimus, [3] actum ipſum perſequemur; cujus ponderoſiſſima vis, & [4] efficaciſſimi lacerti in fortitudine conſiſtunt. [5] Nec præterit me, conditor [6] Urbis noſtræ Romule, principatum tibi hoc in [7] genere laudis aſſignari oportere. Sed patere, obſecro, [8] uno te præcurri [8] exemplo, cui & ipſe aliquantum

1 Quandoquidem, inquit, de ſigno virtutis diximus, ſc. de indole: dicamus nunc de ipsâ virtute, ſc. fortitudine. 2 Oſtentamenta & ſigna virtutis, hoc eſt, indolem. 3 Effectum indolis. 4 Validiſſima robora. 5 Benè ſcio. Dicturus de Fortitudine hoc capite, quandam præmittit excuſationem, quod non incipiat à Romulo conditore & Urbis Romanæ parente: quem multa fortiter feciſſe conſtat. Adfert autem primum exemplum fortitudinis de Horatio Coclite. 6 Romæ. 7 Ob fortitudinem. 8 Horatii Coclitis.

honoris debes: quia beneficio illius effectum eſt, ne tam præclarum opus tuum Roma [1] dilaberetur.

1 Etruſcis in urbem [2] ponte Sublicio irrumpentibus, Horatius Cocles [3] extremam [4] ejus partem occupavit: totumque hoſtium agmen, donec poſt tergum ſuum pons abrumperetur, infatigabili pugna ſuſtinuit. Atque, ut patriam periculo [5] imminenti liberatam vidit, armatus ſe in Tiberim miſit: cujus fortitudinem Dii immortales admirati, [6] incolumitatem ſinceram ei præſtiterunt. Nam neque altitudine [7] dejectus, [8] quaſſatuſve, neque pondere armorum preſſus, [9] nec ullo vorticis circuitu actus: nec telis quidem, quæ undique congerebantur, læſus, tutũ natandi eventum habuit. Unus itaque tot civium, tot hoſtium in ſe oculos convertit, ſtupentes [10] illos admiratione, [11] hos [12] inter lætitiam [13] & metum hæſitantes: unuſque duos acerrima pugna [14] conſertos exercitus, [15] alterum repellendo, [16] alterum propugnando, [17] diſtraxit. Denique unus urbi noſtræ tantum [18] ſcuto ſuo, quantum Tiberis [19] alveo, [20] munimenti [21] attulit: Quapropter diſcedentes Etruſci dicere potuerunt: [22] Romanos vicimus, ab [23] Horatio victi ſumus.

2 [24] Immemorem me propoſiti mei [25] Clœlia pœnè facit: eàdem enim tempeſtate, certe adverſus [26] eundem hoſtem & [27] in eodem Tiberi [28] inclytum auſa facinus. Inter cæteras

1 Periret.
2 Per pontem Sublicium.
3 Ab urbe, & proximam hoſti.
4 Pontis.
5 Ab Hetruſcis.
6 Quia ſalvus ad ſuos enatavit.
7 Deorſum in profundum uſque jactus.
8 Vel quaſſatus, ita ut laxa & diſſoluta habuerit membra.
9 Nec ullo gyro revolutionis aquarum vectus, agitatus.
10 Hoſtium oculos.
11 Civium oculos, id eſt, cives ipſos.
12 Quia civitas erat conſervata.
13 Quia metuebant ne vir periret.
14 Commixtos.
15 Hoſtium ſc.
16 Romanum exercitum defendendo.
17 In diverſa traxit & ſeparavit.
18 Quod telis hoſtium objecerat.
19 Aquarum receptaculo.
20 Præſidii, protectionis ab ingreſſu hoſtium.
21 Suſtinendo Horatium.
22 Cæteros, in fugam verſos.
23 Coclite: qui ſolus eos ab ingreſſu arcuit.
24 Quia ſe modò unum exemplum propoſiturum Romulo dixerat. Precatus enim erat Romulum, ut pateretur uno ſe præcurri exemplo, & nunc alterum Clœliæ virginis adfert, propter temporis conformitatem, exemplum.
25 Virgo Romana.
26 Porſenam, regem Hetruſcorum.
27 In quo Cocles memorabile facinus enatando edidit.
28 Glorioſum.

enim virgines [1] obſes hoſti [2] Porſenæ data, nocturno tempore [3] cuſtodiam egreſſa, equum conſcendit, [4] celerique trajectu fluminis, non ſolum obſidione, ſed etiam metu patriam puella ſolvit, viris lumen virtutis præferendo.

3 Redeo nunc ad Romulum, qui ab Acrone, Ceninenſium rege, ad [5] dimicandum provocatus, quanquam & numero & fortitudine militum ſuperiorem ſe [6] crederet, tutiuſque erat, toto cum exercitu, quam ſolum in [7] aciem deſcendere, [8] ſua potiſſimum [8] dextra [9] omen victoriæ rapuit: nec incepto ejus fortuna defuit. Occiſo enim Acrone, fuſiſque hoſtibus, [10] opima de [11] eo [10] ſpolia Iovi [12] Feretrio [13] retulit. Hactenus [14] iſtud: quia [15] publica religione conſecrata [16] virtus, nulla privata laudatione indiget.

4 [17] A Romulo proximus Cornelius Coſſus, [18] eidem Deo [19] ſpolia conſecravit, cum magiſter equitum [20] ducem Fidenatium in acie congreſſus interemiſſet. Magnus initio [21] hujuſce generis [22] inchoatæ gloriæ Romulus: Coſſo quoque [23] multum acquiſitum eſt, quod Romulum imitari valuit.

5 [24] Ne M. quidem Marcelli memoriam ab his exemplis ſeparare debemus, in quo tantus animi vigor fuit, ut apud [25] Padum [26] Gallorum regem ingenti exercitu ſtipatum, cum [27] paucis equitibus invaderet: [28] quem protinus obtruncatum, armis exuit, [29] eaque Jovi Feretrio dicavit.

1 Ob fidem fœderis icti ſervandam. *Obſides* enim dicuntur, qui dati ſunt ob fidem ſervandam.
2 Regi Hetruriæ.
3 Locum, quo ſervabatur cum cæteris.
4 Quia celeriter in equo trajecit flumen, & Romam aufugit.
5 Concertandum.
6 Romulus.
7 Diſcrimen pugnæ.
8 Virtute dextræ ſuæ.
9 Quia poſteà victi ſunt hoſtes.
10 Quæ dux duci detrahit.
11 Rege occiſo.
12 A *feretro* inſtrumento, ad quod ſpolia ſuſpendebantur, ſic dicto. Erat *feretrum* ligneum inſtrumentum ad id a tè fabricatum, ut ſpolia ferret, id eſt, ſuſtineret.
13 Reportavit.
14 Sc. à me dictum eſt ſine aliâ laude facti. 15 Quia Romulus in Deorum numerum erat relatus. 16 Romuli. 17 Poſt Romulum ſecundus. Celebrat eum, qui ſecunda intulit opima ſpolia. 18 Jovi Feretrio. 19 Opima. 20 Lartem Tolumnium. Fidenæ urbs Latinorum. 21 Ferendi opima ſpolia. 22 Sc. à ſe, quia primus ea intulit. 23 Sc. gloriæ hujuſce generis. 24 Celebrat quoque eum, qui tertia intulit opima ſpolia. 25 Italiæ fluvium. 26 Viridomarum aut Britomarum ingenti exercitu circumdatum. 27 Sc. quia gentis. 28 Gallorum regem. 29 Ut opima ſpolia.

6 [1] Eodem virtutis & pugnæ genere uſi ſunt T. Manlius Torquatus, & Valerius Corvinus, & Æmilianus Scipio. [2] Hi enim [3] ultro provocantes hoſtium duces interemerunt: ſed quia ſub [4] alienis auſpiciis rem geſſerant, [5] ſpolia Jovi Feretrio non poſuerunt conſecranda. Idem Scipio Æmilianus, cum in Hiſpania ſub Lucullo duce militaret, atque Intercatia prævalidum [6] oppidum circumſederetur, primus mœnia conſcendit: Neque erat in eo exercitu quiſquam aut nobilitate, aut animi indole, aut [7] futuris actis, cujus ſaluti [8] magis parci & conſuli deberet: ſed tunc clariſſimus quiſque juvenum, pro amplificanda & tuenda patria, plurimum laboris ac periculi ſuſtinebat, [9] deforme ſibi exiſtimans, quos [10] dignitate præſtaret, ab his virtute ſuperari. Ideoque Æmilianus [11] hanc militiam, aliis propter difficultatem vitantibus, ſibi [12] depopoſcit.

7 [13] Magnum inter [14] hæc fortitudinis exemplum antiquitas offert. Romani à Gallorum exercitu [15] pulſi, cum ſe in Capitolium, & in [16] arcem conferrent, inque [17] his collibus [18] morari omnes non poſſent; neceſſarium conſilium [19] in plana urbis parte ſeniorum relinquendorum ceperunt, quo facilius [20] juventus reliquias imperii tueretur. Ceterum ne illo quidem tam miſero, tamque [21] luctuoſo tempore, civitas noſtra virtutis ſuæ oblita eſt: [22] Defuncti enim honoribus, apertis januis, in [23] cu-

1 Adfert complura fortitudinis exempla, ex ſingulari certamine per provocationem orto.
2 Sicut ſuperiores.
3 Priuſquam erant laceſſiti.
4 Sc. Conſulum ſuorum.
5 Opima.
6 Hiſpaniæ.
7 Quæ ex indole ſperari poterant: erat enim Carthaginem everſurus: quæ ſemper imperio Romano infeſtiſſima fuit.
8 Quam Scipionis.
9 Turpe.
10 Sc. generis excelleret.
11 Hoc militare opus, ſc. occidendi hoſtes, aſcendendi muros & mœnia.
12 Exegit.
13 Refert exemplum fortitudini in C. Atilio, tempore quo Urbs à Gallis capta erat.

14 Exempla Romana. 15 Apud Alliam fluvium. 16 Tarpejam. 17 Capitolinis: nam Capitolium in collibus ſitum erat. 18 Propter anguſtias. 19 In pede collium. 20 Quia nec ſeniores defendere potuerunt, nec locus utroſque capere. 21 Triſti, utpote captâ urbe. 22 Qui ſummos magiſtratus geſſerant, & tunc non gerebant. 23 Sedilibus à Curibus, Sabinorum urbe, acceptis, aut quibus pro curribus primi magiſtratus utebantur, dùm in eis per urbem portabantur. Nam *ſellæ curules* dicebantur, ut quidam volunt, à *curru*; eò quòd ſubjectas rotas in modum currus haberent: nam cùm magna civitas eſſet, & jus in multis urbis partibus reddendum foret, quo facilius id fieri poſſet, ſellæ ſubjectas rotas habebant, ut in quamcunque partem impelli poſſent.

ruli

rulibus ſellis, cum [1] inſignibus magiſtratuum, quos geſſerant, ſacerdotiorumque, quæ erant adepti, [2] conſederunt, ut & ipſi [3] in occaſu ſuo ſplendorem & ornamenta vitæ præteritæ retinerent, & plebem ad [4] fortius ſuſtinendos caſus ſuo vigore [5] provocarent. Venerabilis [6] eorum aſpectus primo hoſtibus fuit, & [7] novitate rei, & [8] magnificentia cultus, & ipſo [9] audaciæ genere commotis. Sed quis dubitaret, quin & [10] Galli, & victores, illam admirationem mox in [11] riſum, & in omne contumeliæ genus converſuri eſſent? Non expectavit igitur hanc [12] injuriæ maturitatem C. [13] Atilius; verum barbam ſuam [14] permulcenti Gallo [15] Scipionem vehementi ictu [16] capiti inflixit, [17] eique propter [18] dolorem ad ſe occidendum [19] ruenti [20] cupidius corpus obtulit. Capi ergo [21] virtus neſcit, [22] patientia dedecus ignorat. [23] Fortunæ ſuccumbere triſtius [24] ducit omni [25] fato, nova & ſpecioſa genera interitus excogitat, [26] ſi quiſquam interit, qui ſic extinguitur.

8 Reddendus eſt nunc Romanæ juventuti debitus honos, & gloriæ titulus, quæ, C. Sempronio Atratino conſule cum Volſcis apud [27] Verruginem parum proſpere dimicante, ne acies noſtra jam [28] inclinata propelleretur, [29] equis delapſa, ſe ipſam [30] centuriavit, atque hoſtium exercitum [31] irrupit. Quo dimoto, proximum tumulum occupavit, effecitque, ut omnis Volſcorum in [32] ſe converſus impe-

1 Sc. prætextâ & ſceptro.
2 In domibus ſuis.
3 In ruinâ urbis, vel interitu ſuo.
4 Cùm etiam ſummis honoribus functi iiſdem cladibus afficerentur.
5 Excitarent.
6 Seniorum, in habitibus illis ſedentium.
7 Quia nunquam tale quidquam viderant.
8 Quia regiâ veſte induti erant.
9 Quia inermes, dùm hoſtes urbem ſuam diriperent, in ſellis curulibus cum ſceptris eburneis conſederant.
10 Quia naturâ feroces, & in victoriâ multò violentiores & inſolentiores ſunt.
11 Deriſum.
12 Paulò poſt inferendæ.
13 Livius M. Papyrium Curſorem fuiſſe affirmat.

14 Leniter quaſi ad deriſum tractanti 15 Baculum, quo reges & duces bellorum utuntur. 16 In caput impegit. 17 Gallo percuſſo. 18 Quem accepit, quod ſcipione ictus eſſet. 19 Celeriter accurrenti. 20 Honeſti exitus. 21 Homo virtute præditus, etiamſi corpus capiatur. 22 Sc. viri fortis non admittit probrum. 23 Fateri ſe victum à fortunâ adverſâ. 24 Æſtimat. 25 Triſtius omni morte. 26 Si modò concedamus, quod quiſquam, &c. 27 Oppidum Volſcorum. 28 Sc. ad fugam. 29 Ubi celeriter deſcenderat equis. 30 In centurias more peditum ſe conjecit. Nam Volſci verſi ſunt ad tumulum oppugnandum. 31 Vi invaſit. 32 Juventutem Romanam.

tus,

tus, [1] legionibus noſtris ad confirmandos animos [2] ſalutare laxamentum daret. Itaque cum [3] jam de [4] trophæis ſtatuendis [5] cogitarent, prœlium nocte dirimente, victoreſne, an victi abirent, incerti diſceſſerunt.

9 [6] Strenuus ille quoque flos ordinis equeſtris, cujus mira virtute Fabius Maximus Rullianus magiſter equitum [7] bello, quod adverſus Samnites gerebatur, male commiſſi prœlii crimine [8] levatus eſt. Namque [9] Papirio Curſore propter auſpicia [10] repetenda ad Urbem proficiſcente, caſtris [11] præpoſitus, ac [12] vetitus in aciem exercitum ducere; nihilominus manus cum hoſte, ſed non tam feliciter, quam temere conſeruit: procul enim dubio ſuperabatur. Ceterum optimæ indolis juventus [13] detractis equorum frenis, vehementer eos calcaribus [14] ſtimulatos, in adverſos Samnites [15] egit, [16] obſtinataque animi præſtantia [17] extortam manibus hoſtium victoriam, & cum ea ſpem maximi civis Rulliani patriæ reſtituit.

10 [18] Qualis demum roboris illi milites? qui vehementi [19] ictu remorum concitatam [20] fugæ Punicam claſſem, nantes [21] lubrico pelagi, [22] quaſi camporum firmitate, pedites in littus retraxerunt?

11 Ejuſdem temporis & [23] notæ miles, qui [24] Cannenſi prœlio, quo [25] Annibal magis vires Romanorum contudit, quam animos fregit, cum ad retinenda arma [26] inutiles vulneribus manus haberet, ſpoliare ſe conantis [27] Numidæ cervicem complexus; [28] os, naribus & au-

1 Cæteris peditibus Romanis ad fugam ſpectantibus.
2 Remiſſionem pugnæ: undè ſalutem conſecuti ſunt.
3 Priuſquam juventus Romana equis deſiluiſſet.
4 Sc. de ſpoliis Romanorum. Belli uſus invenit, ut in quo loco hoſtes ſuperati eſſent, ibi trophæa erigerentur.
5 Sc. Volſci.
6 Fortis & acer, ſc. *eſt*. Adfert aliud ejuſdem juventutis exemplum.
7 Id eſt, in bello.
8 Liberatus.
9 Tunc Dictatore ac Imperatore.
10 Quia malè capta fuerant: nam tabernaculum vitio captum erat.
11 Sc. Fabius.
12 A Dictatore.
13 Poſtquam detraxerat equis fræna.
14 Punctos.
15 Concitavit, impulit.
16 Perſeveranti fortitudine.
17 Vi extractam.
18 Adfert aliud juventutis Romanæ miræ fortitudinis exemplum.
19 Impulſu.
20 Ad fugam.
21 Per lubricum. *Lubricum* dicitur, quod labitur, dùm tenetur: ut angues, piſces.
22 Perinde ac ſi pedites in campo firmo ſtetiſſent.
23 Laudis, æſtimationis.
24 Apud Cannas, vicum Apuliæ, Romanis infeliciter commiſſo.
25 Dux Carthaginenſium.
26 Non idoneas: quòd eſſent obtruncatæ.
27 Militis è Numidiâ.
28 Faciem Numidæ.

ribus corroſis, deforme reddidit: inque plenæ ultionis morſibus expiravit. [1] Sepone iniquum pugnæ eventum, quantum interfectore fortior interfectus? Pœnus enim [2] in victoria [3] obnoxius morienti, ſolatio fuit: Romanus in ipſo fine vitæ [4] vindex ſui extitit.

12 [5] Militis hujus in adverſo caſu tam egregius tamque virilis animus, quam relaturus ſum imperatoris. P. enim Craſſus cum [6] Ariſtonico [7] bellum in Aſia gerens, à Thracibus, quorum is magnum numerum in [8] præſidio habebat, inter [9] Eleam & Smyrnam [10] exceptus, ne in ditionem [11] ejus perveniret; dedecus, [12] accerſita ratione mortis, effugit. Virgam enim, qua ad regendum equum uſus fuerat, in [13] unius barbari oculum [14] direxit: qui vi doloris accenſus, latus [15] Craſſi [16] ſica confodit: dumque ſe ulciſcitur, Romanum Imperatorem [17] majeſtatis amiſſæ turpitudine liberavit. [18] Oſtendit fortunæ Craſſus, quam indignum virum tam gravi contumelia afficere voluiſſet; quoniam quidem injectos ab [19] ea libertati ſuæ miſerabiles laqueos [20] prudenter pariter ac [21] fortiter rupit, [22] datumque ſe jam [23] Ariſtonico, dignitati ſuæ reddidit.

13 [24] Eodem mentis propoſito uſus eſt [25] Scipio; namque [26] infeliciter Cn. Pompeji generi ſui defenſis in Africa partibus, claſſe Hiſpaniam petens; cum animadvertiſſet, navem, qua vehebatur, ab hoſtibus captam, gladio [27] præcordia ſua tranſverberavit: Ac deinde proſtratus in puppi, quærentibus Cæſarianis militibus ubinam eſſet [28] Imperator, reſpondit: Im-

1 Sejunge, ſepara.
2 Cùm eſſet victor.
3 Obſtrictus noxæ & pœnæ.
4 Ultor necis ſuæ.
5 Adjungit exemplum fortitudinis in Imperatore & Pontifice Craſſo.
6 Eumenis filio.
7 Ob regnum Attali.
8 Cuſtodiâ urbium aut corporis ſui.
9 Aſiæ oppida.
10 Per inſidias captus.
11 Ariſtonici.
12 Ad hoc faciendum quæſitâ ſeu vocatâ, & inventâ.
13 Id eſt, eorum, à quibus ad hoſtem trahebatur.
14 Dirigendo impulit.
15 Imperatoris capti.
16 Pugione, gladiolo recurvato tranſegit.
17 Quia ſi vivus in hoſtis poteſtatem veniſſet, ex Imperatore ſervus factus fuiſſet.

18 Id eſt, fortiter quærendo mortem, oſtendit ſe dignum, qui ita non debuerit capi, ſed meliori fortunâ uti. 19 Fortunâ, quæ eum, ut Ariſtonico ſerviret, capi permiſit 20 Quia potuit rationem mortis invenire. 21 Quia forti animo fuit ad moriendum. 22 Deſtinatum. 23 Id eſt, ut dedatur ad ſerviendum Ariſtonico. 24 Quo Craſſus. Laudat Scipionis ſoceri Cnæi Pompeji fortitudinem in conſciſcendâ ſibi morte. 25 Socer Cnæi Pompeji. 26 Quia interventu Cæſaris & Pollionis victæ erant. 27 Integumenta cordis, in quo vitæ ſedes. 28 Scipio.

perator [1] bene ſe habet: tantumque eloqui valuit, quantum ad teſtandam animi fortitudinem æternæ laudi ſatis erat.

14 [2] Tui quoque clariſſimi [3] exceſſus Cato [4] Utica [5] monimentum eſt, in qua ex [6] fortiſſimis vulneribus tuis plus gloriæ quam ſanguinis, manavit. Siquidem conſtantiſſimè in gladium incumbendo, magnum hominibus documentum dediſti; quantò potior eſſe debeat probis dignitas ſine vita, [7] quam vita ſine dignitate.

15 [8] Cujus [9] filia minimè muliebris animi: quæ cum Bruti viri ſui conſilium, quod de interficiendo Cæſare ceperat, ea nocte, quam [10] dies teterrimi facti ſecutus eſt, cognoviſſet; egreſſo cubiculum Bruto, [11] cultellum tonſorium, quaſi unguium reſecandorum causâ popoſcit, eoque velut forte [12] elapſo, ſe vulneravit: Clamore deinde ancillarum in cubiculum revocatus Brutus, objurgare eam cœpit, quod [13] tonſoris [14] præripuiſſet officium. Cui ſecreto Porcia, Non eſt, inquit, hoc [15] temerarium factum meum; ſed in [16] tali ſtatu noſtro [17] amoris mei erga te certiſſimum indicium. Experiri enim volui, ſi tibi [18] propoſitum ex [19] ſententia parum [20] ceſſiſſet, quam æquo animo me [21] ferro eſſem interemptura.

16 [22] Felicior [23] progenie ſua [24] ſuperior Cato, à quo Porciæ familiæ [25] principia manarunt. Qui cum ab hoſte in [26] acie vehementi periculo peteretur, è vagina gladius ejus elapſus [27] decidit: Quem [28] ſubjectum prœliantium [29] globo, & undique hoſtilibus pedibus circumdatum, poſtquã [30] abeſſe ſibi animadvertit; adeo conſtanti animo in ſuam poteſtatem re-

1 Quia dedecus deditionis morte effugit.
2 Commendat fortitudinem Catonis Uticenſis.
3 Exitus vitæ.
4 Africæ oppidum; ubi Cato ſibi mortem conſcivit: undè *Uticenſis* dictus eſt.
5 Teſtimonium.
6 Fortiſſimè illatis & acceptis.
7 Qualis eſt in ſervitutem redactis.
8 Catonis.
9 Porcia.
10 Quo Cæſar interfectus eſt.
11 Novaculam.
12 E manibus.
13 Cujus eſt uti cultro tonſorio.
14 Præoccupaſſet.
15 Inconſideratum, & ſine ratione factum.
16 Tam periculoſo.
17 Quia viri ſui conditionem ſibi communem eſſe volebat.
18 Sc. tuum de occidendo Cæſare.
19 Voto, voluntate tuâ.
20 Succeſſiſſet.
21 Ferreo cultello.
22 Adfert exemplum fortitudinis in Catone majore.
23 Catone minore, qui ab eo originem traxit.
24 Major.
25 Quia primus fuit Porciæ familiæ.
26 Perſei regis, & Pauli Æmilii.
27 In terram.
28 Conculcatum.
29 Multitudini.
30 Deeſſe.

degit, ut illum non periculo oppreſſus [1] rapere, ſed metu [2] vacuus [3] ſumere videretur. Quo ſpectaculo attoniti hoſtes, poſtero die ad eum ſupplices pacem petentes venerunt.

17 [4] Togæ quoque fortitudo militaribus operibus inſerenda eſt, quia eandem laudem [5] foro atque [6] caſtris edita meretur. Cum Ti. Gracchus [7] in tribunatu [8] profuſis largitionibus favore populi [9] occupato remp. oppreſſam teneret; palamque dictitaret, interempto ſenatu, omnia per plebem agi debere; in ædem [10] Fidei publicè convocati Patres conſcipti à conſule Mucio Scævola, quidnam in tali [11] tempeſtate faciendum eſſet, deliberabant: Cunctiſque cenſentibus, ut conſul armis rempub. tueretur, Scævola negavit ſe quidquam vi eſſe acturum. Tum Scipio Naſica, Quoniam, inquit, conſul, dum [12] juris ordinem ſequitur, id agit, ut cum omnibus legibus Romanum imperium corruat; egomet [13] privatus voluntati veſtræ me ducem offero: Ac deinde lævam manum apertè togæ [14] circumdedit, ſublataque dextra proclamavit: Qui rempub. ſalvam eſſe volunt, me ſequantur: eaque voce, cunctatione bonorum civium diſcuſsâ, Gracchum [15] cum ſcelerata factione, quas merebatur pœnas, [16] perſolvere coëgit.

18 [17] Item cum tribunus plebis Saturninus, & Prætor Glaucia, & [18] Equitius [19] deſignatus Trib. plebis, maximos in civitate noſtra ſeditionum motus excitaſſent, nec quiſquam ſe populo concitato opponeret: primum [20] M. Æmilius Scaurus C. Marium, conſulatum ſex-

1 Per vim ab alio capere.
2 Tanquam eſſet liber.
3 Spontè ſuſcipere.
4 Togati, id eſt, in urbe viventis. Adfert enim exemplum fortitudinis in togâ, id eſt, tempore pacis aut domi factum.
5 In quo ſunt togati.
6 In quibus ſunt armati.
7 Quo tempore tribunus, plebis fuerat.
8 Immenſis, immoderatis donis corrumpendi gratiâ.
9 Sc. largitionibus, ita ut non eſſet locus alteri favendi.
10 Deæ, quæ templum habuit in Capitolio. Plutarchus primùm à Numâ Pompilio ipſi templum erectum vult.
11 Tempore tam proceloſo & periculoſo.
12 Negantis contrà civem quidquam vi agi.
13 Nullo magiſtratu fungens.
14 Involvit manifeſtè ſiniſtram manum togæ ſuæ.
15 Et factioſos cum eo.
16 Quia Gracchum raptâ parte ſubſellii ſtravit.
17 Adfert aliud fortitudinis in urbe exemplum.
18 Qui ſe Tiberii Gracchi filium faciebat.
19 In futurum annum declaratus.
20 *Homo nobilis, impiger, factioſus, avidus potentiæ, honoris, divitiarum; cæterum vitia ſua callidè occultans.* Sall. in Jugurth.

tum

tum gerentem, hortatus eſt, ut libertatem legeſque [1] manu defenderet: protinuſque arma ſibi afferri juſſit: Quibus allatis, [2] ultima ſenectute confectum & [3] pene dilapſum corpus induit, [4] ſpiculoque innixus ante fores Curiæ conſtitit, ac parvulis [5] extremi ſpiritus reliquiis, ne reſp. [6] exſpiraret, effecit: [7] Præſtantia enim [7] animi ſui ſenatum & equeſtrem ordinem ad vindictam [8] exigendam impulit.

19 [9] Sed [10] ut ſuperius [11] armorum & togæ; ita tunc etiam [12] ſiderum clarum decus [13] Divum Julium, certiſſimam veræ virtutis effigiem repræſentemus. Cum innumerabili multitudine, & feroci impetu [14] Nerviorum [15] inclinari aciem ſuam videret; timidius pugnanti militi ſcutum detraxit, eoque tectus acerrimè præliari cœpit. Quo facto fortitudinem [16] per totum exercitum diffudit, labentemque belli fortunam divino animi ardore reſtituit. [17] Idem [18] alio prœlio legionis Martiæ [19] aquiliferum ineundæ fugæ gratia jam converſum, [20] faucibus comprehenſum, [21] in contrariam partem detraxit, dexteramque ad hoſtem tendens, Quorſum tu, inquit, abis? [22] illic ſunt cum quibus dimicamus, & manibus quidem [23] unum militem, adhortatione verò tam acri omnium legionum trepidationem correxit, [24] vincique [25] paratas, vincere docuit.

1 Vi. 2 Supremo ſenio conſumptum, debilitatum. 3 Vix ampliùs ſtare valens. 4 Telo acuti ferri. 5 Ultimæ animoſitatis. 6 Extingueretur. 7 Fortitudine ſuâ. 8 A plebejis factioſis. 9 De fortitudine Julii Cæſaris dicturus, præfatione quadam utitur: in quâ plenè aſſentatur, cum dicat ejus virtutem divinam potiùs fuiſſe, quam humanam. 10 Sc. repræſentavimus ſuprà. 11 Tam foris, quam in urbe fortiter geſtorum. 12 Quòd in ſidus tranſlatum Romani eſſe credebant, propterea quòd, cum Auguſtus funebres illi ludos faceret, medio die ſtella viſa eſt, quam Cæſaris eſſe credidêre. 13 In numerum Deorum relatum. 14 Galliæ Tranſalpinæ, & Germaniæ populorum: quos *Tornacenſes* quidam dici putant, & urbs eorum *Tornacum*. 15 Ad fugam ſc. aut à ſtatione ſuâ repelli. 16 Quia omnes eum imitantes fortiter agere cœperunt. 17 Julius Cæſar. 18 Quod in Africa contrà Scipionem commiſit. 19 Signiferum: nam aquila in vexillis depicta erat. 20 Faucibus arreptum: nam unâ manu utramque oris partem comprehendit. 21 In hoſtes, à quibus jam averſus erat. 22 In illâ parte, non in iſtâ, ad quam ſpectas. 23 Aquiliferum ſc. 24 Quia ad fugam inclinati erant. 25 Legiones.

20 [1] Cæterum ut [2] humanæ virtutis actum exequamur: cum Annibal [3] Capuam, in qua Romanus exercitus erat, obſideret, Vibius Acceus, [4] Pelignæ cohortis præfectus, vexillum [5] trans Punicum vallum projecit: ſe ipſum, ſuoſque commilitones, (ſi [6] eo hoſtes potiti eſſent) [7] execratus: & ad id [8] petendum ſubſequente cohorte primus impetum fecit: Quod ut Valerius Flaccus [9] tribunus [10] tertiæ legionis aſpexit, converſus ad ſuos, Spectatores, inquit, ut video, alienæ virtutis huc venimus: ſed abſit hoc dedecus à ſanguine noſtro, ut Romani [11] gloria cedere Latinis velimus. Ego certe aut [12] ſpecioſam optavi mortem, aut felicem [13] audaciæ exitum: [14] Vel ſolus igitur præcurrere paratus ſum. His auditis, Pedanus Centurio [15] convulſum ſignum dextrâ retinens: Jam hoc, inquit, intra hoſtile vallum mecum erit: proinde ſequantur, qui id capi nolunt: & cum eo in caſtra Pœnorum irrupit, totamque ſecum traxit legionem. Ita [16] trium virorum [17] fortis temeritas Annibalem, paulò ante ſpe ſua Capuę potitorem, ne [18] caſtrorum quidem [18] ſuorum potentem eſſe paſſa eſt.

21 [19] Quorum virtuti nihil cedit Q. Cotius, qui propter fortitudinem [20] Achilles cognominatus eſt. Nam ut reliqua ejus opera [21] non exequar, abundè tamen duobus factis, quæ relaturus ſum, quantus bellator fuerit, cognoſcetur. Q. Metello conſule legatus in Hiſpaniam

1 Adfert fortitudinem eorum, qui projecerunt ſigna in hoſtium caſtra, ut ea milites repetendo, hoſtium caſtra caperent, aut eos loco moverent.

2 Nam ſuperiora duo Julii Cæſaris exempla divinæ vult eſſe fortitudinis.

3 Campaniæ urbem.

4 Quæ erat ex ſociis Romanorum.

5 In caſtra Carthaginenſium.

6 Vexillo.

7 Maledictione proſecutus.

8 Ex hoſtium caſtris.

9 Sc. militum.

10 Communis agnominatio Legionum à numero fuit, idque diſcretionis causâ, ut diceretur Prima, Secunda, Tertia, &c. Id autem ab ordine temporis & delectus, quo conſcriptæ. Sed fuerunt & alia paſſim Legionum cognomina. Ab Imperatoribus Augusta, Claudia, Flavia. A locis hybernorum, ut Gallica, Cyrenaica, Scythica, Macedonica, Ægyptiaca, Germanica, Italica, &c.

11 Fortitudinis.

12 Pulchram.

13 Repetendi vexilli ex hoſtium caſtris.

14 Etiam ſolus, ſi nullus ſequi velit, in hoſtium vallum præcurrere paratus ſum.

15 Scilicet è terrâ, in quâ fixum fuerat.

16 Vibii, Valerii, & Pedani.

17 Ex fortitudine animi orta.

18 Quod illis exutus, & in fugam verſus eſt.

19 Trium jam dictorum. Refert autem mirabilem fortitudinem Q. Cotii, qui ob eam Achilles cognominatus eſt.

20 Ad ſimilitudinem illius Achillis, qui apud Trojam à Paride cæſus fuit.

21 Non narrem, ſed prætercam.

pro-

profectus, Celtibericum ſub eo bellum gerens, poſtquam cognovit à quodam [1] gentis hujus juvene, ſe ad dimicandum provocari: erat autem illi fortè prandendi gratia menſa poſita: relictâ eâ, arma ſua extra [2] vallum deferri, equumque clam educi juſſit, ne à [3] Metello impediretur: Et illum Celtiberum inſolentiſſime [4] obequitantem conſectatus interemit, detractaſque corpori ejus [5] exuvias, ovans lætitiâ in caſtra retulit. [6] Idem [7] Pireſium, nobilitate ac virtute [8] Celtiberos omnes [9] præſtantem, cùm ab eo in certamen pugnæ provocatus eſſet, ſuccumbere ſibi coëgit. Nec erubuit flagrantiſſimi [10] pectoris [11] juvenis gladium [12] ei ſuum & [13] ſagulum utroque exercitu ſpectante tradere. [14] Ille vero etiam petiit, ut hoſpitii jure inter ſe juncti eſſent, quando inter Romanos & Celtiberos pax foret reſtituta.

22 [15] Ne C. Atilium quidem præterire poſſumus, qui cum decimæ legionis miles [16] pro C. Cæſaris partibus maritimâ pugnâ prœliaretur, abſciſſa dextera, quam Maſſilienſium navi injecerat, læva puppim apprehendit: nec antè [17] dimicare deſtitit, quam captam profundo mergeret: Quod factum [18] parum juſta notitia patet. [19] At Cynægyrum Athenienſem, [20] ſimili pertinacia in conſectandis hoſtibus uſum, [21] verboſa laudum ſuarum [22] cantu Græcia, omnium ſeculorum memoriæ literarum præconio inculcat.

1 Celtibericæ.
2 Munitionem caſtrorum.
3 Conſule.
4 Circà vallum equitantem.
5 Spolia.
6 Cotius.
7 Nomen proprium cujuſdam Celtiberi.
8 Sc. reliquos. Celtæ cùm ad Iberum conſediſſent, *Celtiberi* dicti ſunt. Undè Lucanus: *Profugique à gente vetuſtâ Gallorum Celtæ, miſcentes nomen Iberi.*
9 Superantem.
10 Animi.
11 Pireſius.
12 Cotio victori.
13 Veſtem militarem variis coloribus contextam. Virg *Virgatis lucent ſagulis.*
14 Cotius, vel etiam Pireſius.
15 Adfert mirum fortitudinis exemplum in C Atilio milite Cæſariano.

16 Sc. contrà Pompejum. 17 Certare cum his, qui in navi erant. 18 Non ſatis amplâ, vel quia ſcriptores ſilentio prætererunt, vel quia non eſt veriſimile unum hominem, eumque alterâ manu captum, navem tantam ſubmerſiſſe. 19 Occaſione Atilii, quia ſimile eſt ejus facinus illi, quod in Cynægyro Athenienſi celebratur, interſerit ipſius exemplum, licet externum. 20 Imò majore: nam amiſſis utriſque navibus morſu navem detinuit. 21 Multorum verborum. 22 In decantatione.

23 [1] Claſ-

23 [1] Claſſicam Atilii gloriam [2] terreſtri laude M. Cæſius Scæva [3] ejuſdem Imperatoris centurio ſubſecutus eſt. Cùm enim pro [4] caſtello, cui [5] præpoſitus erat, dimicaret, Cneique Pompeji præfectus juſſu ejus, ſummo ſtudio & magno militum numero ad id capiendum niteretur; omnes, qui propius acceſſerant, [6] interemit: ac ſine [7] ullo regreſſu [8] pedes pugnans, ſuper ingentem [9] ſtragem, quam ipſe [10] fecerat, corruit. Cujus capite, humero, femore ſaucio, & oculo eruto ſcutum centum & viginti ictibus perfoſſum [11] apparuit. Tales Divi in Caſtris Julii diſciplina [12] milites aluit, quorum [13] alter [14] dextera, [15] alter oculo amiſſo hoſtibus inhæſit: [16] ille [17] poſt hanc jacturam victor, [18] hic ne hac quidem [19] jactura [20] victus.

[21] Tuum vero Scæva inexſuperabilem ſpiritum in [22] utraque parte rerum naturæ, quâ admiratione proſequar, neſcio: quoniam [23] excellenti virtute dubium reliquiſti, inter undaſne pugnam fortiorem edideris, an in terra vocem emiſeris. Bello namque, quo C. Cæſar non contentus opera ſua Oceani [24] claudere littoribus, [25] Britannicæ inſulæ [26] cœleſtes injecit manus, cum quatuor commilitonibus rate tranſvectus, in ſcopulum vicinum inſulæ, quam hoſtium ingentes copiæ obtinebant; poſtquam maris æſtus [27] regreſſu ſuo ſpatium, quo [28] ſcopulus & inſula dividebantur, in vadum [29] tranſitu facile redegit, ingenti multitudine barbarorum affluente, [30] ceteris rate ad

1 Navalem. Adfert exemplum miræ fortitudinis in Scævâ ejuſdem Cæſaris milite.
2 In terris acquiſitâ.
3 Julii Cæſaris.
4 Parte murorum, quibus Cæſar Pompejanos obſepſerat apud Dyrrachium.
5 A Cæſare.
6 Scæva.
7 Ullâ retroceſſione.
8 Pedeſter, non eques.
9 Cadaverum.
10 Sternendo Pompejanos.
11 Poſtquam pugna remiſſa eſt.
12 Quales ſunt Atilius & Scæva.
13 Atilius.
14 Sc. amiſſâ.
15 Scæva.
16 Atilius.
17 Poſt amiſſionem dextræ.
18 Scæva.
19 Amiſſione oculi.
20 Sc. fuit: quia loco non ceſſit.
21 Laudat eundem Scævam ſeu Scævolam, qui priuſquam ad Durachium caderet, egregium edidit in Britanniâ facinus.
22 Mari & terrâ, quæ duo ſunt præcipua elementa, in quibus rerum natura conſiſtit: nam vocem, quâ uſus eſt ad Cæſarem in terrâ, virtuti comparat, quâ uſus eſt in mari.
23 Propter eximiam fortitudinem tuam.
24 Finire, terminare.
25 Quæ Angliam & Scotiam continet.
26 Divinas, & poſteà in cœlum transferendas.
27 Quia refluit illic mare.
28 Scilicet ille: in quem aſcenderas.
29 Quia derelictum ab aquâ.
30 Commilitonibus, qui quatuor erant.

littus regreſſis; ſolus immobilem ſtationis gradum retinens, undique ruentibus telis, & ab omni parte acri ſtudio ad te invadendum nitentibus, [1] quinque militum diurno prœlio ſuffectura pila, una dextra, hoſtium [2] corporibus adegiſti: Ad ultimum diſtricto gladio audaciſſimum [3] quemque modò [4] umbonis impulſu, modò mucronis ictu depellens, [5] hinc Romanis, [6] illinc Britannicis oculis [7] incredibili, [8] dum cernereris, ſpectaculo fuiſti. Poſtquam deinde [9] ira ac [10] pudor cuncta conari [11] feſſos coëgit, [12] tragulâ femur trajectus, ſaxique pondere ora contuſus, galea jam [13] ictibus [14] diſcuſſa, & ſcuto crebris foraminibus abſumpto, profundo te credidiſti; ac [15] duabus loricis onuſtus, inter undas, quas hoſtili cruore [16] infeceras, [17] enataſti: Viſoque [18] imperatore armis non amiſſis, ſed [19] bene impenſis, cum laudem merereris, [20] veniam petiiſti. [21] Magnus prœlio, ſed major [22] diſciplinæ militaris memoria: itaque ab optimo virtutis [23] æſtimatore, cùm facta, tùm etiam verba tua, [24] centurionatus honore donata ſunt.

24 [25] Sed [26] quod ad prœliatorum excellentem fortitudinem attinet, meritò L. Sicinii Dentati commemoratio omnia Romana exempla finierit: cujus operæ [27] honoreſque operum [28] ultra fidem veri excedere judicari poſſent; niſi ea certi auctores, inter quos M. Varro, [29] monimentis ſuis teſtata eſſe voluiſſent:

1 Tela quæ quinque militibus ſufficere potuiſſent, ſi à manè uſque ad veſperum dimicaſſent.
2 In corpora.
3 Hoſtium.
4 Mediæ incurvaturæ in clypeo. *Umbo* enim propriè eſt media pars ſcuti.
5 Ex unâ parte.
6 Ex alterâ parte.
7 Incredibiliter mirabili.
8 Donec.
9 Quòd vincerentur ab uno.
10 Quòd unus tantæ multitudinis impetum ſuſtineret.
11 Britannos.
12 Grandi telo.
13 Telorum.
14 E capite.
15 Duobus integumentis, quæ ex loris olim fieri ſolebant.
16 Tinxeras.
17 Natando evaſiſti.
18 Cæſare.
19 Utpote in corpora hoſtilia infixis. 20 Quòd arma non omnia referres, Dixit enim, ô Imperator, ignoſce mihi, quòd mecum arma non tulerim. Nam ita ab Imperatore veniam petere ſolebant ſecundum morem militiæ. 21 Quia fortiter dimicaſti. 22 Quia viſo Imperatore meminiſti petere veniam ab eo, quòd tecum arma non retuliſſet. 23 Cenſore, ſcilicet C. Cæſare. 24 Quia ex milite gregario centurio à Cæſare factus eſt. 25 Claudit exempla Romanorum civium admirabili, & non minùs felici fortitudine Lucii Sicinii Dentati. 26 Quatenus. 27 Præmia ſibi data ex victoriis comparatis. 28 Ultrà, quam veriſimile eſt, excellere. 29 Literarum, ſc. id eſt, ſcriptis.

Quem centies & vicies [1] in aciem deſcendiſſe [2] tradunt, eo robore animi, atque corporis utentem, ut majorem ſemper victoriæ partem [3] traxiſſe videretur. Sex & xxx. [4] ſpolia ex hoſte retuliſſe, quorum in numero octo fuiſſe, cum quibus inſpectante utroque exercitu ex [5] provocatione dimicaſſet, xiv. [6] cives [7] ex media morte raptos ſervaſſe, quinque & xl. vulnera pectore excepiſſe, [8] tergo cicatricibus vacuo. Novem triumphales Imperatorum currus ſecutum, [9] totius civitatis oculos in ſe [10] numeroſa [11] donorum pompa convertentem. Præferebantur enim aureæ [12] coronæ octo: [13] civicæ XIIII. [14] murales tres: [15] obſidionalis una: [16] torques CLXXXIII. [17] armillæ CLX. haſtæ XVIII. [18] phaleræ XXV. ornamenta etiam legioni, nedum [19] militi [20] ſatis multa.

## EXTERNA.

I [21] Ille quoque ex pluribus corporibus in unum magna cum admiratione [22] Calibus [21] cruor [23] confuſus eſt: in quo oppido cum

1 Obiiſſe periculum dimicandi.
2 Certi autores.
3 Quaſi major pars victoriæ ejus eſſet.
4 Quæ ab hoſtibus eripuerat ſingulari certamine ſuperatis.
5 Ad ſingulare certamen.
6 Romanos, qui in manus hoſtium devenerant.
7 Cùm minimùm abeſſent à cæde.
8 Quo ſignificabatur illum nunquam fugiſſe ſeu terga vertiſſe hoſti.
9 Ut magis in L. Dentatum, quam in Imperatorem oculos conjicerent.
10 Copioſâ.
11 Quæ ab Imperatoribus ob rem benè geſtam receperat. 12 Solebant Imperatores, partâ victoriâ, ſuggeſtum, aut tribunal conſcendere, & convocato exercitu, pro concione milites laudare ac gratias agere: etiam nominatim, ſi quorum ſingularem in prælio virtutem animadverterant, prædicare. Laudibus enim non minùs, quam præmiis, animi militum gaudent. Sæpè tamen ſatis non fuit laudaſſe, prædicationi etiam adjungebant varia dona. Diſtribuebant autem imprimis coronas, quas varias fuiſſe ſuprà diximus. 13 Sc. quernæ, ob ſervatum civem datæ. 14 Quòd inter primos murum tranſcendiſſet. 15 Quòd exercitum obſeſſum ſingulari virtute liberaſſet. 16 Ornamenta colli ex auro torto confecta. 17 Ornamenta brachiorum, à tegendis armis, id eſt, ſuperioribus brachiorum partibus. 18 Ornamenta equorum. 19 Sc. uni. 20 Sc. præferebantur illi, ſequenti currum triumphalem. 21 Sc. nobiliſſimus, utpote Jubellii, & liberorum, ac uxoris ejus. Quia de civibus ſe non plura dicturum ſignificavit, adfert exemplum fortitudinis in Jubelio Campano. 22 Oppido Campaniæ. 23 Commixtus eſt, quia uxore & liberis interemptis, ſuper hos pectori gladium infigens, expirans corruit; & ita multorum cadaverum cruor in unum acervum commixtus eſt.

I Ful-

[1] Fulvius Flaccus, [2] propter Campanam perfidiam principes civitatis ante tribunal ſuum capitali ſupplicio afficiendos judicaret, literiſque a ſenatu acceptis, finem pœnæ [3] eorum ſtatuere cogeretur, ultro ſe ei [4] T. Jubellius [5] Taurea Campanus obtulit, & quam potuit clara voce, Quoniam, inquit, Fulvi, cupiditate tanta hauriendi ſanguinis noſtri teneris, quid ceſſas in me [6] cruentam ſecurim [7] diſtringere, ut gloriari poſſis fortiorem aliquanto virum, quam ipſe es, tuo juſſu eſſe interemptum? [8] Eo deinde dicente, libenter [9] id ſe eſſe [9] facturum, niſi ſenatus voluntate impediretur: At me, inquit, cui nihil Patres conſcripti præceperunt, aſpice, oculis tuis quidem gratum, [10] animo verò tuo majus opus edentem. Protinuſque interfecta conjuge ac liberis, [11] gladio incubuit. Quem illum virum putemus fuiſſe, qui [12] ſuorum ac ſua cæde teſtari voluit, ſe Fulvii crudelitatem [13] ſugillare, quam [14] ſenatus miſericordia uti maluiſſe?

2 Age, [15] Gobriæ quantus ardor animi? qui cum ſordida & crudeli [16] Magorum tyrannide Perſas liberaret, unumque ex [17] iis [18] obſcuro loco abjectum corporis pondere [19] urgeret, [20] præclari operis ſocio plagam [21] ei inferre dubitanti, ne dum Magum petit, [22] ipſum vulneraret, Tu verò, inquit, nihil eſt quod [23] reſpectu me timidius gladio utaris: [24] vel per [25] utrumque [26] illum [27] agas licet, dùm [28] hic quam celerrimè pereat.

3 [29] Hoc loci Leonidas [30] Spartanus nobis [31] occurrit: cujus [32] propoſito, [33] opere, [34] exi-

1 Conſul Romanus.
2 Quia Campani ad Hannibalem defecerant.
3 Principum civitatis.
4 Unus ex principibus Campanis, de quibus ſumendum erat ſupplicium.
5 Sc. natione.
6 Cruore occiſorum illitam.
7 Denudare.
8 Fulvio Flacco.
9 Sc. eum occiſurum.
10 Majus quam credere poſſes.
11 In gladium ſe demiſit.
12 Liberorum & conjugis.
13 Notare, infamem reddere.
14 Per quem incolumis eſſe poterat: quippe qui pœnæ principum finem ſtatuere juſſerat.
15 Unius ex Principibus Perſarum.
16 Præſertim Mergidis, qui ſe fratrem Cambyſæ mentiebatur.
17 Magis, Mergidem nomine.
18 Proſtratum loco, ubi lux nulla erat.
19 Opprimeret.
20 Tyrannicidii.
21 Mago.
22 Gobriam, incumbentem ſuper Magum.
23 Ne me vulneres.
24 Etiam.
25 Me & tyrannum.
26 Gladium tuum.
27 Impellas.
28 Tyrannus.
29 Hoc loco, ſc. inter viros fortiſſimos.
30 Lacedæmonius.
31 Sc. memorandus.
32 Quia voluit hoſtem arcere à patriâ.
33 Quia innumeros occidit.
34 Quia tandem fortiſſimè occubuit.

tu

tu, nihil fortius. Nam cum CCC. [1] civibus apud [2] Thermopylas [3] toti Aſiæ objectus, [4] gravem illum, & mari & terræ Xerxem, nec hominibus tantum terribilem, ſed [5] Neptuno quoque compedes, & [6] cælo tenebras minitantem, [7] pertinacia virtutis ad ultimam deſperationem redegit. Ceterùm [8] perfidia & ſcelere incolarum ejus regionis, & loci opportunitate, qua plurimum adjuvabatur, ſpoliatus: [9] occidere dimicans, quam aſſignatam ſibi à patria [10] ſtationem deſerere, maluit. Ideoque tam alacri animo [11] ſuos ad id prœlium, [12] quo perituri erant, cohortatus eſt, ut diceret, Sic prandete commilitones, tanquam [13] apud inferos cœnaturi: Mors erat denuntiata: Lacedæmonii, perinde ac victoria eſſet promiſſa, [14] ductori intrepidè paruerunt.

4 [15] Othryadæ quoque pugna pariter ac morte ſpecioſa [16] Thyreatium laude, quam [17] ſpatio latius ſolum cernitur. Qui ſanguine ſuo ſcriptis literis, direptam [18] hoſtibus victoriam, [19] tantum non poſt [20] fata ſua in ſinum patriæ cruento trophæi titulo retulit.

5 [21] Excellentiſſimos [22] Spartanæ virtutis proventus miſerabilis lapſus ſequitur. Epaminondas, maxima Thebarum felicitas, idemque Lacedæmonis prima [23] clades, cum vetuſtam [24] ejus urbis gloriam, invictamque ad id tem-

1 Lacedæmonis.
2 Anguſtias montis Oetæ, dictas quaſi *portas calidarum aquarum.*
3 Exercitui, quem ex totâ Aſiâ contraxerat Xerxes.
4 Pernicioſum, moleſtum.
5 Deo maris: quia Xerxes Helleſpontum ponte junxit, vel quòd mare navibus ſtravit, ut dicit Juſtinus.
6 Quia multitudine ſagittarum cœlo tenebras inducebat, & ſolis lucem auferebat.
7 Infrangibili conſtantiâ.
8 Quia unus ex incolis regionis docuit à tergo aditum in montem, undè Leonidas depugnabat.
9 Occumbere.
10 Ut in eâ ſtans hoſtes arceret.
11 Cives illos trecentos.
12 Quia non erat ſpes evadendi.
13 Quo dicto mors ſignificabatur.
14 Sc. ſuo Leonidæ.
15 Lacedæmonii illius, fortè ſic dicti, quod Othrii eſſet filius.
16 Quod Thyreates colunt. Ordo eſt: *Solum Thyreatium cernitur latius laude Othryadæ ſpecioſâ pariter pugnâ ac morte, quam ſpatio.*
17 Extenſione locali: quia parvo ſpatio circumſcriptus erat locus ille.
18 Athenienſibus.
19 Fermè, & quaſi poſt mortem ſuam: nam parùm aberat à morte, cùm ſanguine proprio ſcuto ſuo literas inſcripſit, Vici.
20 Mortem voluntariam: noluit enim ſupervivere cæteris cæſis.
21 Adfert pulchrum fortitudinis exemplum in Epaminondâ Thebano.
22 Lacedæmoniæ.
23 Calamitas.
24 Lacedæmonis.

pus [1] publicam virtutem apud Leuctra, & Mantineam, [2] ſecundis prœliis [3] contudiſſet, trajectus haſta, ſanguine & ſpiritu deficiens, recreare ſe [4] conantes, primum [5] an clypeus ſuus ſalvus eſſet, deinde an penitus fuſi hoſtes forent, interrogavit : Quæ poſtquam [6] ex animi ſententia comperit, Non finis, inquit, commilitones, vitæ meæ, ſed [7] melius & auctius initium advenit. Nunc enim [8] veſter Epaminondas naſcitur, quia [9] ſic moritur. Thebas ductu & [10] auſpiciis meis [11] caput Græciæ factas video: fortis & animoſa [12] civitas Spartana jacet, armis noſtris [13] abjecta : [14] amara dominatione Græcia liberata eſt. [15] Orbus quoque, non tamen ſine liberis morior, quoniam [16] mirificas filias [17] Leuctra, & Mantineam relinquo. E corpore deinde ſuo [18] haſtam [19] educi juſſit, eoque vulnere [20] expiravit. Quod ſi eum Dii immortales victoriis ſuis perfrui paſſi eſſent: [21] ſoſpes [22] glorioſior [23] patriæ mœnia non [24] intraſſet.

6 [25] Ac ne Theramenis quidem Athenienſis in publica [26] cuſtodia mori coacti, [27] parva mentis conſtantia, in qua triginta tyrannorum juſſu porrectam veneni potionem non dubitanter hauſit: Quodque ex [28] ea ſuperfuerat, [29] jocabundus [30] illiſum humo clarum [31] edere ſonum coëgit. Ridenſque [32] ſervo publico, qui [33] eam tradiderat, [34] Critiæ, inquit, propi-

1 Totius civitatis.
2 Proſperis ſibi.
3 Oppreſſiſſet.
4 Amicos ſc.
5 Quia turpiſſimum erat clypeum abjicere.
6 Ita ſe habere ut voluit.
7 Quia fama virtutis meæ apud poſteros æterna manebit.
8 Sc. dux.
9 Tam glorioſè.
10 Felicitate & providentiâ meâ.
11 Principem civitatem.
12 Sparta metropolis civitas eſt Lacedæmoniorum.
13 Vilis effecta.
14 Tyrannide Lacedæmoniorum.
15 Carens naturali aut carnali prole.
16 Loco mirificarum filiarum.
17 Memorias victoriarum mearum apud Leuctram priùs, & nunc apud Mantineam.
18 Quâ trajectus erat.
19 Leniter extrahi.
20 Spiritum emiſit.
21 Sanus & incolumis.
22 Plenior vera gloriæ.
23 Thebarum.
24 Scilicet quam intravit hoc dicto & facto.
25 Adfert exemplum fortitudinis Theramenis civis, & Philoſophi Athenienſis, in carcere potionem venenatam, à tyrannis miſſam, forti animo haurientis.
26 Carcere.
27 Scilicet eſt.
28 Potione : quia totum bibere non potuit.
29 Per jocum irridens.
30 Fortiter jactum in terram.
31 Emittere.
32 Lictori, vel Magiſtratus miniſtro.
33 Potionem.
34 Tyranno illi ſimilem potionem propino. Quaſi divinans quod futurum erat; ut ejicerentur omnes à Thraſibulo, & Critias occideretur. Græci autem in conviviis ſolebant nominare eum, cui poculum tradituri eſſent.

no:

no: Vide igitur ut hoc poculum ad eum continuo perferas. Erat autem is ex xxx. tyrannis crudeliſſimus. Profectò eſt ſupplicio ſe liberare, tam facile ſupplicium perpeti. Itaque Theramenes [1] perinde ac in domeſtico lectulo moriens, vitâ exceſſit: [2] inimicorum exiſtimatione punitus, ſuo judicio [3] finitus.

7 Sed Theramenes à literis & doctrina virilitatem traxit. [4] Numantino vero Theogeni ad conſimilem virtutem capeſſendam, quaſi magiſtra [5] gentis ſuæ ferocitas extitit. Perditis namque & afflictis rebus Numantinorum, cùm omnes cives nobilitate, pecunia, honoribuſque [6] præſtaret; vicum ſuum, qui in ea urbe ſpecioſiſſimus erat, contractis undique [7] nutrimentis ignis, incendit, protinuſque [8] ſtrictum gladium in medio poſuit, ac [9] binos inter ſe dimicare juſſit: ut victus, inciſa cervice, ardentibus tectis ſuperjaceretur: Qui cum [10] jam forti lege mortis omnes abſumpſiſſent, ad ultimum ſe ipſe [11] flammis immerſit.

8 Verum ut [12] æque populo Rom. inimicæ [13] urbis excidium referam: Carthagine capta, uxor Aſdrubalis [14] exprobrata ei [15] impietate, quod à Scipione ſoli ſibi impetrare vitam contentus fuiſſet: dextra lævaque communes filios [16] mortem non recuſantes, trahens, incendio ſe [17] flagrantis patriæ injecit.

9 [18] Muliebris fortitudinis exemplo æque fortem duarum puellarum caſum adjiciam. Cum peſtifera ſeditione [19] Syracuſarum, tota regis [20] Gelonis ſtirps, [21] evidentiſſimis exhauſta cladibus ad unicam filiam Harmoniam virginem eſſet redacta, & in eam certatim ab

1 Tanquam.
2 Tyrannorum judicio.
3 Hujus vitæ miſeriis.
4 Uni ex principibus Numantiæ, urbis Hiſpaniæ.
5 Qua omnes ferè Numantini præditi eſſe ſolent.
6 Superaret.
7 Fomentis ignis, id eſt, lignis, & aliis combuſtibilibus.
8 Nudatum.
9 Duos & duos cives.
10 Ut inter ſe de vitâ certarent.
11 In flammas.
12 Æqualiter, ut fuit Numantia.
13 Carthaginis.
14 Probro datâ Aſdrubali.
15 Quod ſui & liberorum oblitus eſſet.
16 Mori paratos.
17 Ardentis.
18 Quæ fuit in uxore Aſdrubalis. Affert enim ultimum exemplum fortitudinis, idque muliebris.
19 Syracuſanorum in Siciliâ latè dominantium.
20 Filii Hieronis.
21 Manifeſtiſſimis.

inimicis impetus fieret : nutrix ejus , [1] æqualem illi puellam, [2] regio cultu ornatam, hoſtilibus gladiis objecit. Quę ne cum ferro quidem trucidaretur, cujus eſſet conditionis, [3] ederet : [4] proclamavit admirata [5] illius animum Harmonia, & [6] tantæ fidei ſupereſſe non ſuſtinuit: Revocatoſque [7] interfectores , [8] profeſſa quænam eſſet, in cædem ſuam convertit. Ita [9] alteri [10] tectum mendacium , [11] alteri veritas [12] aperta finis vitæ fuit.

1 Ejuſdem ætatis. 2 Regali, regis filia digno. 3 Explicaret. 4 Sc. ſe eſſe regiam prolem illam, quæ interficeretur. 5 Puellæ. 6 Non potuit ſilere, ut ſuperſtes eſſet tantæ fidelitati. 7 Illius puellæ. 8 Palam locuta. 9 Puellæ ignobili. 10 Celatum. 11 Harmoniæ : quæ vera erat regia proles. 12 Manifeſtata.

## CAP. III.

## DE PATIENTIA.

Cujus EXEMPLA Rom. ſunt duo.

1 C. Mutius Cordus primus Scævola dictus.
2 Pompejus legatus ad Gentium Regem.

EXTERNA.

1 Puer Macedo.
2 Zeno Eleates.
3 Alter Zeno.
4 Anaxarchus Abderita.
5 Theodorus Syracuſanus.
6 Indi.
7 Servus Afer in pœnis & morte ridens.

1 EGregiis virorum pariter ac fœminarum operibus fortitudo [2] ſe oculis hominum ſubjecit : patientiamque in medium procedere hortata eſt , non ſane [3] infirmioribus radicibus ſtabilitam , aut minus generoſo ſpiritu abundantem ; ſed ita ſimilitudine junctam , ut [4] cum ea , vel [5] ex ea nata videri poſſit.

I [6] Quid enim iis , quæ [7] ſuprà retuli, fa-

1 Hac præfatione tranſit ad exempla Patientiæ, dicens: Fortitudo ſe oculis noſtris ſubjecit : quæ hortata eſt , ut patientia in medium veniret. 2 Manifeſtavit ſe hominibus. 3 Nam laudis & gloriæ radices habet patientia. 4 Tanquam ſoror. 5 Tanquam filia. Nam fortitudinis partes ſunt Patientia , & Perſeverantia. 6 Adfert primum exemplum Patientiæ. 7 Dando exempla fortitudinis.

ſto [1] Mutii convenientius ? cum à Porſena, rege Etruſcorum, urbem noſtram gravi ac diutino bello [2] urgeri ægrè ferret, caſtra [3] ejus clam ferro cinctus intravit: [4] immolantemque ante [5] altaria conatus eſt occidere. Ceterum inter [6] molitionem [7] pii pariter ac [8] fortis propoſiti [9] oppreſſus, nec cauſam adventus [10] texit, & tormenta quantopere contemneret, [11] mira patientia oſtendit. [12] Peroſus enim (credo) dexteram ſuam, quòd ejus miniſterio in cæde [13] regis uti nequiſſet, injectam [14] foculo exuri paſſus eſt. Nullum profecto Dii immortales [15] admotum aris cultum [16] attentioribus oculis viderunt. Ipſum quoque Porſenam, oblitum periculi, ultionem ſuam vertere in admirationem [17] coëgit. Nam, revertere, inquit, ad tuos Muti, & eis refer, te, cum [18] vitam meam petieris, à me vita donatum. Cujus clementiam non [19] adulatus Mutius, [20] triſtior Porſenæ ſalute, quam ſua lætior; urbi ſe [21] cum æternæ gloriæ cognomine, [22] Scævolam reddidit.

2 Pompeji etiam [23] probabilis [24] virtus: qui dum legationis officio fungeretur, à Gentio [25] rege [26] interceptus, cum ſenatus conſilia [27] prodere juberetur, ardenti [28] lucernæ admotum digitum cremandum præbuit: eâque patientiâ regi ſimul & deſperationem tormentis quicquam ex ſe cognoſcendi [29] excuſſit, & expetendæ populi Rom. amicitiæ magnam cupi-

1 Qui poſteà Scævola dictus eſt. 2 Premi. 3 Porſenæ. 4 Porſenam. Verùm in hoc auctor noſter à Livio diſſentit; non enim ſacrificantem, ſed milites recenſentem unà cum ſcribâ in caſtris, & ſtipendium dantem dicit Livius; & Mutium, qui ad regis cædem venerat, errore ductum, pro rege ſcribam obtruncaſſe, quod ille corporis cultu nihil fermè à rege differret. 5 Deorum. 6 Difficilem executionem. 7 Quia pro patriâ liberandâ id faceret. 8 Quia mortem non formidaret. 9 Ab incepto prohibitus. 10 Celavit: quia ingenuè confeſſus eſt ſe ad occidendum regem veniſſe. 11 Scilicet in exuſtione manus. 12 Odio habens. 13 Porſenæ. 14 Igni, aut loco in quo ignis Sacerdotis conſervabatur. 15 Applicitum. 16 Quam facinus Mutii. 17 Mutius. 18 Vitæ meæ inſidiatus fueris. 19 Adulatoriè laudans. 20 Id eſt, Non tam lætus, quòd ſic evaſerit, quam triſtis, quòd Porſenam non interfecerit. 21 Quia cùm priùs tantùm Mutius diceretur, rediit dicendus Scævola. 22 Siniſtrâ utentem manu, quam Græci σκαίαν dicunt. Undè *Scævæ* & *Scævolæ*, qui ſiniſtrâ tantum manu utuntur. 23 Commendabilis. 24 Patientiæ. 25 Illyricorum. 26 In itinere captus. 27 Revelare. 28 Lampadi aut candelæ ardenti. 29 Ejecit.

ditatem ingeneravit. Ac ne plura [1] hujuſce generis exempla [2] domi ſcrutando, ſæpius ad [3] civilium bellorum deteſtandam [4] memoriam progredi cogar, duobus Romanis exemplis contentus, quæ clariſſimarum familiarum commendationem, ita [5] nullum publicum mœrorem continent, [6] externa ſubnectam.

## EXTERNA.

I [7] Vetuſto Macedoniæ more regi Alexandro nobiliſſimi pueri [8] præſto erant ſacrificanti. E quibus unus [9] thuribulo arrepto, ante ipſum aſtitit, in cujus brachio [10] carbo ardens delapſus eſt: quo etſi ita urebatur, ut aduſti corporis ejus odor ad circumſtantium nares perveniret; tamen & dolorem [11] ſilentio preſſit, & brachium immobile tenuit, ne ſacrificium Alexandri, aut [12] concuſſo thuribulo impediret, aut edito gemitu regias aures aſpergeret. [13] Rex quoque patientia pueri magis delectatus, [14] hoc certius perſeverantiæ experimentum ſumere voluit: [15] conſueto enim ſacrificavit diutiùs, nec [16] hac re [17] eum à [18] propoſito repulit. Si [19] huic miraculo [20] Darius inſeruiſſet oculos, ſciſſet ejus [21] ſtirpis milites vinci non poſſe, cujus [22] infirmam ætatem tanto robore præditam animadvertiſſet.

[23] Eſt & illa vehemens & conſtans animi militia, literis pollens [24] venerabilium doctrinæ [25] ſacrorum [24] antiſtes philoſophia, quæ ubi pectore recepta eſt hominum, inhoneſto atque

1 Patientiæ. 2 Domeſtica 3 Qualia Pompejus cum Cæſare geſſit. 4 Commemorationem. 5 Quia nihil adhuc in cives geſſit Pompejus. 6 Sc. exempla.

7 Primum externorum exemplorum eſt de puero Macedonico. 8 Præſentes erant, miniſtrabant. 9 Vaſe, in quo thus cremari ſolebat. 10 Pruna. 11 Quia nihil dixit aut ingemuit. 12 Amoto à loco debito. 13 Alexander. 14 Tanto, aut de hoc. 15 Quam conſuetus erat. 16 Diuturnitate ſacrificandi. 17 Puerum. 18 Perpetiendi. 19 Hoc mirabile factum pueri Macedonici conſpexiſſet. 20 Rex Perſarum, qui poſteà ab Alexandro victus eſt. 21 Gentis Macedonicæ. 22 Puerilem. 23 Ab iis exemplis, in quibus viri ſummâ generoſitate & nobilitate præditi, admirabilem aut oſtenderunt, aut oſtendere parati erant patientiam, cum præfatione tranſit ad Philoſophorum patientiam: tranſiturus etiam ad ſervilem. 24 Veluti quædam ſacerdos, quæ præcepta tradit, quibus homines ad benè beateque vivendum inſtituuntur. 25 Quibus ex homine vitia pelluntur, & in eum virtutes inducuntur.

inutili affectu depulſo, totos in ſolido virtutis munimento confirmat, [1] potentiores metu ac dolore faciens.

2 [2] Incipiam autem à Zenone [3] Eleate: qui cùm eſſet in [4] diſpicienda rerum natura maximæ prudentiæ, inque excitandis ad [5] vigorem juvenum animis promptiſſimus, [6] præceptorum fidem exemplo virtutis ſuæ publicavit. [7] Patriam enim egreſſus, in qua frui [8] ſecura libertate poterat, [9] Agrigentum [10] miſerabili ſervitute obrutum petiit, tanta fiducia ingenii ac morum ſuorum fretus, ut ſperaverit, & [11] tyranno & [12] Phalaridi veſanæ mentis feritatem [13] à ſe diripi poſſe. Poſtquam deinde apud illum plus conſuetudinem [14] dominationis, quam conſilii ſalubritatem valere animadvertit; nobiliſſimos [15] ejus civitatis adoleſcentes cupiditate [16] liberandæ patriæ inflammavit. [17] Cujus rei cum [18] indicium ad tyrannum [19] manaſſet, convocato in forum populo, torquere [20] eum vario cruciatus genere cœpit: [21] ſubinde quærens, quoſnam conſilii [22] participes haberet: At ille nec [23] eorum quempiam nominavit, ſed [24] proximum quemque, ac fideliſſimum tyranno ſuſpectum reddidit: [25] Increpitanſque Agrigentinis ignaviam ac timiditatem, effecit ut ſubito mentis impulſu concitati, Phalarim lapidibus [26] proſternerent. [27] Senis ergo unius [28] eculeo impoſiti, non ſupplex vox, nec miſerabilis ejulatus;

1 Facit, ut homo metum vincat, atque dolorem: quia nec metu, nec dolore præſentis mali ab officio diſcedit.
2 Sc. dare exempla ſolidæ patientiæ à philoſophiâ profectæ.
3 Qui ab Eleâ civitate fuit.
4 Scrutandâ & diligenter inveſtigandâ.
5 Magnitudinem animi: ne eorum animi inertiâ molles & tardi efficerentur.
6 Fidelitatem eorum, quæ præcepit: nam quæ aliis facienda eſſe præcipiebat, prior ipſe bonâ operatione comprobavit.
7 Eleam undè *Eleates* dictus.
8 Sine anxietate vitæ.
9 Siciliæ urbem.
10 Utpote à Phalaride, tyranno ſæviſſimo.

11 Cùm omnis tyrannus videatur incurabilis. 12 Ei tyranno, qui ſæviſſimus erat 13 Operâ & monitione ſuâ celeriter depelli poſſe. 14 Tyrannidis. 15 Agrigentinæ. 16 A ſervitute tyrannicâ per necem Phalaridis. 17 Scilicet inflammationis illius. 18 Indicatio & delatio. 19 Perfluxiſſet, perveniſſet. 20 Zenonem. 21 Per intervalla interrogans. 22 Conſcios. 23 Quos reverà participes habuerat. 24 Ut ſcilicet regi deſperationem excuteret, nominatis proximis & fideliſſimis ejus, & ſe deſtitutum eſſe intelligeret. 25 Cum increpatione exprobrans. 26 In terram ſtatuerent. 27 Zenonis. 28 Inſtramento tortorio.

ſed fortis cohortatio [1] totius urbis [2] animum, [3] fortunamque mutavit.

3 [4] Ejuſdem nominis philoſophus, cum à Nearcho tyranno, de cujus nece conſilium [5] inierat, [6] torqueretur, ſupplicii pariter atque indicandorum conſciorum gratia; doloris victor, ſed ultionis cupidus, [7] eſſe dixit, quod eum [8] ſecreto audire admodum [9] expediret: [10] laxatoque eculeo, poſtquam inſidiis opportunum tempus animadvertit, aurem ejus [11] morſu corripuit, nec ante dimiſit, quam & [12] ipſe vita, & [13] ille [14] corporis parte privaretur.

4 [15] Talis patientiæ [16] æmulus Anaxarchus, cum à tyranno Cypriorum Nicocreonte torqueretur, nec ulla vi [17] inhiberi poſſet, [18] quo minus amariſſimorum eum maledictorum verberibus [19] invicem ipſe torqueret: ad ultimum amputationem linguæ [20] minitanti: Non erit, inquit, [21] effœminate adoleſcens, hæc quoque [22] pars corporis mei tuæ [23] ditionis: protinuſque dentibus abſciſſam, & commanducatam linguam, in os [24] ejus, ira [25] patens expuit. Multorum aures [26] illa lingua, & imprimis [27] Alexandri [28] regis admiratione ſui [29] attonitas habuerat, dum [30] terræ conditionem, [31] ambitum maris, [32] ſiderum motus, totiuſque denique [33] mundi naturam prudentiſſime & facundiſſime [34] expromſit. Pene tamen occidit glorioſius, quam [35] viguit; [36] quia tam forti fine illuſtrem profeſſionis actum comprobavit, Anaxarchuſque vitam non modò non deſeruit, ſed mortem reddidit clariorem.

1 Civitatis Agrigentinæ.
2 Quia priùs ſervire paratus erat.
3 Quia cæſo tyranno ex ſervis liberi facti ſunt.
4 Utpote Zeno ſenior.
5 Ceperat.
6 Sc. in eculeo.
7 Sc. ſibi, id eſt, ſe habere.
8 Sc. in aurem.
9 Utile eſſet.
10 Remiſſo & ſoluto.
11 Dentium.
12 Philoſophus.
13 Tyrannus.
14 Utpote aure.
15 Zenonis proximè dicti. Deſcribit admirabilem patientiam & conſtantiam in paſſione Anaxarchi Philoſophi.
16 Imitator.
17 Impediri.
18 Ut non.
19 Viciſſim: quia ſicut ille tormentis, ita hic maledictis tyrannum torquere volebat.
20 Sc. tyranno.
21 Mollis ut fœmina, aut ignavè more mulierum agens.
22 Lingua.
23 Poteſtatis.
24 Tyranni.
25 Apertum.
26 Quam ſic exſpuerat.
27 Magni regis.
28 Macedoniæ.
29 Obſtupefecerat.
30 Quomodo terra eſſet condita.
31 Circuitum.
32 Quia alia ſidera alium curſum habent.
33 Cœli.
34 Explicavit, ſc. ipſa lingua.
35 Floruit in philoſophiâ, dum viveret.
36 Quia oſtendit ſe talem eſſe, qualem quemlibet eſſe decêre docuerat.

5 In Theodoro quoque viro graviſſimo Hieronymus [1] tyrannus fruſtra tortorum manus fatigavit. [2] Rupit enim [3] verbera, [4] fidiculas laxavit, [5] ſolvit eculeum, [6] laminas [7] extinxit prius, quam efficere potuit, ut tyrannicidii conſcios indicaret. Quinetiam [8] ſatellitem, in quo totius [9] dominationis ſumma [10] quaſi quodam cardine verſabatur, falſa criminatione [11] inquinando, [12] fidum lateri ejus cuſtodem eripuit; beneficioque patientiæ, non ſolum quæ occulta fuerunt, [13] texit, ſed etiam tormenta ſua [14] ultus eſt: [15] quibus Hieronymus dum [16] inimicum cupide lacerat, [17] amicum [18] temerè perdidit.

6 [19] Apud Indos verò patientiæ [20] meditatio tam obſtinate uſurpari creditur, ut ſint qui omne vitæ tempus [21] nudi [22] exigant, modò Caucaſi montis glaciali rigore corpora ſua [23] durantes, [24] modò flammis ſine ullo gemitu [25] objicientes: Atque haud parva his gloria contemptu doloris acquiritur, [26] titulus namque [26] ſapientiæ datur.

7 [27] Hæc è pectoribus [28] altis & eruditis orta ſunt: [29] illud tamen non minus admirabile, quod ſervilis animus [30] cepit.

Servus [31] barbarus Aſdrubalem, quòd dominum ſuum [32] occidiſſet, graviter ferens, ſubitò aggreſſus interemit. [33] Cumque [34] comprehenſus omni modo cruciaretur, lætitiam

1 Siciliæ.
2 Sc. Hieronymus per tortores in corpus Theodori.
3 Flagella.
4 Nervos & chordas tortorias, quibus tormenta fiunt (eſt enim diminutivum à *fides, is*) ſic tendit ut laxæ fierent.
5 Diſſolvit inſtrumentum ligneum, de quo, qui torquebantur, dependebant.
6 Sc. ardentes, quibus ad veritatem excutiendam urebantur rei.
7 Corpore Theodori.
8 Sc. Hieronymi, Thraſonem nomine.
9 Tyrannidis.
10 Ut janua in cardine verſatur.
11 Maculando.
12 Quia tyrannus credens vera locutum, amicum fideliſſimum necandum mandavit.

13 Scilicet Theodorus. 14 Quia tyranno graviſſimum intulit damnum. 15 Tormentis. 16 Theodorum. 17 Thraſonem. 18 Per temerariam credulitatem. 19 Refert patientiam Indorum. 20 Exercitatio. 21 Undè *Gymnoſophiſtæ* dicuntur, quòd *nudi* philoſophentur. 22 Tranſigant. 23 Dura facientes. 24 Interdum. 25 Sc. corpora quia Gymnoſophiſtæ, cùm diu ſe ſatis vixiſſe arbitrarentur, inſtructo rogo vivi comburi patiebantur. 26 Nam *Gymnoſophiſtæ* (ut jam diximus) appellabantur. 27 Superiùs dicta de patientiâ philoſophorum. 28 Profundæ prudentiæ, aut magnanimis. 29 Exemplum patientiæ. 30 Concepit. 31 Utpote Punicus. 32 Aſdrubal 33 Et quamvis. 34 Captus. 35 Omni genere cruciatus ſeu ſupplicii.

1 Quòd ita dominum ultus fuerat.
2 Vultu.
3 Quia ſemper ridebat.
4 Ergo, inquit, virtus non faſtidit quenquam, cujuſcunque conditionis ſit, ad ſe penetrare.
5 Superbo, & humilis conditionis contemptore.

tamen, quam ex [1] vindicta ceperat, in [2] ore [3] conſtantiſſime retinuit. [4] Non ergo [5] faſtidioſo aditu vitus excitata, ingenia [6] vivida ad ſe penetrare patitur, neque hauſtum ſui cum aliquo perſonarum [7] diſcrimine largum, [8] malignumve præbet; ſed [9] omnibus æqualiter [10] expoſita, quid [11] cupiditatis potius, quam quid dignitatis attuleris, æſtimat. [12] Inque captu bonorum ſuorum tibi ipſi [13] pondus [14] examinandum relinquit, ut quantum ſubire animo ſuſtinueris, tantum tecum [15] auferas.

6 Non torpentia, ſed vivacia. 7 Differentiâ, acceptione. 8 Anguſtum, exiguum. Q. d. Non facit virtus, ſicuti perſonarum receptores, qui magnos & dignitate præſtantes admittunt, humiles verò & abjectos rejiciunt. 9 Cujuſcunque conditionis fuerint. 10 Ad accipiendum. 11 Affectionis & deſiderii. 12 Tibi, inquit, curam relinquit, quantum ex eâ capere velis: tantumque tecum ſemper habeas, quantum tui animi magnitudo complexa fuerit. 13 Magnitudinem aut valorem. 14 Dijudicandum. 15 De bonis virtutis.

## CAP. IV.

## DE HUMILI LOCO NATIS, qui clari evaſerunt.

APUD ROMANOS.

1 Tullus Hoſtilius rex.
2 L. Tarq. Priſcus rex.
3 Ser. Tullius rex.
4 C. Terentius Varro.
5 M. Perperna.
6 M. Porcius Cato.

APUD EXTERNOS.

1 Socrates Athenienſis.
2 Euripides & Demoſthenes.

1 Alii *quo*, id eſt, propter quam rem.
2 In humilibus familiis.
3 Filii generoſiſſimarum imaginum, id eſt, clariſſimorum patrum, quorum imagines ſunt.

1 QUod ſæpe evenit, ut & [2] humili loco nati ad ſummam dignitatem conſurgant, & [3] generoſiſſimarum imaginum fœtus, in aliquod devoluti dedecus acceptam à majoribus lucem in tenebras convertant. [4] Quæ qui-

4 Sc. diſcrimina filiorum aut ſuccedentium.

dem

dem [1] planiora [2] ſuis exemplis reddentur : ut primum de iis ordiar, quorum in meliorem ſtatum facta mutatio, [3] ſplendidam relatu præbet materiam.

1 [4] Incunabula Tulli Hoſtilii [5] agreſte tugurium cepit : ejuſdem adoleſcentia in pecore paſcendo fuit occupata : validior ætas [6] imperium Romanum rexit, & [7] duplicavit : ſenectus excellentiſſimis ornamentis decorata, in altiſſimo majeſtatis [8] faſtigio fulſit.

2 Verum Tullus etſi magnus, & [9] admirabilis incrementi ; [10] domeſticum tamen [10] exemplum eſt. Tarquinium autem Priſcum ad Romanum imperium occupandum fortuna in urbem noſtram advexit ; [11] alienum, quod ortum Corintho : faſtidiendum, quod mercatore Demarato genitum : [12] erubeſcendum, quod etiam exule. Ceterum tam proſpero conditionis ſuæ eventu, induſtrioſum pro ignominioſo, pro inviſo glorioſum reddidit ; [13] Dilatavit enim imperii fines, [14] cultum Deorum novis ſacerdotiis auxit, [15] numerum ſenatus amplificavit, equeſtrem ordinem [16] uberiorem reli-

1 Faciliora ad cognoſcendum.
2 Si de eis adducantur exempla.
3 Quia omnes libenter audiunt, eos, qui ex humili loco nati ſunt, ad ſummum dignitatis gradum emerſiſſe.
4 Primordia vitæ. Adfert primum exemplum eorum, qui humili loco nati clari evaſerunt, idque de Tullio Hoſtilio, tertio Romanorum rege.
5 Humilis caſa in agro. *Tugurium* enim eſt caſa ruſtica ex leviore materiâ excitata, arundine tecta. Dictum *tugurium*, quaſi *tegurium*, à *tegendo*, propreteà quòd ruſticos ab æſtus tempeſtatumque injuriâ *tegat*. 6 Quia ejus avus ſe bello Sabino fortiter geſſit. 7 Quia omnem populum Albanum Romam traduxit, everſis mœnibus & ſolo proſtratis. Cauſa fuit, quòd bello Fidenati infidi fuerunt populo Romano. 8 Culmine : quia jam ſenex animum religionibus adjecit. 9 Eorum, qui ex minimis maximi facti ſunt. 10 Ex non alienigenâ ad imperium Romanum acciti. 11 Scilicet ab imperio Romano, id eſt, multum remotum. 12 Quòd filius ejus regnaverit Romæ. Nam hujus pater Demaratus exul patriâ ſe ad Tarquinios contulit, & ibi duxit uxorem, ex quâ Aruntem & Lucumonem genuit. 13 Prorogavit : nam Sabinos bello ſuperavit, & eis Collatiam ademit, & quicquid agri circa Collatiam erat, omneque Latinum nomen domuit, & multas Latinorum civitates populi Romani imperio ſubegit. 14 Quia augurum collegium ſummo in honore habere voluit, adeò ut nihil privatim vel publicè ageret, niſi priùs captis auſpiciis. 15 Quia centum Patres adjecit ordini Senatorio. 16 Abundantiorem & auctiorem : quia centurias inſtitutas à Romulo auxit, ut in tribus centuriis mille & trecenti equites eſſent.

quit: Quæque laudum ejus conſummatio eſt, præclaris virtutibus effecit, ne hæc civitas pœnitentiam ageret, quod regem à [1] finitimis potius [2] mutuaſſet, quam de ſuis [3] legiſſet.

3 In Ser. autem Tullio fortuna præcipue vires ſuas oſtendit: [4] vernam huic urbi natum, regem dando: [5] Cui quidem diutiſſime imperium obtinere, [6] quater luſtrum condere, ter triumphare contigit: [7] Ad ſummam aut [8] unde proceſſerit, aut [9] quo pervenerit, [10] ſtatuæ ipſius titulus abunde teſtatur, [11] ſervili cognomine, & regia appellatione perplexus.

4 Miro quoque [12] gradu [13] Varro ad conſulatum ex [14] macellaria patris taberna conſcendit: Et quidem fortuna [15] parum duxit ſordidiſſimæ mercis [16] capturis alito, XII. faſces largiri; niſi etiam L. Æmilium [17] Paullum dediſſet collegam: Atque ita ſe in [18] ejus ſinum infudit, ut cum apud [19] Cannas culpa ſua vires populi Romani exhauſiſſet, Paullum, qui prœlium committere noluerat, [20] occidere pateretur; [21] illum in urbem incolumem reduceret. Quin etiam ſenatum gratias ei agentem, quod redire voluiſſet, ante portas [22] eduxit: [23] extuditque, ut [24] graviſſimæ cladis [25] auctori etiam [26] Dictatura [27] deferretur.

5 Non parvus conſulatus rubor M. Perperna, utpote qui [28] conſul [29] ante quam civis;

1 Sc. populis, utpote Hetruſcis.
2 Mutuò acceptiſſet.
3 Elegiſſet.
4 Servum ex ancilla natum.
5 Servio.
6 Id eſt, luſtrationem civium, id eſt, inquiſitionem quot eſſent, & quantū poſſiderent, quod quinto quoque anno fiebat. Undè *luſtrum* pro quinquennio deinde uſurpatum eſt.
7 Ut ſummatim ejus fortunam dicam.
8 Quia ex ſervitute.
9 Quia ad regnum Romanum.
10 Quia ita inſcriptum erat: *Servii Tullii Regis Romani ſtatua.*
11 Quia dictus *Servius*, atque à *Servo* nomen habuit.
12 Proceſſu.
13 Terentius.
14 Ubi pater obſonia in macello venditabat. 15 Exiſtimavit parùm eſſe. 16 Callido quæſtu. 17 Virum ſc. nobiliſſimum. 18 Terentii Varronis. 19 Vicum Apuliæ, ubi cum Annibale malè pugnavit. 20 Occumbere. 21 Varronem, caput omnis cladis. 22 Fortuna. 23 Expreſſit. Tranſlatio, à fabris qui ferrum cudentes, in cujuſpiam inſtrumenti formam efficiunt. 24 Cannenſis. 25 Eidem Varroni. 26 Maximus ille, à quo nulla erat provocatio, magiſtratus. 27 Mandaretur. 28 Sc. fuit. 29 Quod contrà leges, Peregrini enim Magiſtratibus arcebantur,

ſed in bello gerendo utilior aliquanto reipubl. Varrone imperatore. Regem enim Ariſtonicum cepit, [1] Craſſianæque ſtragis punitor extitit. Cum interim [2] cujus vita triumphavit, mors [3] Papia lege damnata eſt. Namque patrem [4] illius, [5] nihil ad ſe pertinentia civis Romani jura complexum, Sabelli judicio petitum, redire [6] in priſtinas ſedes [7] coegerunt. Ita M. Perpernæ nomen [8] adumbratum, [9] falſus conſulatus, caliginis ſimile imperium, [10] caducus triumphus, aliena in urbe improbe peregrinatus eſt.

6 [11] M. vero Porcii Catonis incrementa publicis votis expetenda fuerunt: qui nomen ſuum [12] Tuſculi ignobile, Romæ nobiliſſimum reddidit. Ornata ſunt enim ab eo literarum Latinarum [13] monimenta, adjuta [14] diſciplina militaris, [15] aucta majeſtas ſenatus, [16] prorogata [17] familia, in qua maximum decus [18] poſterior eſt ortus Cato.

## EXTERNA.

1 Sed ut Romanis externa jungamus: Socrates non ſolum hominum conſenſu, verum etiam Apollinis oraculo ſapientiſſimus judica-

1 Craſſi, qui à Thracibus interceptus, à milite virgâ in oculum percuſſo, à quo ad Ariſtonicum trahebatur occiſus eſt.
2 Perpennæ, qui in vitâ triumphos duxit.
3 Quia hoſtis patriæ judicatus eſt cum Sertorio, cujus in Hiſpaniâ ſocius & cauſa mortis fuerat, tandemque captus & ad Pompejum perductus, legē Papiâ ultimum ſupplicium tulit,
4 Perpennæ.
5 Cùm eſſet peregrinus, utpotè Græcus.
6 Græciam.
7 Romani.
8 Obſcuratum. Tranſlatio à pictoribus, qui primò quidem formam imaginis adumbrant, deindè coloribus illam diſtinguunt, & ſic imaginem rediguut. *Adumbrare* propriè eſt alicujus rei formam inducere Ergo nomen *adumbratum*, quia principia quidem M. Perpennæ ſummæ claritatis & gloriæ formam induxerant; ſed exitus formam illam adumbratam in veram ſplendoris imaginem exprimere non potuerat. 9 Non verè aditus: quia, cùm civis non eſſet, conſul eſſe non debuit. 10 Cujus gloria non diu duravit. 11 Adfert laudabile incrementum Marci Porcii Catonis. 12 Oppiduli Romani. 13 Hiſtoriæ. Nam librum de Originibus edidit, quibus Italicarum Urbium originem & res geſtas populi Romani accuratiſſimè collegit. Idem ſummus Orator fuit. 14 Quia bello omnem fermè Hiſpaniam imperio populi Romani ſubegit ductu & auſpiciis ſuis. 15 Quando in ordinem Senatorum electus. 16 Propagata & extenſa eſt ab eo. 17 Porcia. 18 Qui *Uticenſis* dictus eſt.

tus, Phanarete matre [1] obſtetrice, & Sophroniſco patre [2] marmorario genitus, ad clariſſimum lumen gloriæ exceſſit, neque immerito. [3] Nam cum eruditiſſimorum virorum ingenia in diſputatione [4] cæca vagarentur, [5] menſuraſque [6] Solis & Lunæ, & ceterorum ſiderum loquacibus magis, quam certis argumentis explicare conarentur, totius etiam mundi [7] ambitum complecti auderent, primus ab his indoctis erroribus abductum animum, intima conditionis humanæ, ac [8] in ſeceſſu pectoris repoſitos affectus ſcrutari coëgit: ſi virtus [9] per ſeipſam æſtimetur, vitæ magiſter optimus.

2 [10] Quam matrem [11] Euripides, aut [12] quem patrem [13] Demoſthenes habuerit, ipſorum quoque ſeculo ignotum fuit: [14] alterius autem matrem olera, [15] alterius patrem cultellos venditaſſe omnium penè doctorum literæ [16] loquuntur: Sed quid aut [17] illius tragicâ, aut [18] hujus oratoriâ vi clarius?

1 Quæ parturientibus operam locabat.
2 Qui marmora poliebat aut ſculpebat.
3 Nam cum cæteri philoſophi in cognitione naturali tempus tererent, primus ipſe, relictâ naturali, moralem philoſophiam, in quâ homines rationem benè rectèque vivendi ſpecularentur, invenit.
4 Rerum, quarum veram cognitionem habere non poterant.
5 Magnitudinem.
6 Quem alii duplo, alii triplo terrâ majorem dicunt.
7 Circuitum. 8 In ſecreto pectoris locatos. 9 Sine reſpectu ad commoda publica aut privata. 10 Quo nomine. Citat autem alia duo exempla eorum, qui ex ignotis parentibus ad ſummam nobilitatem emerſerunt. 11 Poëta in Tragœdiâ clariſſimus. 12 Quo nomine. 13 Orator apud Græcos ſummus. 14 Euripidis. 15 Demoſthenis. 16 Atteſtantur. 17 Euripidis. 18 Demoſthenis.

CAP.

## CAP. VIII.

# QUI A PRÆCLARIS Parentibus degenerarunt.

1 Cn. Scipio Africani majoris filius.
2 Q. Fabius Allobrogici F.
3 P. Clodii & Fulviæ F.
4 M. Hortenſius Corbio.

1 SEquitur [2]duplicis [3]promiſſi [4]pars [5]adopertis illuſtrium virorum imaginibus reddenda: quoniam quidem ſunt referenda, quæ ab [6] earum ſplendore [7] degeneraverunt, teterrimis ignaviæ ac nequitiæ ſordibus [8] imbuta [9] nobilia portenta.

I [10] Quid enim monſtro ſimilius, quàm [11] ſuperioris Africani filius Scipio? Qui in tanta [12] domeſtica gloria ortus, à parvulo admodum regis Antiochi præſidio capi [13] ſuſtinuit: cum ei voluntaria morte abſumi ſatius fuerit, quàm inter duo fulgentiſſima cognomina patris & patrui, [14] altero oppreſſa Africa jam [15] parto, [16] altero jam majore ex parte recuperata Aſia, ſurgere incipiente, manus vinciendas hoſti tradere, [17] ejuſque beneficio [18] precarium ſpiritum obtinere: de [19] quo mox [20] L. Scipio ſpecioſiſſimum [21] Deorum hominumque oculis ſubjecturus erat triumphum.

1 Sequitur, inquit, pars promiſſa, in quâ de his, qui à majoribus ſuis degeneraverunt, tractandum eſt.
2 Duo membra complectentis, quorum alterum jam abſolutum eſt.
3 Sc. in paraſceve antè ſuperiorem titulum.
4 Sc. altera.
5 Obfuſcatis per degenerem prolem.
6 Imaginum illuſtrium virorum.
7 Alieni facti ſunt.
8 Infecta.
9 Quia à nobiliſſimis parentibus nati ſunt. Sceleribus etiam quis nobilis dicitur.
10 Adfert primum exemplum Scipionis, filii Scipionis Africani.
11 Majoris.
12 Sc. patris ſui.
13 Paſſus eſt.
14 Cognomine patris, qui *Africanus* cognominatus eſt ab oppreſſâ *Africâ*.
15 Acquiſito.
16 Patrui cognomine, qui *Aſiaticus* dictus eſt, recuperatâ *Aſiâ*.
17 Hoſtis.
18 Vitam quaſi precibus redemptam.
19 Hoſte.
20 Patruus ejus.
21 Quia curru triumphans vectus eſt in Capitolium, ubi Dii & homines illum intuebantur.

1 Idem [2] præturæ petitor [3] candidam togam adeo turpitudinis maculis [4] obſolefactam in [5] campum detulit, ut niſi gratia Cicerei, qui patris ejus ſcriba fuerat, adjutus eſſet, [6] honorem à populo impetraturus non videretur. Quanquam quid interfuit utrum repulſam, an [7] ſic adeptam præturam domum referret? quam cum propinqui ab eo pollui animadverterent, id egerunt, ne aut ſellam ponere, aut [8] jus dicere auderet. Inſuperque è manu ejus [9] annulum, in quo caput Africani ſculptum erat, detraxerunt. Di boni quas [10] tenebras ex quo [11] fulmine naſci paſſi eſtis!

2 Age Q. Fabii Max. [12] Allobrogici & civis, & imperatoris clariſſimi filius Q. Fabius Max. quam perditam luxuria vitam egit? [13] cujus ut cetera flagitia [14] obliterentur, tamen abundè illo dedecore mores [15] nudari poſſunt, quod ei Q. Pompejus prætor urbanus [16] paternis bonis interdixit, neque in [17] tanta civitate, qui illud [18] decretum reprehenderet, inventus eſt: Dolenter enim homines ferebant, pecuniam, quæ Fabiæ gentis ſplendori ſervire debebat, [19] flagitiis disjici. Quem ergo [20] nimia patris indulgentia hæredem reliquerat, publica ſeveritas exhæredavit.

3 [21] Poſſedit favorem plebis Clodius Pulcher, adhærenſque [22] Fulvianæ ſtolæ [23] pugio, [24] militare decus muliebri imperio ſubjectum habuit: quorum filius Pulcher, præ-

1 Scipio ſuperioris Africani filius.
2 Cùm tempore comitiorum candidatus in campum Martium ad petendam præturam deſcenderet.
3 Qui induebantur in ſignum candoris animi, nullà ambitione aut avaritiâ polluti.
4 Contaminatam.
5 Martium, ubi comitia habebantur.
6 Præturæ ſc.
7 Precariò & cum dedecore.
8 Judicare inter litigantes.
9 Tanquam indignus eſſet annulum geſtare, cui inſculpta eſſet Africani imago.
10 Claritatis nominis & famæ.
11 Vehementiſſimo lumine, ut ex Africano majore.
12 Qui vicit Allobroges.
13 Filii.
14 Deleantur & non memorentur.
15 Detegi.
16 A bonis paternis eum arcuit. Prodigus enim bonis interdicebatur.
17 Quanta tùm erat Romana.
18 Prætoris urbani.
19 Obſcænâ vitâ unius filii dilapidari.
20 Quia tametſi filium prodigum videret, tamen eum reliquit hæredem.
21 Quia in plebejam familiam ſe adoptandum dederat.
22 Fulviæ uxoris ſuæ matronali honeſtati.
23 Ipſe vir militaris pugione uti ſolitus.
24 Id eſt, tam obſequenter uxori vixit, ut uxori ſubjectus videretur: undè filius laſcivæ vitæ exemplum ab eo non accepit.

terquam quod [1] enervem & frigidam [2] juventam egit, [3] perdito etiam amore vulgatiſſimæ meretricis infamis fuit, mortiſque erubeſcendo genere [4] conſumptus eſt. [5] Abdomine enim avide devorato, fœdæ ac ſordidæ [6] intemperantiæ ſpiritum reddidit.

Jam & Q. quidem Hortenſii, qui in maximo & ingenuorum civium, & ampliſſimorum [7] proventu, ſummum auctoritatis atque eloquentiæ gradum obtinuit, nepos Hortenſius Corbio omnibus ſcortis abjectiorem & obſcœniorem vitam exegit: ad ultimumque [8] lingua ejus tam libidini cunctorum inter lupanaria proſtitit, quam [9] avi pro ſalute civium in [10] foro excubuerat.

1 Effœminatam & mollem.
2 Pigram, cùm propriè ardor juvenum ſit.
3 Per quem ipſe perditus erat.
4 Extinctus.
5 Pingui ſuillo. *Abdomen* dicitur durum & ſolidum pingue & laridum.
6 Intemperantis vitæ.
7 Copiâ.
8 Lenocinium & conciliatio turpium amorum per linguam.
9 Hortenſii oratoris.
10 Judiciali.

## CAP. VI.

## DE ILLUSTRIBUS, QUI in veſte aut cetero cultu licentiùs ſibi indulſerunt.

1 P. Scipio major.
2 L. Scipio Aſiaticus.
3 L. Cornelius Sylla.
4 C. Duilius.
5 C. Papirius Maſo.
6 C. Marius.
7 M. Cato Uticenſis.

[1] ANIMADVERTO in quam [2] periculoſum iter proceſſerim Itaque me ipſe revocabo, ne ſi reliqua [3] ejuſdem generis [4] naufragia conſectari perſeveravero, aliqua inutili relatione implicer [5] Referam igitur [5] pedem, [6] deformeſque umbras in imo [7] gurgite turpitudinis ſuæ jacere patiar. Satius eſt enim

1 Reprehendit quodammodò ſe ipſum, quòd fortè procedendo nominaturus ſit aliquem, cujus deinde pœnitebit.
2 Quia periculoſum eſt, clariſſimarum familiarum dedecora recenſere. 3 Perditorum filiorum.
4 Perditionem honoris & rerum, ut per naufragia omnia amittuntur.
5 Retrocedam ab ea narratione. 6 Turpiſſimam vitam eorum, qui à majoribus ſuis degenerarunt, & claras majorum ſuorum imagines flagitiis ſuis, quaſi umbrâ quadam, operuerunt. 7 Barathro, voragine.

narrare,

narrare, qui illuſtres viri in cultu, ceteroque ritu, aliqua ex parte novando ſibi indulſerint.

1 [1] P. Scipio, cum in Sicilia augendo, trajiciendoque in Africam exercitu, opportunum quærendo [2] gradum, Carthaginis ruinam animo volveret; inter conſilia ac molitiones [3] hujus tantæ rei operam [4] gymnaſio dedit, [5] pallioque & [6] crepidis uſus eſt. Nec [7] hac re ſegniores [8] Pœnicis exercitibus manus intulit: ſed neſcio [9] an ideo alacriores, quia [10] vegeta & ſtrenua ingenia, quò plus [11] receſſus ſumunt, hoc vehementiores impetus [12] edunt. Crediderim etiam favorem eum ſociorum uberiorem ſe adepturum exiſtimaſſe, ſi [13] victum eorum & ſolennes exercitationes comprobaſſet: Ad quas tum veniebat, cum multum ac diu fatigaſſet humeros, & cetera membra militari agitatione firmitatem ſuam [14] probare coëgiſſet: conſiſtebatque in [15] his labor ejus, in [16] illis remiſſio laboris.

2 [17] L. verò [17] Scipionis ſtatuam [18] chlamydatam, & [19] crepidatam in [20] Capitolio cernimus: Quo habitu videlicet, quia aliquando uſus erat, effigiem ſuam [21] formatam [22] poni voluit.

3 L. quoque Sylla, cum imperator eſſet, [23] chlamydato ſibi, & [24] crepidato Neapoli ambulare deforme non duxit.

4 C. autem Duilius, qui primus [25] navalem triumphum ex Pœnis retulit, quotieſ-

1 Refert primum exemplum.
2 Modum.
3 Quanta erat Carthaginis ruina.
4 Palæſtræ, ubi ſe juvenes exercebant, aut exercitationi in re literaria.
5 Indumento Græcanico: quod genus veſtis Græci Philoſophi habebant, & utebantur: erat ad talos uſque demiſſa.
6 Altis calceamentis Philoſophorum.
7 Propter hanc rem, id eſt, propter illam remiſſionem.
8 Carthaginenſibus.
9 Sc. *intulerit*.
10 Viva, impigra.
11 A labore, id eſt, recreationis.
12 Emittunt.
13 Modum vivendi.
14 Oſtendere.
15 Poſterius dictis, id eſt, exercitationibus Græcanicis.
16 Exercitationibus militaribus.
17 Aſiatici.
18 Indutam aut ornatam chlamyde, id eſt, veſte militari.
19 Habentem crepidas ad pedes.
20 Ubi ſtatuæ triumphantium ponebantur.
21 Sculptam.
22 In Capitolio, id eſt, voluit eo habitu effigiem ſuam poni, quo aliquando uſus fuerat.
23 Ornato chlamyde.
24 Subnixo crepidis.
25 In navibus partum.

cunque

cunque epulaturus erat, ad [1] funalem cereum præeunte tibicine & [2] fidicine, à cœna domum reverti ſolitus eſt, inſignem bellicæ rei ſucceſſum [3] nocturna celebratione teſtando.

5 Papirius quidem Maſo, cum [4] bene geſta Rep. triumphum à Senatu non impetraſſet, in Albano monte triumphandi & ipſe initium fecit, & ceteris poſtea [5] exemplum præbuit: [6] proque laurea corona, cum alicui ſpectaculo intereſſet, [7] myrtea ſemper uſus eſt.

6 Jam C. Marii penè [8] inſolens factum: nam poſt [9] Jugurthinum, Cimbricumque & Teutonicum triumphum, [10] cantharo ſemper potavit: quod Liber Pater inclytum ex Aſia ducens triumphum, hoc uſus poculi genere ferebatur; ut [11] inter ipſum hauſtum vini, victoriæ [12] ejus ſuas victorias compararet.

7 M. autem Cato Prætor, [13] M. Scauri, ceterorumque reorum [14] judicia, nulla indutus [15] tunica, ſed tantummodo [16] prætexta amictus egit.

1 Faculam ceratam.
2 Canente fidibus, chordis.
3 Pompâ illâ, quâ noctu utebantur.
4 Poſtquam rempublicam benè adminiſtraverat: devicerat enim Samnites.
5 Triumphandi in monte Albano.
6 Et loco laureæ coronæ, quâ triumphantes utebantur.
7 Quâ ovantes coronari ſolebant.
8 Petulantiæ plenum, ſc. *eſt.*
9 Quem duxit de Jugurthâ, Cimbris, & Teutonibus.
10 Vaſe vinario anſato, quo majores in ſacris Bacchi uſos fuiſſe dicunt.
11 Dùm aut quoties vinum biberet.
12 Bacchi.
13 Repetundarum rei.
14 Sententiam.
15 Veſte judiciali.
16 Quâ vel privati, dummodò ingenui, uti poterant.

## CAP. VII.

# DE FIDUCIA SUI.


QUÆ IN ROMANIS.

1 P. Scipione majore.
2 P. Scipione Æmiliano Coſ. II.
3 P. Naſica Serapione Coſ.
4 M. Livio Salinatore Coſ.
5 P. Furio Philo Coſ.
6 L. Licinio Craſſo proc.
7 M. Catone majore reo.
8 M. Æmil Scauro reo.
9 M. Antonio oratore.
10 Senatu Romano.
11 L. Accio poëta.

QUÆ IN EXTERNIS.

1 Euripide poëta.
2 Antigenida tibicine.
3 Zeuxe pictore.
4 Phidia ſculptore.
5 Epaminonda Thebano.
6 Annibale Pœno.
7 Cotye Thracum rege.
8 Androclida, Leonida, & Agide Spartanis.


SED hæc, atque his ſimilia, virtutis aliquid ſibi in conſuetudine novanda licentiæ [1] ſumentis indicia ſunt. [2] Illis autem quæ deinceps ſubnectam, quantum ſui fiduciam habere [3] ſoleat, cognoſcetur.

1 P. & Cn. Scipionibus in Hiſpania cum majore parte [4] exercitus ab acie Punica oppreſſis, omnibuſque provinciæ ejus nationibus Carthaginienſium amicitiam ſecutis, nullo ducum [5] noſtrorum illuc ad corrigendam [6] rem proficiſci audente, P. Scipio quartum & viceſimum annum agens [7] iturum ſe pollicitus eſt. Quæ quidem fiducia pop. Rom. ſalutis ac victoriæ ſpem dedit. [8] Eademque in ipſa Hiſpania uſus eſt. Nam cum oppidum Badiam [9] circumſederet, [10] tribunal ſuum adeuntes, in ædem, quæ intra mœnia hoſtium erat, [11] vadimonia in poſterum diem facere juſſit: continuoque urbe potitus, & tempore & loco, quo prædixerat, [12] ſella poſi-

1 Uſurpantis.
2 Exemplis. Brevis eſt præfatio, & quaſi præparatio ſequentis tituli.
3 Aliquis.
4 Romani.
5 Romanorum.
6 Bellicam malè geſtam.
7 In Hiſpaniam.
8 Fiduciâ.
9 Obſideret.
10 Juſſit eos, qui ſuum tribunal adibant, conſtituere alterum alteri diem datis vadibus in ædem quandam publicam, quam monſtravit.
11 Sponſionem. Nam ſicut à *teſte teſtimonium*, ita à *vade vadimonium*. Sed inter *vades* & *ſponſores* hoc intereſt, quòd *vades* publici, *ſponſores* verò privati dicuntur.
12 Sede judiciariâ.

ta,

ta, [1] jus eis dixit. [2] Nihil hac fiducia generoſius, nihil [3] prædictione verius, nihil celeritate efficacius, nihil etiam [4] dignitate dignius. [5] Nec minus [6] animoſus, [7] minuſve proſperus [8] illius in Africam tranſitus, in quam ex Sicilia exercitum [9] ſenatu vetante traduxit: quia niſi plus in ea re ſuo, quam patrum conſcriptorum conſilio credidiſſet; ſecundi Punici belli finis inventus non eſſet. [10] Cui facto par [11] illa fiducia, quod poſtquam Africam attigit, [12] ſpeculatores Annibalis in [13] caſtris deprehenſos, & ad ſe perductos, nec ſupplicio affecit, nec de conſiliis ac viribus Pœnorum percunctatus eſt. Sed circa omnes [14] manipulos diligentiſſime deducendos curavit. Interrogatoſque an ſatis ea conſideraſſent, quæ [15] ſpeculari juſſi erant, prandio dato ipſis, jumentiſque eorum, incolumes dimiſit: Quo tam pleno fiduciæ ſpiritu prius animos hoſtium, quam arma, [16] contudit. [17] Verùm ut ad [18] domeſtica eximiæ ejus fiduciæ acta veniamus: cum à L. Scipione [19] ex Antiochenſi pecunia [20] HS. quadragies ratio in curia repoſceretur, prolatum [21] ab eo librum, quo acceptæ & expenſæ [22] ſummæ continebantur, & refelli inimicorum accuſatio poterat, [23] diſcerpſit: indignatus de ea re dubitari, quæ [24] ſub ipſo legato miniſtrata fuerat. Quinetiam in hunc modum [25] egit: Non reddo patres conſcripti ærario veſtro HS. quadragies rationem, [26] alieni imperii [27] miniſter, [28] quod [29] meo ductu, meiſque auſpiciis

1 Sententiam de lite.
2 Extollit Scipionis fiduciam laudibus meritis.
3 Qua prædixit ſe id effecturum, quod effecit.
4 Quod magis ad ejus dignitatem pertineret.
5 Adfert continuò alia de ejuſdem Scipionis fiduciâ exempla.
6 Animosè factus.
7 Quam fuit expugnatio oppidi illius in Hiſpaniâ.
8 Scipionis.
9 Non vetabat Senatus, ſed permittebat, ſi id è Republicâ videretur.
10 Tranſitus, ſc. in Africam. Adfert tertium ejuſdem rei & viri exemplum.
11 Ejuſdem Scipionis.
12 Exploratores.
13 Romanis.
14 Globos militum Romanorum ſub uno vexillo militantium.
15 Explorare.
16 Concuſſit.
17 Adfert quartum exemplum, ſed in urbe actum.
18 Quæ domi in civitate fecit.
19 Expensâ in bello contra Antiochum.
20 Calculus & ſupputatio de quadraginta ſeſtertiis, id eſt, centum libris: nam *ſeſtertium*, id eſt, ſemi ad tertium continet duas libras & ſemi.
21 L. Scipione.
22 Supputationes.
23 Publius Scipio diſcerpſit librum rationum.
24 Cùm eſſet legatus fratri miſſus.
25 Cauſam ſuam & fratris.
26 Quia legatus Lucii fratris.
27 Cùm fuerim miniſter.
28 Sc. *ærarium*.
29 Cùm eſſem Imperator & princeps belli.

bis millies H S. [1] uberius feci. Neque enim [2] huc puto malignitatis ventum, ut de mea innocentia [3] quærendum ſit. Nam cum Africam totam poteſtati veſtræ ſubjecerim, nihil ex ea quod meum diceretur, præter [4] cognomen, retuli. Non igitur me Punicæ, non [5] fratrem meum Aſiaticæ gazæ avarum reddiderunt: ſed uterque noſtrum [6] magis invidia, quàm pecunia, locupletior eſt. Tam conſtantem defenſionem [7] Scipionis univerſus ſenatus [8] comprobavit.

Sicut & [9] illud factum: quod cum ad neceſſarium Reipubl. uſum pecuniam ex [10] ærario promi opus eſſet, [11] idque [12] Quæſtores, quia [13] lex obſtare videretur, aperire non auderent, [14] privatus claves popoſcit, patefactoque ærario, legem utilitati cedere coëgit. Quam quidem ei fiduciam conſcientia illa dedit, qua meminerat omnes leges [15] à ſe eſſe ſervatas. Non fatigabor ejuſdem facta [16] identidem referendo, quoniam nec [17] ille quidem in conſimili genere virtutis [18] edendo fatigatus eſt. [19] Diem illi [19] ad populum M. Nævius tribunus pleb. aut (ut quidam memorant) duo Petillii [20] dixerant: quo ingenti frequentia in forum deductus, [21] roſtra conſcendit, capitique ſuo [22] corona triumphali impoſita, Hac, inquit, Quirites, die Carthaginem, [23] magna ſperantem, [24] leges veſtras accipere juſſi: proinde æquum eſt vos mecum ire in Capitolium [25] ſupplicatum. Speciosiſſimam ejus deinde vocem

1 Ditius: quia intuli in ærarium bis mille ſeſtertia, id eſt, quinquies mille libras.
2 Noſtram ætatem ad eam malignatem perveniſſe.
3 Inquirendum.
4 Africanum: quia à devictâ *Africâ Africanus* eſt dictus.
5 Lucium.
6 Plùs nactus eſt invidiæ, quam pecuniæ.
7 Publii, pro ſe & Lucio loquentis
8 Ratam habuit.
9 Ejuſdem Scipionis Senatus approbavit.
10 Repoſitorio publici æris, id eſt, pecuniæ.
11 Ærarium,
12 Qui claves ærarii habebant.
13 Lex enim erat, ut ex ærario pecunia non depromeretur, niſi ultimâ jam neceſſitate cogente.
14 Ipſe Scipio nullum tunc magiſtratum gerens.
15 Quia per eum Annibal, qui urbi & legibus minabatur excidium, Italiam deſerere coactus fuerat.
16 Interdum.
17 P. Scipio.
18 Emittendo præclarum facinus.
19 Quo cauſam diceret, & ſe purgaret coram populo.
20 Aſſignaverant & indixerant.
21 Locum, undè edicta fiebant, roſtris navium Antiatium munitum.
22 Non autem lugubri veſte, ut mos reorum eſt: quod maximum fuit fiduciæ ſignum.
23 Magnas res, utpote imperium Romanum poſſe evertere.
24 Romanas: quia tributaria facta eſt.
25 Diis ſc. ad ſupplices gratias agendas.

æque

æque clarus eventus ſecutus eſt : ſiquidem & ſenatum totum , & univerſum equeſtrem ordinem , & cunctam plebem Jovis Optimi Maximi [1] pulvinaria petens , [2] comitem habuit. Reſtabat ut tribunus apud populum ſine populo ageret , deſertuſque in foro cum magno calumniæ ſuæ ludibrio, ſolus moraretur : Cujus devitandi [3] ruboris cauſa,in [4] Capitolium proceſſit, [5] deque accuſatore Scipionis venerator eſt factus.

2 [6] Aviti ſpiritus egregius ſucceſſor Scipio Æmilianus, cum urbem prævalidam obſideret, ſuadentibus quibuſdam ut circa mœnia ejus ferreos [7] murices ſpargeret , omniaque vada [8] tabulis plumbatis conſterneret , habentibus clavorum [9] cacumina, ne ſubita eruptione hoſtes in præſidia noſtra impetum facere poſſent: reſpondit : Non eſſe [10] ejuſdem, & capere aliquos velle,& timere.

3 [11] In quamcunque memorabilium partem exemplorum convertar,velim nolim,in cognomine Scipionum [12] hæream neceſſe eſt. Quî enim licet [13] hoc loci [14] Naſicam præterire fidentis animi, dictique clariſſimum auctorem ? [15] Annonæ caritate increbeſcente , C. Curatius Tribunus pleb. productos in [16] concionem Coss. compellebat , ut de frumento emendo, atque ad [17] id negotium [18] explicandum mittendis legatis [19] in curiam referrent. Cujus inſtituti [20] minime utilis [21] interpellandi gratia , Naſica [22] contrariam actionem [23] ordiri

1 Lectiſternia, quæ in templo Jovis Optimi Maximi fuerunt.
2 Itineris.
3 Verecundiæ.
4 Arcem Romanam.
5 Qui priùs fuerat accuſator Scipionis.
6 Majoris Africani.
7 Tribulos, qui naſcuntur in lacubus & ſtagnis, ſic effigiatos, ut quocumque jaciantur, ſemper unum acumen habent erectum. *Murex* propriè dicitur acumen ſaxi. Sed pro unaquaque re acutâ ponitur : ut hoc loco.
8 Ut mergerentur in profundum , & ita laterent.
9 Acuta clavorum extenſa.
10 Imperatoris.
11 Refert fiduciam alterius Scipionis, utpote Naſicæ,purgans ſe quodammodò , quòd tantum in uno cognomine immoretur.
12 Immorer.
13 In hoc loco,ubi de fiduciâ agitur.
14 Scipionem.
15 Victualium pretioſitate crebriore & auctiore evadente, ingraveſcente.
16 Congregationem populi.
17 De emendo frumento.
18 Expediendum.
19 Coram Senatu proponerent,conſultationem facerent.
20 Reipublicæ : quia per hoc ærarium penitùs exhauriretur , ſi in publicâ fame ex ærario frumentum ematur.
21 Impediendi.
22 Quâ agebat ad non emendum publicè frumentum.
23 Ordine contexere & dicere.

cœpit.

cœpit. [1] Obſtrepente deinde plebe, Tacete quæſo Quirites, inquit: plus enim ego, quam vos, quid reipub. expediat, intelligo. Qua voce audita, omnes pleno venerationis ſilentio, majorem [2] ejus auctoritatis, quam ſuorum alimentorum, reſpectum [3] egerunt.

5 [4] Livii quoque Salinatoris æternæ memoriæ tradendus animus: qui cum Aſdrubalem, exercitumque Pœnorum in [5] Umbria deleſſet, & ei [6] diceretur, Gallos ac Ligures ex acie ſine ducibus & ſignis, ſparſos ac [7] palantes [8] parva manu opprimi poſſe; reſpondit, Parci [9] eis oportere, ne hoſtibus tantæ cladis domeſtici nuntii deeſſent.

5 [10] Bellica hæc præſentia animi: [11] togata [12] illa, ſed non minus laudabilis, [13] quam P. Furius Philus conſul in ſenatu exhibuit. Q. enim Metellum, Q. que Pompejum [14] conſulares viros vehementes inimicos ſuos, cupitam [15] ſibi profectionem in provinciam Hiſpaniam, quam [16] ſortitus erat, identidem exprobrantes, legatos ſecum [17] illuc ire coëgit. O fiduciam non ſolum fortem, ſed [18] penè etiam temerariam; qua duobus acerrimis [19] odiis latera ſua cingere eſt auſus, uſumque [20] miniſterii vix tutum in amicis, è ſinu inimicorum petere ſuſtinuit.

6 [21] Hujus factum, ſi cui placet; neceſſe eſt L. etiam Craſſi, qui apud majores eloquentia clariſſimus fuit, propoſitum non diſpliceat: nam cum ex conſulatu provinciam Galliam obtineret, atque in eam C. Carbo, cujus patrem [22] damnaverat, ad ſpeculanda acta [23] ſua veniſſet; non ſolum [24] eum [25] inde non [25] ſummovit, ſed inſuper locum ei in [26] tribunali aſ-

1 Strepitu & murmure orationem impediente.
2 Naſicæ.
3 Oſtenderunt.
4 Refert aliorum fiduciam, & primò Livii Salinatoris.
5 Italiæ regione, inter Sabiniam & Thuſciam poſitâ.
6 Ab exploratoribus.
7 Vagantes.
8 Parvis copiis.
9 Gallis & Liguribus.
10 In bello oſtenſa eſt. Adfert fiduciam plenam animoſitatis P. Furii Phili.
11 Domi ſive in urbe oſtenſa eſt.
12 Quam dicturus ſum.
13 Fiduciam.
14 Qui jam conſulatum geſſerant.
15 P. Furio Philo.
16 Quam ſorte obtinebat.
17 In Hiſpaniam.
18 Fermè: hoc ideò dicit, ne quid gravius in tantum virum dixiſſe videretur.
19 Viris ſe odio habentibus. 20 Sc legationis. 21 Furii Phili. Subnectit fiduciam Craſſi oratoris ſanè admirabilem, & quę oſtendit oratorem aptè definitum, virum bonum dicendi peritum. 22 Craſſus exilio damnaverat. 23 Craſſi. 24 Carbonē. 25 Depulit de provinciâ ſuâ. 26 Sede judiciariâ.

ſignavit,

ſignavit, nec ulla de re, niſi [1] eo in conſilium adhibito, [2] cognovit. Itaque acer & [3] vehemens Carbo nihil aliud Gallica peregrinatione conſecutus eſt, quam ut animadverteret [4] ſontem patrem ſuum [5] ab integerrimo viro in exilium miſſum.

7 [6] Cato verò ſuperior ſæpenumero ab inimicis [7] ad cauſæ dictionem [8] vocatus, nec ullo unquam crimine convictus: ad [9] ultimum tantum fiduciæ in ſua innocentia repoſuit, ut ab [10] his in [11] quæſtionem publicam deductus, Ti. Gracchum, à quo in adminiſtratione reip. [12] ad multum odium diſſidebat, [13] judicem [14] depoſceret. Qua quidem animi [15] præſtantia pertinaciam [16] eorum inſectandi [17] ſe inhibuit.

8 [18] Eadem [19] M. Scauri fortuna, [20] æque ſenectus longa ac robuſta, idem animus. Qui cum [21] pro roſtris accuſaretur, quod à [22] rege Mithridate ob remp. prodendam pecuniam accepiſſet, cauſam ſuam ita egit: Eſt quidem iniquum, Quirites, cum inter [23] alios vixerim, apud [24] alios me rationem vitæ reddere. Sed tamen audebo vos, quorum major pars honoribus & actis meis intereſſe [25] non potuit, interrogare: Varius [26] Sucronenſis Æmilium Scaurum regia mercede corruptum imperium populi Rom. [27] prodidiſſe ait: Æmilius Scaurus huic ſe [28] affinem eſſe culpæ negat: [29] Utri creditis? Cujus dicti admiratione populus

1 Carbone.
2 Decrevit, aut diſquiſivit judicare.
3 Sc. ultor, ſi potuiſſet, paternæ damnationis.
4 Culpabilem.
5 Ut qui in oculis inimici omnia gerere audebat.
6 Hic Cato, teſte Plinio, quadragies quater accuſatus, & glorioſiſſimè ſemper abſolutu. eſt. Plutarchus verò quinquagies dicit fuiſſe accuſatum.
7 Ad defenſionem ſui.
8 In jus.
9 Vitæ.
10 Inimicis.
11 Inquiſitionem factam, aut faciendam à magiſtratu publico.
12 Ad copioſam invidiam diſſentiebat, & ſimultatem fovebat
13 Cauſæ ſuæ.
14 De multis poſceret.
15 Invincibilitate.

16 Inimicorum ſuorum. 17 Catonem. 18 Quam Catonis. 19 Quia ſimiliter ſæpè accuſatus eſt, cùm eſſet innocens. Comparat & magnitudinem animi, & longitudinem vitæ M. Scauri, ætati & magnitudini animi Catonis Valerius. 20 Ut Catonis. 21 Antè roſtra, id eſt, locum illum, undè publica pronunciabantur edicta, & ita in conſpectu totius populi. 22 Bithyniæ. 23 Patres veſtros, qui ferè mortui ſunt. 24 Sc. vos Q. d. poſt tanta intervalla temporum. 25 Per ætatem. 26 Oriundus ex Sucrone, oppido Hiſpaniæ, juxtà Sucronem fluvium. 27 Mithridati. 28 Propinquum vel proximum. 29 Utrùm homini peregrino, & nihil de vobis merito, an civi tot annos apud vos tam innocenter & fortiter verſato?

commotus, Varium ab illa [1] dementiſſima actione pertinaci clamore depulit.

9 [2] Contra M. Antonius ille [3] diſertus, non enim reſpuendo, ſed [4] amplectendo [5] cauſæ dictionem, quam innocens eſſet, teſtatus eſt. [6] Quæſtor proficiſcens in Aſiam, [7] Brunduſium jam pervenerat: ubi literis [8] certior factus [9] inceſti ſe [10] poſtulatum apud L. Caſſium Prætorem, cujus tribunal propter nimiam ſeveritatem [11] ſcopulus reorum dicebatur: cum [12] id vitare beneficio [13] legis Memmiæ liceret, quæ eorum, qui reip. cauſa abeſſent, recipi nomina vetabat: in Urbem tamen recurrit: Quo tam pleno fiduciæ bonæ conſilio, cùm [14] abſolutionem celerem, tùm [15] profectionem honeſtiorem conſecutus eſt.

10 [16] Sunt & illa [17] ſpecioſæ fiduciæ [18] publica exempla. Nam eo bello, quod adverſus [19] Pyrrhum [20] gerebatur, Carthaginenſes c. ac xxx. navium claſſem [21] in præſidium Romanis [22] Oſtiam ultrò cùm miſiſſent, ſenatui placuit [23] legatos ad ducem eorum ire, qui dicerent, populum Rom. bella ſuſcipere ſolere, quæ [24] ſuo milite gerere poſſet: proinde claſſem [25] Carthaginem reducerent. [26] Idem poſt aliquot annos [27] Cannenſi clade exhauſtis Ro-

1 Dementiſſimè cæptâ.
2 Contrario modo, ſc. *fecit*.
3 Orator dicendi peritus.
4 Quia pro ſe dicere voluit.
5 Defenſionem cauſæ.
6 Publicæ provinciæ debitorum inquiſitor, & debiti receptor.
7 Oppidum maritimum Italiæ.
8 Edoctus.
9 Sc. *crimine*. Committitur inceſtus cum parente, cum ſorore, cum ſanguine conjunctâ: dictus vel non *caſtus*, vel à *ceſto*, Veneris zonâ.
10 Sc. ad *ſupplicium*, id eſt, accuſatum: & tunc jungitur cum genitivo, ut *poſtulate furti*.
11 Præcipitium, naufragium: quia rari admodum indè ſalvi evaſerant. Nam quemadmodum navigantes ſcopulo illiſi, naufragium faciunt: ita apud tribunal hujus, qui accuſabantur, pro majori parte periclitabantur. 12 Tribunal. 13 Quam Memmius tulit de his, qui publicè mitterentur in provincias ad publica negotia peragenda, ut, ſi accuſarentur eorum nomina, à judicibus non admitterentur ad accuſationem, aut ad litem ſubeundam. 14 Nam ſi non rediiſſet, abſolutus non eſſet, donec annuum magiſtratum perfeciſſet, & ſic in urbem rediiſſet crimine gravis. 15 Quia meliorem de ſe opinionem relinquens. 16 Poſt ſingulorum fiduciam agit de totius ſenatus fiduciâ. 17 Honeſtæ. 18 Totius Senatus, per quem Reſpublica ferè gubernabatur; 19 Regem Epiri. 20 A Romanis. 21 Ad protectionem. 22 Ad illud uſque oppidum ſuper Tiberim ſitum. 23 Ut legati irent ad ducem Carthaginenſium, ſc. Magonem. 24 Suis militibus. Singularis pro plurali: ut, *Uterumque armato milite complent*. 25 Undè abduxerant eam. 26 Senatus Romanus. 27 Acceptâ apud Cannas.

mani imperii viribus, ſupplementum exercitus in Hiſpaniam mittere auſus, [1] fecitne [2] hoſtilium locus [2] caſtrorum, tum maxime [3] Capenam portam armis Annibale pulſante, minoris [4] veniret, quam ſi Pœni illum non obtinerent. Ita ſe gerere in adverſis rebus quid aliud eſt, quam ſævientem fortunam, [5] in adjutorium ſui, [6] pudore victam convertere?

11 [7] Magno ſpacio diviſus eſt à ſenatu ad poëtam Accium tranſitus. Ceterum ut ab [8] eo decentius ad [9] externa tranſeamus, [10] producatur in medium. [11] Is Julio Cæſari ampliſſimo & florentiſſimo viro, in collegium poëtarum venienti, nunquam [12] aſſurrexit: [13] non majeſtatis ejus immemor, ſed quod in comparatione [14] communium ſtudiorum, aliquanto [15] ſuperiorem ſe eſſe confideret: Quapropter [16] inſolentiæ crimine caruit, quia [17] ibi [18] voluminum, non [19] imaginum, certamina exercebantur.

1 Per eam fiduciam.
2 Ubi hoſtes caſtra habebant.
3 Quà itur Capuam, quæ Capua tunc ab Annibale tenebatur.
4 Venderetur.
5 Quo ſe juvaret.
6 Quia fortunam quodammodò pudet, cùm viderit illum, in quem toties ſævitiam exercuerit, adeò fortem atque magnanimum eſſe.
7 Ne ineptus videatur tranſitus à ſenatu ad Poëtam unum, pulchrè ſe purgat.
8 Accio Poëtâ.
9 Exempla.
10 Accius.
11 Accius Poëta.
12 Surgendo in adventu honorem præbuit.
13 Sciens quidem quanta eſſet majeſtas Julii Cæſaris.
14 Sc. artis. Poëticæ.
15 Quam Julium Cæſarem.

## EXTERNA.

Nec [20] Euripides quidem Athenis arrogans viſus eſt, cum poſtulante populo, ut ex [21] tragœdia quandam ſententiam tolleret, progreſſus in ſcenam, dixit: ſe, ut [22] eum doceret, non ut ab eo diſceret, fabulas componere ſolere. Laudanda profectò [23] fiducia eſt; quæ æſtimationem ſui [24] certo pondere [25] examinat, tantum ſibi [26] arrogans, quantum à [27] contemptu & [28] inſolentia diſtare ſatis eſt.

16 Superbæ arrogantiæ. 17 In illo collegio Poëtarum. 18 Librorum à ſe editorum: quia plura carmina, non præclara belli facinora geſſiſſet. 19 Stemmatum majorum. 20 Poëta Tragicus. 21 Quam fecerat. 22 Populum. 23 Euripidis. 24 Debito. 25 Penſat, & diſcernit. 26 Sumens ac vendicans. 27 Sui, quo contemnatur. 28 Inſolenti arrogantiâ, quæ alios contemnat, quæ duo videntur extrema, inter quæ media eſt fiduciâ virtus.

Itaque etiam quod Alceſtidi tragico poëtæ [1] reſpondit, [2] probabile: apud [3] quem cum quereretur, quòd eo triduo non [4] ultra tres verſus maximo impenſo labore [5] deducere potuiſſet, atque [6] is ſe [7] centum perfacilè ſcripſiſſe gloriaretur: Sed hoc, inquit, [8] intereſt, quod tui in triduum tantummodo, mei verò in omne tempus ſufficient. [9] Alterius enim fœcundi curſus ſcripta intra [10] primas memoriæ [10] metas corruerunt, [11] alterius [12] cunctante ſtylo elucubratum opus per omne ævi tempus plenis gloriæ velis feretur.

2 [13] Adjiciam [14] ſcenæ ejuſdem exemplum: Antigenidas [15] tibîcen diſcipulo ſuo [16] magni profectus, ſed [17] parum feliciter populo ſe [17] approbanti, cunctis audientibus, dixit: Mihi cane, & [18] Muſis. Quia videlicet perfecta ars fortunæ [19] lenocinio defecta, fiducia juſta non exuitur: quamque ſcit ſe laudem mereri, eam etſi ab aliis non impetrat, [20] domeſtico tamen acceptam judicio [21] refert.

3 [22] Zeuxis autem cùm Helenam pinxiſſet, quid de eo opere homines [23] cenſuri eſſent, expectandum non putavit: ſed protinus hos verſus adjecit: Iliad. 3.

1 Euripides.
2 Commendabile.
3 Alceſtidem.
4 Supra.
5 Perficere, ita ut in locum tragœdiæ aptè deduci poſſent. Tranſlatio ſumpta à filantibus, quæ tenuitur fila deducunt: præſertim quæ pretioſa eſſe volunt.
6 Alceſtides.
7 Verſus.
8 Inter verſus tuos, & meos.
9 Alceſtidis.
10 Primos terminos.
11 Euripidis.
12 Immorante, & non currente, ſed expectante, donec aptus verſus eſſet animo conceptus.
13 Adfert exemplum fiduciæ in Antigenidâ tibicine.

14 Quod contigit in ſcenâ, dùm fabulæ agerentur. 15 Cantor in tibiis. 16 Qui in Muſicâ, & arte canendi in fiſtulis multum profecerat. 17 Quia licet ex arte caneret, tamen populo non placebat. 18 Peritis artis, & arti ipſi, aut inventricibus ejus Muſis. 19 Blanditiis, ſc. externâ laude, deſtituta: nam quemadmodum lenones adoleſcentibus blandiuntur, ſic etiam fortuna modò huic, modò illi blanditur & favet. 20 Aut conſcientiæ ſuæ, aut eorum, qui artem norint: quales ſunt in eodem ludo inſtituti aut inſtituentes. 21 Reportat. 22 Pictor excellentiſſimus. 23 Judicaturi.

[1] Οὐ νέμεσις τρῶας τε, καὶ ἐϋκνήμιδας ἀχαιοὺς
Τοιῇ δ' ἀμφὶ γυναικὶ πολὺν χρόνον ἄλγεα πάσχειν.
Αἰνῶς ἀθανάτῃσι θεαῖς εἰς ὦπα ἔοικεν.

Adeo-ne dextræ ſuæ multum pictor [2] arrogavit, ut [3] eâ tantum [4] formæ comprehenſum crederet, [5] quantum aut [6] Leda [7] cœleſti partu edere, aut Homerus divino ingenio exprimere potuit.

4 [8] Phidias quoque Homeri [9] verſibus egregio dicto alluſit. Simulacro enim Jovis Olympii [10] perfecto, quo nullum præſtantius, aut admirabilius humanæ fabricatæ ſunt manus; interrogatus ab amico, [11] quonam mentem ſuam dirigens, vultum Jovis propemodum [12] ex ipſo cælo petitum [13] eboris lineamentis eſſet amplexus: illis ſe [14] verſibus quaſi magiſtris uſum reſpondit: Iliad. 1.

[15] Ἦ καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων,
Ἀμβρόσιαι δ' ἄρα χαῖται ἐπερρώσαντο ἄνακτος,
Κρατὸς ἀπ' ἀθανάτοιο· μέγαν δ' ἐλέλιξεν ὄλυμπον.

5 [16] Non patiuntur me [17] tenuioribus exemplis diutius inſiſtere fortiſſimi duces. Si-

1 Latinè ſic ſonant: *Haud turpe eſt Troas, fulgenteſque ære*, id eſt, æreis armis, *Pelaſgos Conjuge pro tali diuturnos ferre labores. Æternis*, id eſt, immortalibus, *facies nimis eſt æquanda Deabus.*

2 Attribuit.

3 Dextrâ.

4 Formoſitatis.

5 Formæ ſc.

6 Tyndari uxor.

7 Ex conceptu Jovis, qui cum eâ in ſpecie cygni concubuit, & ex ovo concepto Helenam genuit.

8 Statuarius nobiliſſimus.

9 Adverſus.

10 Ab eo.

11 Ad ideam.

12 Qualem haberet Jupiter in cœlo, id eſt, ſi Jovem ipſum in cœlo, quo ſtare conſuevit, aliquando vidiſſet, melius certè non effinxiſſet.

13 Subtilibus ſculpturis & cælaturis in ebore formatis expreſſiſſet.

14 Homeri.

15 *Atque ſuperciliis Saturnius*, id eſt, Saturni filius Jupiter, *annuit atris. Ambroſiæ*, id eſt, Ambroſio odore perfuſæ, *fluxê e comæ de vertice regis Æterni: aſt nutu*, id eſt, dum caput nutando moveret, *totum concuſſit Olympum.*

16 Ad exempla memoratu digniora tranſit, quippe de clariſſimis & ducibus, & regibus dicturus: primum autem de Epaminondâ proponit exemplum.

17 Qualia ſunt in arte pingendi aut ſculpendi.

quidem [1] Epaminondas, cum ei cives irati, ſternendarum in [2] oppido viarum contumeliæ causâ curam mandarent (erat enim illud miniſterium apud [3] eos ſordidiſſimũ) ſine ulla [4] cunctatione [5] id recepit, daturumque ſe operam, ut brevi ſpecioſiſſimum fieret, aſſeveravit; [6] Mirifica deinde procuratione, [7] abjectiſſimum negotium pro ampliſſimo ornamento [8] expetendum Thebis reddidit.

6 Annibal verò cum apud [9] regem Pruſiam exularet, [10] auctorque ei [11] committendi prœlii eſſet, atque [12] is non [13] idem ſibi [14] extis portendi diceret; An tu, [15] inquit, [16] vitulinæ carunculæ, quam imperatori [17] veteri mavis credere? Si [18] verba numeres, breviter & [19] abſciſſe, ſi [20] ſenſum [21] æſtimes, copiosè & [22] valenter: [23] Hiſpanias enim ereptas populo Romano, Galliarum, ac [24] Liguriæ vires in [25] ſuam redactas poteſtatem, & [26] novo tranſitu Alpium juga patefacta, & Traſimenum lacum [27] dira inuſtum memoria, & [28] Cannas [29] Punicæ victoriæ clariſſimum [30] monimentum, & Capuam [31] poſſeſſam, & Italiam [32] laceratam, [33] ante pedes hominis effudit, uniuſque [34] hoſtiæ [35] jocinori, [36] longo experimento [37] teſtatam gloriam ſuam, poſtponi æquo

1 Dux Thebanorum clariſſimus.
2 Thebano.
3 Cives Thebanos. Apud Romanos autem munus id erat Cenſorum vel Ædilium.
4 Morâ.
5 Miniſterium.
6 Quod maximâ curâ & diligentiâ illud munus procuraverit & exercuerit.
7 Viliſſimum, ſc. priùs.
8 Deſiderandum apud Thebas.
9 Bithyniæ.
10 Adhortator.
11 Cum Eumene, Ponti rege.
12 Rex.
13 Quod Annibal conſuleret.
14 Per exta, quæ vetabant prælium committere, ſignificari ſibi faciendum.
15 Regi.
16 Modicis extis vituli mactati. 17 Multum experto. 18 Quæ pauciſſima ſunt. 19 Per abruptum ſermonem reſpondit Annibal 20 Verborum. 21 Ponderes. 22 Efficaciter reſpondit. 23 Breviter perſtrinxit cuncta Annibalis geſta Per *Hiſpanias* intelligit Ulteriorem & Citeriorem, quas abſtulerat populo Romano. 24 Provinciæ Italicæ, cujus Genua caput eſt. 25 Annibalis. 26 Quia nemo antè Annibalem cum exercitu tranſierat Alpes, fuitque tranſitus ille difficilis, & pernicioſus Annibali, quippe ubi multa hominum millia & inedia, & difficultatibus conſumpta, perierunt. 27 Execrabili memoriâ infamiter notatum: quia C. Flaminium, conſulem Romanum, cum quindecim millibus hominum occîdit. 28 Vicum Apuliæ: ubi cæſa dicuntur Romanorum quinquaginta Romanorum millia, cum altero Conſule Paulo Æmilio. 29 Carthaginenſis. 30 Teſtimonium memorativum. 31 A ſe. 32 Direptam. 33 Illo uno verbo ad regis Pruſiæ memoriam reduxit. 34 A rege Pruſiâ mactatæ, & bella vetantis. 35 Jecori aut hepati vitulino. 36 Quia plus quam decennali. 37 Comprobatam.

animo

animo non tulit: Et ſane [1] quod ad exploranda bellica ſacrificia, æſtimandoſque militares ductus attinebat; omnes [2] foculos, [3] omnes aras Bithyniæ, [4] Marte ipſo judice, pectus Annibalis [5] prægravaſſet.

7 [6] Capax generoſi ſpiritus illud quoque dictum [7] regis Cotys: ut enim [8] ab Athenienſibus civitatem ſibi datam cognovit, Et ego, inquit, [9] illis meæ gentis jus dabo. [10] Æquavit Athenis Thraciam, ne [11] viciſſitudine talis beneficii imparem ſe judicando, humilius de origine ſua ſentire [12] exiſtimaretur.

8 [13] Nobiliter etiam [14] uterque Spartanus, & qui [15] increpitus à quodam, quod in aciem claudus deſcenderet, pugnare, non fugere, propoſitum ſibi eſſe reſpondit. Et [16] qui referente quodam, [17] ſagittis Perſarum ſolem obſcurari ſolere: Bene narras, inquit, [18] in umbra enim melius prœliabimur. [19] Ejuſdem vir [19] urbis atque animi, hoſpiti ſuo patriæ muros excelſos latoſque oſtendenti, dixit: Si [20] mulieribus [21] iſtos comparaſtis, [22] rectè: ſi viris, [23] turpiter.

1 Quantum.

2 In quibus ignem ſacerdotes geſtabant.

3 Omnia auſpicia per ſacraficia indagata.

4 Quia Mars potiùs ſecutus fuiſſet, quod Annibalis experientia probaſſet, quam quod exta vetuiſſent.

5 Præponderaſſet, ſuperaſſet. Q. d. Annibalem meliùs judicare poſſe de extis, quam ſacrificulos; atque ita non deprimit fidem extiſpicii, ſed exaltat experientiam Annibalis.

6 Quia generoſo ſpiritu emiſſum eſt. Narrat fiduciam in dicto duorum Spartanorum ſeu Lacedæmoniorum.

7 Thraciæ.

8 Se factum civem Athenienſem.

9 Faciam eos cives Thraciæ.

10 Quia voluit ſe tantum beneficii referre, quantum acceperat.

11 Mutuâ collatione.

12 Judicaretur.

13 Sc. *reſpondit*, aut *dixit*.

14 Androclidas & Leonidas.

15 Reprehenſus: hic Androclidas fuit.

16 Hic fuit Leonidas rex Spartanus.

17 In aëra tam densè immiſſis, ut terram umbrâ cooperirent.

18 Quam ſub ſole.

19 Spartæ.

20 Ut mulieres in eis defendantur.

21 Sc. *muros*.

22 Sc. *Feciſtis*. Quia virorum eſt armis, non muris tueri: undè eis Sparta caruit.

## CAP. VIII.

# DE CONSTANTIA.

| ROMANORUM. | EXTERNORUM. |
|---|---|
| 1 Q. Fulvii Flacci Procos. | 1 Blaſſii Salapini. |
| 2 Q. Fabii Max. Verucoſſi. | 2 Phocionis Athenienſis. |
| 3 C. Calpurgii Piſonis *Coſ.* | 3 Socratis Athenienſis. |
| 4 Q. Metelli Numidici. | 4 Ephialtis Athenienſis. |
| 5 Q. Scævolæ Auguris. | 5 Dionis Syracuſani. |
| 6 Semproniæ Gracchorum ſororis. | 6 Alexandri Magni. |
| 7 Pontii centurionis. | |
| 8 C. Mevii centurionis. | |

1 APertum & animoſum [2] bonæ fiduciæ pectus [3] emenſo, quaſi debitum ſupereſt opus conſtantiæ. [4] Natura enim comparatum eſt, ut quiſquis ſe aliquid ordine, ac rectè mente complexum confidit; vel jam geſtum, ſi [5] obtrectetur, acriter tueatur; vel nondum editum, ſi [6] interpelletur, ſine ulla cunctatione ad effectum perducat.

I [7] Sed dum exempla [8] propoſitæ rei perſequor, [9] latiùs mihi [9] circumſpicienti ante [10] omnia ſe Fulvii Flacci conſtantia offert. Capuam fallacibus Annibalis promiſſis Italiæ regnum nefaria [11] defectione [12] paciſci perſuaſam, [13] armis occupaverat: Tam deindè culpæ hoſtium juſtus [14] æſtimator, quam [15] ſpecioſus victor, Campanum ſenatum [16] impii decreti

1 Valerius, ad capitulum de Conſtantiâ tranſiturus, more ſuo utitur præfatione: & commemoratis quibus de rebus dixerit, de quibus dicturus ſit, breviter oſtendit.
2 Quia etiam eſt confidentia, quæ mala eſt.
3 Mihi, qui jam emenſus ſum. Q. d. Poſtquam de fiducia diximus, ſupereſt, ut de conſtantia dicamus.
4 Hoc per naturam ſic evenire ſolet, ut cùm confidimus nos juſtum aliquid & honeſtum comprehendiſſe, vel jam geſtum acriter tueamur, ſi quiſpiam illud reſcindere voluerit, vel nondum perfectum ſine morâ ad exitum perducamus, ſi quiſpiam illud impedire tentaverit, quò minùs perficiatur. 5 Improbetur, & ei detrahatur. 6 Impediatur. 7 Primum exemplum eſt de conſtantiâ Fulvii Flacci. 8 Sc. conſtantiæ. 9 Diſquirenti cujus conſtantiam primùm narrem. 10 Alia exempla conſtantiæ. 11 A Româ, à quâ multa beneficia acceperat, ad hoſtem perfidum. 12 Ex pacto ſe habituram. 13 Vi ceperat Fulvius. 14 Ponderator. 15 Quia vi ceperat eos. 16 Ut populus Romanus prius ſocius hoſtis decerneretur.

auctorem

auctorem funditùs delere conſtituit. Itaque [1] catenis onuſtum in duas cuſtodias [2] Theanam, [3] Calenamque [4] diviſit: [5] conſilium executurus, cum ea peregiſſet, quorum adminiſtrandorum [6] celerior eſſe neceſſitas videbatur. Rumore autem de mitiore ſenatus ſententia orto, ne debitam pœnam ſcelerati effugerent, nocte [7] admiſſo equo, [8] Theanam contendit; interfectiſque qui ibi aſſervabantur, eveſtigio Cales tranſgreſſus, perſeverantiæ ſuæ opus executus eſt: Et jam deligatis ad [9] palum hoſtibus, literas [10] à P. C. nequicquam Campanis ſalutares accepit. In ſiniſtra enim eas manu, [11] ſicut erant traditæ, [12] retinuit: ac juſſo lictore [13] lege agere, tum demum aperuit, poſtquam [14] illis obtemperari non poterat. Qua conſtantia victoriæ quoque gloriam antecellit: quia ſi eum intra ſeipſum [15] partita [16] laude æſtimes; [17] majorem [18] punitâ Capuâ, quam captâ reperies.

2 [19] Atque [20] iſta quidem ſeveritatis, [21] illa verò pietatis conſtantia admirabilis, quam Q. Fabius Maximus infatigabilem patriæ præſtitit: Pecuniam [22] pro captivis Annibali numeravit, fraudatus ea [23] publicè, [24] tacuit. [25] Dictatori ei magiſtrum equitum Minucium jure imperii ſenatus [26] æquaverat, ſilentium egit. Compluribus præterea injuriis laceſſitus, [27] in eodem animi habitu permanſit, nec unquam ſibi reip. permiſit iraſci, tam perſeverans in amore civium fuit. [28] Quid in bello gerendo; nonne par ejus [29] conſtantia? Imperium Roma-

1 Ferreis ſc.
2 Theani oppidi.
3 A Calibus oppido denominatam.
4 Diviſum miſit Senatum Campanum.
5 Eo propoſito ut exequatur deletionem Senatus Campani.
6 Urgentior.
7 Celeri. Ovid. *Nil nocet admiſſo ſubdere calcar equo.*
8 Sc. *cuſtodiam.*
9 Stipitem, ut flagellis cæderentur, & mox ſecuri percuterentur.
10 A Senatu Romano.
11 Id eſt, clauſas & ſignatas.
12 Fulvius.
13 Juxtà legem de condemnatis, id eſt, ſuo fungi miniſterio ſumendi de nocentibus ſupplicii.
14 Literis: quia jam peractum erat, quod inhibere volebant.
15 In duas partes, ſc. quarum altera ſit de victoriâ, altera de conſtantiâ. 16 Ejus. 17 Eum. 18 In punitione Capuæ, quam in captione ejus. 19 Adfert tria unius exempla. 20 Fulvii. 21 Quam dicturus ſum. 22 Sicut promiſerat. 23 Per publicam auctoritatem. 24 Non eſt conqueſtus. 25 Cum eſſet Dictator. Adfert jam ſecundum exemplum ejuſdem. 26 Æqualem fecerat. 27 Nullo modo turbatus aut commotus eſt. 28 De eo dices. Adfert nunc tertium ejuſdem exemplum. 29 Fuit in bello gerendo, ac in togâ.

num [1] Cannenſi prœlio pene deſtructum vix ſufficere ad exercitus comparandos videbat. Itaque fruſtrari & [2] eludere Pœnorum impetus, quam [3] manum cum his tota acie [3] conſerere melius ratus, pluribus comminationibus Annibalis irritatus, ſæpe etiam ſpecie bene gerendæ rei oblata; nunquam à conſilii ſalubritate, [4] ne parvi [4] quidem certaminis [5] diſcrimine, receſſit. Quodque eſt difficillimum, ubique [6] ira ac [7] ſpe [8] ſuperior apparuit. Ergo ut Scipio pugnando, ita [9] hic non dimicando, maximè civitati noſtræ ſuccurrit. [10] Alter enim celeritate ſua Carthaginem oppreſſit: [11] alter [12] cunctatione id egit, [13] ne Roma opprimi poſſet.

3 C. etiam Piſonem mirifice & conſtanter turbulento reipub. ſtatu egiſſe conſulem, narratione inſequenti patebit. M. Palicani ſeditioſiſſimi hominis [14] peſtiferis blanditiis præreptus populi favor, [15] conſularibus comitiis ſummum dedecus admittere conabatur, ampliſſimum [16] ei imperium deferre cupiens, [17] cujus teterrimis actis exquiſitum potius ſupplicium, quam ullus honos debebatur. Nec deerat [18] conſternatæ multitudini [19] furialis fax [20] tribunitia, quæ temeritatem ejus & ruentem comitaretur, & [21] languentem actionibus ſuis inflammaret. In hoc miſerando pariter & erubeſcendo ſtatu civitatis, [22] tantum non manibus tribunorum [23] pro Roſtris Piſo collocatus, cum [24] hinc atque illinc eum [25] ambiſſent, & an Palicanum [26] ſuffragiis populi conſulem creatum, renunciaturus eſſet inter-

1 Apud Cannas commiſſo.
2 Manifeſtè fallere.
3 Confligere.
4 Non ſaltem.
5 Diſceptatione.
6 Quia iram ſuperavit ad id, quod nunquam in perniciem reipublicæ iraſci voluit.
7 Quia Annibalem ſedendo magis, quam dimicando, ſuperavit contrà ſpem omnium. Hinc Ennius: *Unus homo nobis cunctando reſtituit rem.*
8 Invincibilis.
9 Fabius Maximus.
10 Scipio.
11 Fabius Maximus.
12 Morâ.
13 Quia ſi malè pugnando exercitus ejus deletus fuiſſet, Roma haud dubiè oppreſſa fuiſſet.
14 Quia ferente legem Palicano, tribunitia poteſtas reſtituta populo fuerat.

15 In congregationibus populi Romani, in quibus agebatur de conſulibus eligendis. 16 Homini ſeditioſiſſimo. 17 Palicani 18 Perturbatæ: & quaſi mente captæ. 19 Calida commotio ad furorem, quaſi à furiis incitata. 20 Tribunorum. 21 Frigidè agentem temeritatem ejus. 22 Fermè, quaſi. 23 Ante Roſtra, undè edicta fiebant. 24 A duabus partibus. 25 Circumſtitiſſent populi, 26 Votis & vocibus populi Romani.

roga-

rogaretur : primo reſpondit , Non exiſtimare ſe tantis tenebris offuſam eſſe rempub. ut [1] huc indignitatis veniretur. Deinde cum perſeveranter [2] inſtarent, ac dicerent : Age, ſi [3] ventum fuerit : Non renuntiabo, inquit. Quo quidem tam [4] abſciſſo reſponſo conſulatum Palicano, prius quam illum [5] adipiſceretur, eripuit. Multa & terribilia Piſo contempſit, dum ſpecioſum mentis ſuæ [6] flecti non vult rigorem.

4 Metellus autem Numidicus, propter conſimile perſeverantiæ genus, excepit quoque indignam majeſtate ac moribus ſuis [7] procellam. Cum enim animadverteret, quo tenderent Saturnini tribuni plebis [8] funeſti conatus, quantoque malo Reipub. niſi [9] his occurreretur, erupturi eſſent, in exilium, quam [10] in legem ejus, ire maluit. Poteſt aliquis hoc viro dici conſtantior? qui ne ſententia ſua pelleretur, patria, in qua ſummum dignitatis gradum obtinebat, carere [11] ſuſtinuit.

5 [12] Ceterum ut neminem ei prætulerim, ita Q. Scævolam Augurem meritò comparaverim. Depulſis, proſtratiſque [13] inimicorum partibus, Sylla occupata urbe, ſenatum [14] armatus coëgerat, ac ſumma cupiditate ferebatur, ut C. Marius quam celerrime [15] hoſtis judicaretur : Cujus voluntati nullo [16] obviam ire audente, ſolus Scævola interrogatus de hac re, ſententiam dicere noluit. Quinetiam [17] truculentius [18] ſibi minitanti Syllæ, Licet, inquit, mihi agmina militum, quibus Curiam circumſediſti, oſtentes : licet mortem [19] identidem miniteris, nunquam tamen efficies, ut propter [20] exiguum ſenilemque ſanguinem meum, Marium, à quo [21] urbs & Italia conſervata eſt, [22] hoſtem judicem.

1 Ad hujuſmodi indignitatem.
2 Ut interrogatus reſponderet.
3 Ad conſulatum Palicani.
4 Celeri & brevi.
5 Obtineret illum.
6 Dimoveri à conſtantiâ.
7 Commotionem.
8 Scelerati & pernicioſi.
9 Conatibus ejus.
10 Conſentire legi ejus.
11 Paſſus eſt.
12 Non auſim virum quempiam in hoc virtutis genere Metello præponere : poſſum Q. Scœvolam jure comparare, qui nihilo inferius conſtantiæ documentum dediſſe videtur.
13 Syllæ.
14 Vi congregaverat.
15 Patriæ.
16 Reſiſtere.
17 Sævius.
18 Syllæ.
19 Frequenter.
20 Conſervationem vitæ, quæ non poteſt diu durare.
21 Quia Teutones, Cimbros & Gallos devicerat.
22 Patriæ.

6 [1] Quid [2] fœminæ cum [3] concione? ſi [4] patrius mos ſervetur, [5] nihil. Sed ubi [6] domeſtica quies ſeditionum agitatas [7] fluctibus eſt, priſcæ conſuetudinis auctoritas [8] convellitur: pluſque valet quod violentia cogit, quam quod ſuadet & præcipit verecundia. [9] Itaque te Sempronia Ti. & C. Gracchorum ſoror, uxor Scipionis Æmiliani, non ut abſurde graviſſimis virorum operibus inſerens, maligna relatione comprehendam; ſed quia à [10] tribuno plebis producta ad populum, in maxima [11] confuſione nihil à tuorum amplitudine degeneraſti, [12] honorata memoria proſequar. Coacta es [13] eò loci conſiſtere, ubi principum civitatis perturbari frons ſolebat: inſtabat tibi torvo vultu minas profundens [14] ampliſſima poteſtas, clamore imperitæ multitudinis [15] obſtrepens totum forum, acerrimo [16] ſtudio nitebatur, ut [17] Equitio, cui [18] Semproniæ gentis falſum jus quærebatur, tanquam filio Tiberii fratris tui [19] oſculum dares: tu tamen [20] illum, neſcio [21] quibus tenebris protractum, [22] portentum, execrabili audacia, ad uſurpandam alienam propinquitatem tendentem, repuliſti.

7 [23] Non [24] indignabuntur Urbis noſtræ [25] Lumina, ſi inter eorum eximium fulgorem, [26] centurionum quoque virtus ſpectandam ſe

1 Refert conſtantiam Semproniæ, quæ in conditionem perducta, ut oſculo atteſtaretur quendam ignobilem eſſe filium Tiberii Gracchi, nullis minis ad mendacii atteſtationem induci potuit.
2 Negotii habent. Mulieres enim comitiis foroque carere ſolebant.
3 Cœtu hominum convocatorum ad audiendum de iis, quæ ad Remp. pertinent?
4 A partibus inſtitutus, aut in patriâ diu obſervatus.
5 Eſt negotii fœminæ cum concione.
6 Civilis.
7 Motibus & perturbationibus, id eſt, poſtquam cives, qui priùs domi quietè vivere ſolebant, cœperant ſeditiones excitare.
8 A ſede ſuâ diſſipatur.
9 Quia vi, non ſponte, in concionem deſcendiſti.
10 Lucio Apulejo.
11 Populi.
12 Honorificâ.
13 In eo loco, ſc. in publicâ concione.
14 Tribunitia.
15 Strepitu implens.
16 Conatu.
17 Adoleſcenti ignobili.
18 Ut hæres declararetur Tiberii Gracchi, qui de gente Semproniâ erat.
19 Per *oſculum* hic agnitio Semproniæ, quòd Equitius eſſet Tiberii fratris verus filius, intelligitur. Illud autem oſculum recuſavit Sempronia.
20 Equitium.
21 Obſcuris parentibus procreatum.
22 Tanquam monſtrum.
23 De minùs clarorum virorum conſtantia dicturus Valerius, præfationem quandam præmittit, quâ oſtendit non debere nobilioribus viris moleſtum eſſe, neque indignum videri humiliorum hominum ibi exempla ſubjungi.
24 Ægrè ferent.
25 Primores.
26 Qui inferiores ſunt.

obtulerit. Nam ut [1] humilitas [2] amplitudinem venerari debet, ita [3] nobilitati fovenda magis, quam ſpernenda bonæ indolis [4] novitas eſt. An [5] abigi debet [6] Pontius ab horum exemplorum contextu? qui pro [7] Cæſaris partibus [8] excubans, Scipionis præſidio interceptus, cum uno modo ſalus ab eo daretur, ſi ſe futurum Cn. Pompeji generi [9] ipſius militem affirmaſſet, ita reſpondere non [10] dubitavit: Tibi quidem Scipio gratias ago: ſed mihi uti [11] iſta conditione vitæ non eſt opus.

8 Sine ullis imaginibus nobilem [12] animum, & idem conſtantiæ propoſitum ſecutus C. Mevius centurio divi Auguſti, cum [13] Antoniano bello ſæpenumero excellentes pugnas edidiſſet, [14] improviſis hoſtium inſidiis circumventus & ad Antonium [15] Alexandriam perductus, [16] interrogatuſque quidnam de eo ſtatui deberet: Jugulari me, inquit, jube: quia [17] nec ſalutis beneficio, neque mortis ſupplicio adduci poſſum, ut Cæſaris miles eſſe deſinam, & tuus eſſe incipiam. Ceterum quò conſtantius vitam [18] contempſit, eò facilius impetravit. Antonius enim virtuti ejus [19] incolumitatem tribuit.

## EXTERNA.

1 [20] Complura [21] hujus notæ Romana exempla ſuperant, ſed ſatietas [22] modo vitanda eſt. Itaque ſtylum meum ad [23] externa jam delabi permittam, quorum [24] principatum teneat Blaſſius, cujus conſtantiâ nihil [25] pertinacius.

1 Humilis conditionis homo.
2 Amplæ conditionis & dignitatis viros.
3 A nobilitate, id eſt, nobilibus.
4 Novi homines, qui nullâ majorum ſuorum imagine clari ſuam ſibi nobilitatem virtute comparant.
5 Repelli.
6 Centurio.
7 Julii.
8 Vigilanter agens.
9 Scipionis.
10 Veritus eſt.
11 Tam vili, quia mutatâ fide.
12 Pontii.
13 Geſto contra Antonium triumvirum.
14 Quas non præviderat.
15 Urbem Ægypti, ubi cum Cleopatrâ vivebat.
16 Ab Antonio.
17 Etiamſi mihi ſalutem promiſeris, & licet mortem mini teris.
18 Mevius.
19 Salutem.
20 Ad externa tranſiturus, præfatur quodammodò, ac dicit alia multa ſervatæ conſtantiæ Romana exempla ſupereſſe memoratu digna: quæ conſultò præterire, & ad externa tranſire voluit, ne unius rei longæ narrationis faſtidioſa copia ſatietatem legentibus ingeneraret.
21 Ejuſdem valoris in conſtantiâ.
22 Menſurâ.
23 Exempla.
24 Primum & principem locum.
25 Perſeverantius eſt.

Salapiam enim patriam ſuam præſidio Punico occupatam, Romanis cupiens reſtituere, Daſium acerrimo ſtudio ſecum in adminiſtratione reipublicæ [1] diſſidentem, & animo toto Annibalis amicitiæ [2] vacantem, ſine quo propoſitum conſilium peragi non poterat, [3] ad idem opus aggrediendum [4] majore cupiditate, quam ſpe certiore, [5] tentare auſus eſt: [6] qui protinus ſermonem [7] ejus, [8] adjectis quæ [9] ſe [10] commendatiorem, & [11] inimicum inviſiorem factura videbantur, Annibali retulit: à [12] quo [13] adeſſe juſſi ſunt, ut [14] alter crimen probaret, [15] alter defenderet. Ceterum [16] pro tribunali cum res gereretur, & [17] quæſtioni illi omnium oculi eſſent intenti, dum aliud forte [18] citioris curæ negotium [19] tractatur, Blaſſius vultu [20] diſſimulante, & voce ſummiſſâ, monere Daſium cœpit, ut Romanorum potius, quam Carthaginienſium, partes foveret. Enimvero tunc [21] ille proclamat, ſe in conſpectu [22] ducis adverſus [23] eum [24] ſolicitari: quod quia & incredibile videbatur, & ad [25] unius tantum aures penetraverat, & dictabatur ab inimico, veritas [26] fide caruit: Sed non ita multò poſt Blaſſii mira conſtantia Daſium [27] ad ſe traxit, [28] Marcelloque [29] Salapiam, & quingentos Numidas, qui in [30] ea [31] cuſtodiæ cauſâ erant, [32] tradidit.

2 Phocion verò, cùm Athenienſes [33] rem aliter atque ipſe ſuaſerat, proſpere adminiſtraſſent, adeò perſeverans [34] ſententiæ ſuæ propugnator extitit, ut in [35] concione lætari quidem ſe ſucceſſu eorum, ſed conſilium tamen ſuum aliquanto melius fuiſſe diceret. Non

1 Diſſentientem.
2 Operam dantem.
3 Ad reſtitutionem communis patriæ.
4 Cupiditate, quæ plus habuit vehementiæ aut magnitudinis, quam ſpes habuit certitudinis.
5 Sollicitare.
6 Daſius.
7 Blaſſii.
8 Additis iis.
9 Daſium.
10 Chariorem & acceptiorem.
11 Blaſſium.
12 Annibale.
13 Comparare ambo juſſi ſunt.
14 Daſius.
15 Blaſſius.
16 Antè tribunal.
17 Inquiſitioni de crimine proditionis.
18 Magis urgentis.
19 Ab Annibale.
20 Occultante quid ageret: ne ab aliquo percipi poſſet, ipſum cum Daſio loqui.

21 Daſius. 22 Annibalis. 23 Ducem. 24 A Blaſſio, ut foveret Romanorum partes. 25 Daſii. 26 Crudelitate. 27 In ſententiam ſuam. 28 Duci Romanorum. 29 Urbem, patriam ſuam. 30 Urbe. 31 Præſidii, & defenſionis à Romanis. 32 Conſentiente Daſio. 33 Militarem. 34 Protector perſeverantiæ in ſententia. 35 Cœtu hominum.

enim

enim [1] damnavit, quod recte viderat: quia quod alius male conſuluerat, bene ceſſerat: [2] felicius hoc exiſtimans, [3] illum etiam [4] ſapientius. Blandum animum ſane temeritati caſus facit, ubi pravo conſilio propitius aſpirat: & quo vehementius noceat, [5] deſperatius prodeſt. Placidi & miſericordes, & liberales, omnique ſuavitate temperati mores Phocionis, quos optimè profectò conſenſus [6] omnium [7] bonitatis cognomine decorandos cenſuit. Itaque conſtantia, quæ [8] natura rigidior videbatur; [9] lenis è manſueto pectore fluxit.

3 [10] Socratis autem virilitatis robore [11] palliatus animus [12] aliquanto præfractius perſeverantiæ exemplum edidit. Univerſa civitas Athenienſium iniquiſſimo ac truculentiſſimo errore inſtincta, de capite decem [13] Prætorum, qui apud [14] Arginuſas Lacedæmoniam claſſem deleverant, [15] triſtem ſententiam tulerat. Forte tunc [16] ejus poteſtatis Socrates, cujus arbitrio [17] plebiſcita ordinarentur, indignum judicans [18] tot, & [19] tam bene meritos [20] ex indigna cauſa impetu invidiæ [21] abripi, temeritati multitudinis [22] conſtantiam ſuam objecit: maximoque [23] concionis fragore, & incitatiſſimis [24] minis [25] compulſus non eſt, ut ſe publicæ dementiæ [26] auctorem adſcriberet: [27] Quæ [28] oppoſitu ejus [29] legitima [30] graſſari via prohibita, [31] injuſto Prætorum cruore manus ſuas contaminare perſeveravit: nec timuit Socrates, ne [32] conſternatæ patriæ, [33] undecimus furor mors [34] ipſius exiſteret.

1 Reprobavit id.
2 Feliciùs hoc, quod ipſe conſuluerat, eveniſſe judicans.
3 Quod fecerant ex malo conſilio alterius.
4 Conſultum eſſe ſc.
5 In rebus magis deſperatis.
6 Civium Athenienſium.
7 Nam dictus eſt vulgò *Phocion bonus*.
8 Per naturam aſperior: quia conſtantes ferè rigidi ſunt, ut qui nullo modo flecti poſſunt.
9 Placida & tranquilla.
10 Philoſophi Athenienſis. Refert alia exempla externa non ſine quadam comparatione inter ſe.
11 Tectus.
12 Quam proximè relatum.
13 Ducum.
14 Inſulam exiguam Lesbo adjacentem.
15 Quia letiferam.
16 Demarchias, id eſt, tribunatus.

17 A plebe ſancita ac comprobata. 18 Decem ſc. Prætores. 19 De Republica ſc quia Lacedęmoniam claſſem vicerant. 20 In quâ nulla eorum inerat culpa: quod militum corpora, ſævitiâ maris interpellante, ſepulturæ mandare nequiverant. 21 Ad cædem. 22 Conſtanter reſtitit. 23 Quo in concione uſi erant Athenienſes. 24 Totius populi. 25 Perductus. 26 Comprobatorem. 27 Dementia publica. 28 Per objectionem. 29 Quia lex erat, tunc demum ſententiam populi ratam haberi, ſi Demarchus auctor fieret. 30 Sævitiam oſtendere. 31 Injuſtè effuſo. 32 Plebis perturbatæ. 33 Sc. poſt mortem decem Prętorum ipſe undecimus eſſet, qui opprimeretur. 34 Sua.

4 [1] Proxi-

4 [1] Proximum, etſi non ejuſdem ſplendoris eſt, tamen adeo certum conſtantiæ haberi poteſt experimentum, cùm efficacis operæ [2] forenſis, tùm fidei [3] non latentis. Athenis Ephialtes [4] accuſare publice juſſus, & inter ceteros [5] Demoſtrati nomen [6] deferre coactus eſt, cujus filius erat Demochares, excellentis formæ puer, animo [7] ejus [8] flagrantiſſimo inhærens amore. Itaque [9] communis officii ſorte [10] truculentus accuſator, [11] privati affectus conditione miſerabilis reus, puerum [12] ad ſe exorandum, [13] quo parcius patris criminibus inſiſteret, venientem, neque repellere, neque ſupplicem genibus ſuis advolutum intueri [14] ſuſtinuit. Sed operto capite [15] flens & gemens, preces expromere paſſus eſt. Nihiloque minus [16] ſincera fide accuſatum [17] Demoſtratum damnavit: victoriam neſcio laude, [18] an tormento majore conſecutus: quoniam prius quam [19] ſontem opprimeret, [20] ſeipſum vicit.

5 [21] Quem Syracuſanus Dion diverſitate exempli [22] prægravat: qui quibuſdam monentibus, ut adverſus Heraclidem, & Calippum, quorum fidei plurimum credebat, tanquam inſidias ei [23] nectentes, cautior eſſet; reſpondit, [24] ſe vita malle excedere, quam metu violentæ mortis amicos inimicoſque [25] juxta ponere.

6 [26] Quod ſequitur, & rei ipſius admiratione, & claritate [27] auctoris illuſtre. Alexander

1 Sc. *exemplum*, id eſt, quod proximè narrabitur. Adfert autem exemplum de Ephialte.
2 Foro judiciali exercitæ.
3 Sed Evidentis, & ſe prodentis. Quia Ephialtes in foro fecit, quod debuit.
4 Eos, quos ſontes noverat.
5 Civis Athenienſis, patris Democharis.
6 Accuſare.
7 Ephialtis.
8 Ardentiſſimo.
9 Quia officium delatoris & accuſatoris, quod in unumquemque cadere poterat, forte in eum ceciderat, & nolebat officio publico deeſſe.
10 Immanis.
11 Et tanquam defenſor miſeratione dignus per conditionem affectus privati, quo puerum illum deperibat.
12 A ſe orando impetrandum.
13 Ut Ephialtes remiſſiùs criminationibus patris inſiſteret.
14 Valuit.
15 Ephialtes.
16 Incorruptâ. Quia nullâ pueri gratiâ, cujus amore tenebatur, ab officio deduci potuit.
17 Patrem pueri.
18 Cruciatu.
19 Demoſtratum.
20 Amores ſuos.
21 Ephialtem.
22 Antecellit: quia plus ponderis eſt in eo.
23 Struentes.
24 Se malle mori, quam ſemper in timore, tam ab amicis, quam inimicis, vivere.
25 Sine diſcrimine.
26 Scilicet *exemplum conſtantiæ*.
27 Alexandri Magni: quia *omne animi vitium tanto conſpectius in ſe Crimen habet, quantò major, qui peccat, habetur.*

Macedonum rex [1] inclyta jam pugna, [2] excellentiſſimis opibus Darii contuſis, [3] æſtu & itineris fervore in Cilicia percalefactus, [4] Cydno, qui aquæ [5] liquore conſpicuus, [6] Tarſum interfluit, corpus ſuum immerſit: Subito deinde [7] ex nimio hauſtu rigoris obſtupefactis nervis, ac torpore [8] hebetatis artubus, maxima cum [9] exanimatione totius exercitus, in [10] oppidum caſtris propinquum defertur. Jacebat æger Tarſi, inque valetudine ejus adverſa, inſtantis victoriæ ſpes [11] fluctuabat. Itaque convocati medici, attentiſſimo conſilio [12] ſalutis remedia circumſpiciebant. Qui cum ad unam [13] potionem [14] ſententiam direxiſſent, atque eam Philippus medicus ſuis manibus temperatam Alexandro (erat autem ipſius amicus & [15] comes) porrexiſſet, à [16] Parmenione miſſæ literæ ſuperveniunt, admonentes, ut rex inſidias [17] Philippi, perinde ac pecunia corrupti à Dario, caveret. Quas cum legiſſet, ſine ulla cunctatione [18] medicamentum hauſit, ac [19] tunc legendas Philippo [20] tradidit: Pro quo tam conſtanti erga [21] amicum judicio, [22] digniſſimam à Diis immortalibus [22] mercedem recepit: qui [23] incolumitatis ejus præſidium falſo [24] interpellari [25] indicio noluerunt.

1 Quâ Alexander eum egregiè vicerat.
2 Maximis viribus & facultatibus Darii, Perſarum regis, contractis, debilitatis, ac etiam domitis.
3 Solis.
4 Fluvio.
5 Limpiditate, claritate. Erat enim adeò clarus, ut ad ima uſque arena conſpici poſſet.
6 Urbem.
7 Ex nimio attractu frigiditatis aquarum contractis.
8 Obtuſis.
9 Terrore.
10 Tharſum.
11 In dubio erat: quia ſi eum mori contigiſſet, actum fuiſſet de victoriâ, quam, ſi ſtatim ſanari potuiſſet, jam ferè in manibus habebat.
12 De ſalute ejus reſtaurandâ.
13 Alexandro dandum.
14 Omnes conveniſſent.
15 Expeditionis illius tam longinquæ.
16 Uno ex ducibus Alexandri.
17 Medici.
18 Potionem illam.
19 Poſtquam hauſerat potionem.
20 Literas illas.
21 Philippum medicum.
22 Sc. priſtinam ſanitatem.
23 Medicamentum illud, in quo conſiſtebat ſalus ejus.
24 Impediri.
25 Parmenionis.

VALE-

# VALERII MAXIMI

## LIBER QUARTUS.

### CAP. I.

### DE ANIMI MODERATIONE.

#### QUÆ IN ROMANIS.

1 P. Valerio Poplicola Cos.
2 M. Furio Camillo exule.
3 C. Marcio Rutilo Cenſ. 2.
4 L. Quinctio Cincinnato *Cos.*
5 Q. Fabio Max. Rulliano.
6 P. Africano majore.
7 M. Claudio Marcello *Cos.* IV.
8 Ti. Sempronio Graccho trib. pl.
9 C. Claudio Nerone *Cos.*
10 P. Scipione Æmiliano Cens.
11 Q. Mucio Scævola.
12 Q. Metello Macedonico.
13 Q. Metello Numidico exule.
14 M. Catone Uticenſi.
15 M. Calpurnio Bibulo Procoſ.

#### QUÆ IN EXTERNIS.

1 Archita Tarentino.
2 Platone Athenienſi.
3 Dione Syracuſano.
4 Thraſybulo Athenienſi.
5 Staſippo Tegeate.
6 Pittaco Mitylenæo.
7 Septem ſapientibus.
8 Theopompo Spartanorum rege.
9 Antiocho rege Syriæ.

1 TRanſgrediar ad ſaluberrimam partem, 2 animi moderationem, quæ mentes noſtras impotenti temeritatis incurſu 3 tranſverſas ferri non patitur. Quo evenit, ut reprehenſionis 4 morſu ſit vacua, & laudis 5 quæſtu opulentiſſima: itaque 6 effectus ſuos in claris viris recognoſcat.

I Atque ut ab 7 incunabulis 8 ſummi honoris 9 incipiam, P. Valerius, qui 10 populi maje-

1 Daturus exempla de animi moderatione more ſuo præfatur.
2 Cupiditatum noſtrarum refrænationem.
3 Extra ſemitam rationis impelli more ferarum.
4 Quia nemo audet moderatum animum aliquâ ratione mordere.

5 Acquiſitione. 6 Quos fecerit fructus. 7 Principiis. 8 Abeo, qui primus Conſul fuit. 9 Dicere effectus moderationis animi. 10 Romani.

ſtatem

ſtatem venerando, [1] Poplicolæ nomen aſſecutus eſt, cùm, [2] exactis regibus, imperii [3] eorum vim univerſam, omniaque [4] inſignia [5] ſub titulo conſulatus in ſe tranſlata cerneret, [6] invidioſum magiſtratus faſtigium moderatione ad tolerabilem habitum deduxit: [7] faſces ſecuribus vacuefaciendo, & [8] in concione populo [9] ſummittendo; numerum quoque [10] eorum [11] dimidia ex parte minuit, ultro [12] Sp. Lucretio collega aſſumpto, ad [13] quem, quia [14] major natu erat, [15] priores faſces transferri juſſit. Legem etiam comitiis [16] centuriatis tulit, nequis [17] magiſtratus civem Romanum [18] adverſus provocationem verberare, aut necare vellet. Ita quò civitatis [19] conditio liberior eſſet, [20] imperium ſuum paulatim deſtruxit. Quid, quod ædes ſuas diruit, quia excelſiore loco poſitæ, [21] inſtar arcis habere videbantur: nonne quantum [22] domo inferior, tantum gloriâ ſuperior evaſit?

2 [23] Vix juvat abire à Poplicola, ſed venire ad Furium Camillum libet, cujus tam moderatus ex magna [24] ignominia ad [25] ſummum imperium tranſitus fuit; ut cum [26] præſidium ejus cives, capta à Gallis urbe, [27] Ardeæ, exulantis petiiſſent, non prius [28] Vejos ad accipien-

1 A *colendâ plebe* dictus, quia plebem mirificè coluit.
2 Ejectis, expulſis Româ propter ſuperbiam Tarquinii, & violentiam filii ejus, qui Lucretiam ſtupraverat.
3 Regum, id eſt, quam reges priùs habuerant.
4 Ut faſces cum ſecuribus, purpuram, &c.
5 Nomine quidem Conſules, ſed re ipsâ reges erant: nam omnia regum inſignia Conſules habebant.
6 Invidiæ plenam conſulatus altitudinem.
7 Eximendo, privando ſecures faſcibus. *Faſces* appellamus bacillos aliquot teretes colligatos in modum faſcis, qui antiquitùs ex ulmo fuerunt.
8 Quoties concio fieret.
9 Faſces.
10 Faſcium.
11 Nam cùm XII. faſces unuſquiſque conſul ſemper haberet, ipſe tantummodò ſex ſibi retinuit lictores, qui totidem faſces ferrent.
12 Patre Lucretiæ, qui intrà paucos dies obiit, ſuffectus in Lucretii locum M. Horatius Pulvillus.
13 Lucretium.
14 Senior.
15 Majoris dignitatis.
16 Habitis per centurias. Nam populus Romanus in quinque claſſes diviſus, & unaquæque claſſis in centurias erat. Cùm igitur ſuffragia dabantur, primæ claſſis centuriæ rogabantur: quæ, ſi variaſſent, ad ſecundæ claſſis centurias veniebatur, deinde per ordinem ad omnes deſcendebant.
17 Sive Conſul, ſive Prætor, ſive alius.
18 Si quid provocaſſet ad populum, ab omni magiſtratuum injuriâ tutus eſſet.
19 Status.
20 Conſulare.
21 Similitudinem caſtri, aut domus regalis.
22 Ædificando in loco humillimo.
23 Id eſt, tot ſunt ejus moderationis exempla, ut in eorum narratione perſiſtere jucundum ſit.
24 Exilio.
25 Dictaturam.
26 Protectionem Camilli.
27 In eo oppido, Rutulorum quondam regiâ.
28 Ad illud oppidum, quod Romani ſub Camillo paulò antè ceperant, & ubi exercitum adhùc incolumem habebant.

dum

dum exercitum iret, quam de Dictatura ſua omnia [1] ſolenni jure [2] acta comperiſſet. [3] Magnificus Camilli [4] Vejentanus [5] triumphus, egregia [6] Gallica victoria; ſed illa [7] cunctatio longe admirabilior. Multò enim, multòque ſe ipſum, quam hoſtem ſuperare, [8] operoſius eſt: [9] nec adverſa præpropera feſtinatione fugientem, nec [10] ſecunda [11] effuſo gaudio apprehendentem.

3 [12] Par Furio [13] moderatione Marcius Rutilius [14] Cenſorinus. [15] Iterum enim cenſor creatus, ad concionem populum vocatum quã potuit graviſſima oratione [16] corripuit, quòd [17] eam poteſtatem bis [18] ſibi detuliſſet; [19] cujus majores, quia nimis magna videretur, tempus [20] coarctandum judicaſſent. Uterque [21] rectè, & Cenſorinus, & populus: [22] alter enim, ut [23] moderate honores crederet, præcepit: [24] alter ſe [25] moderato credidit.

4 Age, L. Quinctius Cincinnatus qualem conſulem [26] egit? cum [27] honorem ejus Patres conſcripti continuare vellent, non ſolum propter illius egregia opera, ſed etiam quòd populus eoſdem tribunos in proximum annum creare conabatur, quorum neutrum [28] jure fieri poterat: [29] utrumque diſcuſſit, [30] ſenatus ſimul ſtudium [31] inhibendo, & tribunos [32] verecundiæ ſuæ exemplum ſequi cogen-

1 Juſtâ electione, & debitis ſuffragiis more majorum. 2 Sc. *eſſe*. 3 Per comparationem oſtendit ejus moderationem, quod longè ſit difficilius, & proptereà etiam glorioſius ſe ipſum, quam hoſtes, vincere. 4 Quo triumphaverat de Vejis. 5 Sc. *fuit*. 6 Quâ Gallos urbe expulit, & penitùs delevit. 7 Dubitatio ac recuſatio de magiſtratu ineundo, priuſquam exploraſſet an omnia jure acta eſſent. 8 Difficilius, laborioſius. 9 In hoc maxima conſiſtit moderatio. 10 Proſpera. 11 Immoderato. In his maximam animi moderationem ſervavit Camillus. 12 Quia, ſicut Furius Camillus Dictaturam, niſi ſolenni jure demandatam, accipere non ſuſtinuit; ita hic continuare cenſuram omninò recuſavit. 13 Animi. 14 Ita à rigore cenſuræ dictus eſt. 15 Secundò. 16 Reprehendit. 17 Cenſuram. 18 Rutilio contuliſſet. 19 Cenſuræ. 20 Abbreviandum, Nam primò triennis fuit, deinde anni & ſex menſium facta eſt, poſtremò ad ſemeſtre ſpatium deducta. 21 Sc. *fecit*. 22 Rutilius. 23 Cum moderatione, & non toties uni, honorificos magiſtratus committeret populus. 24 Populus. 25 Rutilio, id eſt, cenſuræ ejus. 26 Se geſſit. Q.d. Moderatiſſimum. 27 Conſulatum. 28 Secundum leges. 29 Utrorumque conatum irritum fecit. 30 Molientis ſe iterum Conſulem creare. 31 Retinendo ne exiret in effectum. 32 Nam cum ſpreviſſet conſulatum, pudore quodam deterriti ſunt tribuni plebis à continuatione magiſtratus.

do,

do. Ita [1] unus in cauſa fuit, ut [2] ampliſſimus ordo, populuſque tutus eſſet ab [3] injuſti facti reprehenſione.

5 Fabius verò Maximus cum à ſe quinquies, & à [4] patre, avo, proavo, majoribuſque ſuis ſæpenumero conſulatum geſtum animadverteret: comitiis, quibus filius ejus ſummo conſenſu conſul creabatur, quam potuit conſtanter cum populo egit, ut [5] vacationem aliquando [5] hujus honoris Fabiæ genti daret; non quod filii virtutibus [6] diffideret (erat enim [7] illuſtris) ſed ne maximum imperium in una familia continuaretur. [8] Quid hac moderatione valentius, aut efficacius; quæ etiam [9] patrios affectus, qui potentiſſimi habentur, ſuperavit?

6 Non defuit majoribus grata mens ad præmia [10] ſuperiori Africano exolvenda; ſiquidem maxima ejus merita [11] paribus ornamentis decorare conati ſunt. Voluerunt [12] illi [13] ſtatuas in [14] comitio, in [15] roſtris, in [16] curia, in ipſa denique [17] Jovis Opt. Max. [18] cella ponere: voluerunt imaginem [19] ejus triumphali ornatu indutam, [20] Capitolinis pulvinaribus applicare: voluerunt ei [21] continuum per omnes vitæ annos conſulatum, perpetuamque dictaturam tribuere. [22] Quorum ſibi nullum, neque plebiſcito dari, neque ſenatuſconſulto decerni pa-

1 Ille ſolus.
2 Senatorius.
3 Quia ſic neuter egit contra legem.
4 Nam Fabius Gurges genuit Fabium Rutilianum, qui genuit alterum Fabium Gurgitem, ex quo natus eſt Fabius Maximus. Avorum ordo ſic ſe habet, ut primò *pater*, deinde *avus*, tertiò *proavus*, poſteà *abavus*, deinde *atavus*, poſtremò *tritavus* dicatur.
5 A conſulatu gerendo.
6 Quo minùs tanti magiſtratus honorem ſuſtinere ac tueri poſſet, ac pro ſuâ majorumque ſuorum, & populi Romani dignitate gubernaret.
7 Clarus & ſpectabilis civis.
8 Laudat hoc loco Fabium, qui potuerit etiam affectus ſuperare paternos: ſolent enim cupidè nimis affectare parentes, ut ad honores filii quam maximos evehantur. 9 Paternos. 10 Majori. 11 Etiam maximis. 12 Ad honorem illius. 13 Quas honoris gratiâ viris de Republicâ egregiè meritis erigere ſoliti erant. 14 Loco, quo conveniebant ad magiſtratus eligendos. 15 Loco, undè publica fiebant edicta, & conciones habebantur. 16 Senatu, aut loco ubi Senatus cogebatur. 17 Jovis ſummi Deorum, cujus filius eſſe credebatur. 18 Sacello in Capitolio. 19 Scipionis. 20 Lectiſterniis Capitolinis, in quibus locabantur ſimulachra Deorum, ad quę vocabantur ipſi Dii: volebant enim eum divino honore afficere. 21 Continuatum. 22 Præmiorum honorificorum.

tiendo,

tiendo, penè [1] tantum in recuſandis honoribus ſe geſſit, quantum geſſerat in [2] emerendis.

[3] Eodem robore mentis cauſam Annibalis in ſenatu [4] protexit, cum eum [5] cives ſui miſſis legatis tanquam ſeditiones apud [6] eos moventem accuſarent: [7] Adjecit quoque non oportere Patres conſcriptos ſe reip. Carthaginienſium interponere: altiſſimaque moderatione [8] alterius ſaluti [9] conſuluit, [10] alterius dignitati; [11] victoria tenus, [12] utriuſque hoſtem [13] egiſſe contentus.

7 At M. Marcellus, [14] qui primus & Annibalem vinci, & [15] Syracuſas capi poſſe docuit: cùm in conſulatu ejus Siculi de eo queſtum in [16] urbem veniſſent, [17] nec ſenatum ulla de re habuit, quia collega Valerius Lævinus forte [18] aberat, ne [19] ob id Siculi in querendo timidiores eſſent. At ut [20] is rediit, [21] ultrò de his admittendis retulit, querenteſque de ſe patienter [22] ſuſtinuit. Juſſos etiam à [23] Lævino [24] diſcedere, remanere, ut ſuæ [25] defenſioni intereſſent, coëgit: Ac deinde [26] utraque parte perorata, etiam excedentes curia, [27] ſubſecutus eſt: quò liberius ſenatus ſententiam ferret. [28] Improbatis quoque eorum querelis,

1 Tam magnificum.
2 Valdè merendis honoribus.
3 Eâdem conſtantia & moderatione.
4 Idem Africanus ſuperior.
5 Carthaginenſes.
6 Cives ſuos.
7 Scipio addidit ad defenſionem Annibalis.
8 Annibalis.
9 Providit, opem tulit.
10 Senatus Romani.
11 Uſque ad victoriam & non ultrà: quia ſatis habuit Annibalem viciſſe, & ita, ne victo etiam hoſtis videretur, eum defendit: & Senatum docuit, quid eum deceret.
12 Tam Annibalis, quam Senatus.
13 Se geſſiſſe.
14 Nam omnes ante Marcellum Romani Imperatores vel ex acie victi diſceſſerant, vel in acie cum magnâ reipublicæ clade ceciderant: aut certè nunquam cum Annibale fortunam belli tentare auſi fuerant. Primus igitur Marcellus apud Nolam vinci poſſe docuit. 15 Cujus difficillima ac propè incredibilis fuit expugnatio: quippe cùm urbs ipſa ſitu & naturâ ſoli validiſſima, munitionibus quoque firmiſſimis undique circumſpecta foret. 16 Romam. 17 Non fecit vocari Senatum ullâ de re. 18 Erat enim in Macedoniâ adverſus Philippum. 19 Propter abſentiam alterius conſulis: quia qui de uno Conſulum querebantur, ferè ad alterius patrocinium confugere ſolebant. 20 Collega. 21 A nemine coactus de his Siculis, quos de ſe queſtum veniſſe ſciebat, introducendis in curiam conſultationem Senatus poſuit 22 Toleravit. 23 Altero Conſule. 24 E curiâ. 25 Quam ipſe Marcellus de ſe faceret. 26 Poſtquam tam accuſatores, quam defenſor, omnia dixiſſent, quæ volebant. 27 Quia, dùm auditis partibus P. C. de ſententiâ ferendâ conſulunt, intereà exire jubentur; ipſe autem, eò quod conſul eſſet, manere potuit. 28 Damnatis à Senatu, tanquam injuſtis.

ſupplices & orantes, ut ab eo in [1] clientelam reciperentur, clementer excepit: Super hæc Siciliam [2] ſortitus, [3] eam provinciam collegæ ceſſit. Toties laudatio Marcelli [4] variari poteſt, quoties novis ipſe gradibus moderationis adverſus ſocios uſus eſt.

§ [5] Quam Ti. etiam Gracchus admirabilem ſe exhibuit! Tribunus enim plebis, cùm [6] ex profeſſo inimicitias cum [7] Africano, & Aſiatico, Scipionibus gereret, & [8] Aſiaticus [9] judicatæ pecuniæ [10] ſatiſdare non poſſet, atque ideo à conſule in vincula publica duci juſſus eſſet, [11] appellaſſetque collegium tribunorum, [12] nullo volente intercedere, [13] ſeceſſit à [14] collegis, [15] decretumque compoſuit: Nec quiſquam dubitavit, quin [16] eo ſcribendo, irati hoſtis adverſus Aſiaticum verbis [17] uſurus eſſet. At [18] is primum juravit ſe cum Scipionibus in gratiam non rediiſſe: deinde tale decretum recitavit: Cum L. Cornelius Scipio de triumphi ſui ante [19] currum actos hoſtium duces in carcerem conjecerit; indignum & [20] alienum à majeſtate populi Rom. videri eodem ipſum [21] duci. [22] Itaque id non ſe paſſurum fieri. Libenter tunc opinionem ſuam populus Romanus à Graccho deceptam cognovit, moderationemque [23] ejus debita laude proſecutus eſt.

9 C. quoque Claudius Nero inter cetera præcipuæ moderationis exempla numerandus eſt. Livii Salinatoris in [24] Aſdrubale opprimendo gloriæ particeps fuerat: attamen [25] eum triumphantem [26] equo ſequi, quam

1 Profeſſionem familiarem tanquam clientum, id eſt, eorum qui ſe colerent ut patronum.
2 Sorte nactus.
3 Siciliam Levino conceſſit.
4 Varia & diverſa dici, id eſt, toties laudandus Marcellus eſt, quoties adverſus Siculos moderatione uſus eſt: primò quod noluit eis dare Senatum abſente collegâ; deinde quod conquerentes de ſe patienter ſuſtinuit, poſteà quod eos in Senatu retinuit, ut ſuæ defenſioni intereſſent; rurſus quòd cum illis è Senatu pariter abiit, ut liberiùs Senatus ſuper eâ re conſuli poſſet; poſtremò quod cum collegâ provinciam permutavit, & in clientelam ſuam Siculos accepit.
5 Refert moderationem Tiberii Gracchi. 6 Palam & ſine diſſimulatione. 7 Fratribus. 8 L. Scipio. 9 Ad quam damnatus erat. 10 Satisfacere. 11 Et provocaſſet ad Tribunos. 12 Tribunorum. 13 Gracchus. 14 Cæteris Tribunis. 15 Condemnationis Scipionis Aſiatici. 16 Decreto. 17 Gracchus. 18 Tiberius Gracchus. 19 Triumphalem. 20 Abhorrens. 21 In carcerem, in quem hoſtium duces duxerat. 22 Ut in carcerem duceretur. 23 Tiberii Gracchi. 24 Fratre Annibalis. 25 Livium Salinatorem. 26 Sedens in equo.

1 Æqualiter, ut Salinatori, id eſt, ut uterque pariter triumpharet.
2 Galliâ Ciſalpinâ.
3 Quam Salinator.
4 Salinatoris.
5 Neronis.
6 Adfert duo egregia exempla Africani minoris in moderatione animi, quâ in cenſurâ uſus eſt.
7 Minor.
8 Perageret cenſum & luſtrationem civium. Cenſorum enim erat, inter cætera quæ gerebant, cenſum facere, & luſtrum condere. *Cenſum* autem *facere*, erat Romanorum civium capita deſcribere, & in claſſes, pro cujuſque

triumpho, quem ei ſenatus [1] æque decreverat, uti maluit; quia res in [2] provincia Salinatoris geſta fuerat. Sine curru ergo triumphavit, [3] eo quidem clarius, quòd [4] illius victoria tantummodo laudabatur, [5] hujus etiam moderatio.

10 [6] Ne Africanus quidem [7] poſterior nos de ſe tacere patitur: Qui cenſor, cum [8] luſtrum conderet, inque ſolito [9] fieri ſacrificio ſcriba ex publicis [10] tabulis [11] ſolenne ei precationis [11] carmen [12] præiret, quo dii immortales, ut populi Rom. [13] res [14] meliores amplioreſque facerent, rogabantur: Satis, [15] inquit, [16] bonæ ac magnæ ſunt: itaque precor, ut eas perpetuò incolumes [17] ſervent. Ac protinus in publicis tabulis ad [18] hunc modum carmen emendari juſſit. Qua votorum verecundia deinceps cenſores in condendis luſtris uſi ſunt. Prudenter enim [19] ſenſit tunc incrementum Romano imperio petendum fuiſſe, cùm [20] intra ſeptimum lapidem triumphi quærebantur: Majorem autem totius terrarum orbis partem [21] poſſidenti, ut [22] avidum eſſet quicquam ultra appetere; Ita abunde felix, ſi nihil ex eo,

opibus, conjicere. *Condere* verò *luſtrum* erat, quinto quoque anno civitatem quibuſdam luſtralibus, id eſt, piacularibus ſacrificiis purgare. *Luſtrum* etiam dicebatur totius exercitus purgatio, cùm cenſentur, id eſt, numerantur omnes, & qui ad arma ferenda non ſunt idonei, ſicut ſenes, juniores purgantur, id eſt, educuntur: & tunc *condere luſtrum* finire luſtrum ſignificat. 9 Dum luſtrum conderetur. 10 Libris: in quibus carmina ſcripta continebantur. 11 Pronuntiando ſolennem formulam. De quo carmine nihil licebat mutare, ſicut nec de reliquis verbis ſacratis: quo carmine Dii immortales rogabantur, ut facerent res populi Romani meliores & ampliores. 12 Quod ſequeretur prædiceret. 13 Imperium & ſtatum. 14 Opulentiores & longiùs latiuſque porrectas. 15 Scipio. 16 Opulentæ & proſperæ. 17 *Dii ſc.* 18 Jam dictum: ut rogarent, *O Dii immortales, res Romanas incolumes ſervate.* 19 Scipio opinatus eſt. 20 Ab hoſtibus, intrà ſeptimum ab urbe miliare, & non longiùs devictis, id eſt, cùm fines Romani imperii non extenderentur ultrà ſeptem millia paſſuum; nam lapidibus, tanquam limitibus, deſignabantur miliaria apud Romanos. 21 Populo Romano. 22 Avarum & avidi animi indicium.

quod

quod obtinebat, amitteret. [1] Neque alia ejus incenſura moderatio [2] pro tribunali apparuit. [3] Centurias recognoſcens equitum, poſtquam C. Licinium Sacerdotem [4] citatum proceſſiſſe animadvertit: dixit ſe ſcire illum [5] verbis conceptis pejeraſſe. Proinde ſi quis [7] eum accuſare vellet, uſurum teſtimonio [8] ſuo; ſed nullo ad [9] id negotium accedente, [10] Traduc equum, inquit, Sacerdos, ac [11] lucrifac cenſoriam [12] notam: ne ego in tuam perſonam, & accuſatoris, & teſtis, & judicis partes [13] egiſſe videar.

II [14] Quod animi temperamentum etiam in Q. Scævola excellentiſſimo viro [15] anno atum eſt: Teſtis namque in reum productus, cùm id [16] reſpondiſſet, quod ſalutem [17] periclitantis magnopere læſurum videbatur, diſcedens adjecit, ita ſibi credi oportere, ſi & alii idem [18] aſſeveraſſent: quoniam unius teſtimonio aliquem credere [19] peſſimi eſſet exempli: Et [20] religioni igitur ſuæ [21] debitam fidem, & [22] communi utilitati ſalubre conſilium reddidit.

[1] Alterum jam ejus adfert exemplum.
[2] Cùm ſederet ut cenſor & judex centurias equitum recognoſcendo.
[3] Luſtrans ordines centenarios eorum, qui equo militabant. *Centuriæ* autem populi Romani fuerunt primò à Romulo inſtitutæ tres equitum ſolummodo, ſc. Ramnenſium, Tatienſium & Lucerum. Ramnenſes à *Romulo*, Tatienſes à *T. Tatio*, Sabinorum rege, poſt communicatum cum Romulo imperium: Luceres à *Lucero* quodam, qui Romulo auxilio venerat. Jubebat autem equites tranſire, ut, ſi deprehendiſſet vitium, equo privaret, vel alia notà cenſoriâ damnaret.
4 Voce præconis, ut luſtraretur.
5 In medium ſc.
6 Solenni more expreſſis, ut nihil deſit ad perjurii confirmationem.
7 Licinium.
8 Scipionis contra Licinium.
9 Ad accuſationem Licinii.
10 Tranſi cum equo quò jubet. Nam tantiſper, dum de equite diſceptabatur, retentus erat cum equo: & ſi juſta de eo accuſatio procedebat, equus illi, ignominiâ notato, adimebatur.
11 Lucrare & in lucro pone, quòd à Cenſore propter moderationem non es notatus ignominiâ: nam cùm certo ſciret eum pejeraſſe, potuiſſe eum notaſſe ex ſuo unius teſtimonio, ſed noluit.
12 Damnationem.
13 Repreſentaſſe: quod immoderatum fuiſſet.
14 Quæ animi moderatio inventa in Scipione proximè dicto.
15 Obſervatum.
16 Quæſtori interroganti de vita rei.
17 Rei, cujus ſalus in periculo verſabatur.
18 Verum eſſe affirmaſſent.
19 Induceret peſſimum morem, ſi ſumpto ab eo exemplo, deinceps unius teſtimonio ſtaretur.
20 Solenni juramento.
21 Quia affirmavit verum eſſe, quod dixerat.
22 Ne quis unius teſtimonio periclitaretur.

12 [1] Sentio [2] quos cives, [3] quæve facta eorum ac dicta quam [4] anguſto ambitu orationis amplectar. Sed cum magna, & multa breviter dicenda ſint de claritate excellentibus viris: ſermo infinitis perſonis, rebuſque circumfuſus, [5] utrumque præſtare non poteſt. Itaque propoſiti quoque noſtri ratio [6] non laudanda ſibi omnia, ſed [7] recordanda ſumpſit. Quapropter [8] bona cum venia duo Metelli, [9] Macedonicus, & [10] Numidicus, maxima patriæ ornamenta, [11] ſtrictim ſe narrari patientur. Acerrimè cum [12] Scipione Africano [13] Macedonicus diſſenſerat, eorumque ab æmulatione virtutis [14] profecta contentio, ad graves [15] teſtataſque inimicitias [16] progreſſa fuerat: ſed cum interemtum Scipionem conclamari [17] audiſſet, in publicum ſe proripuit, mœſtoque vultu & voce [18] confuſa, Concurrite, concurrite, inquit, cives, [19] mœnia Urbis noſtræ everſa ſunt: Scipioni enim Africano intra [20] ſuos penates quieſcenti nefaria vis illata eſt. O Remp. pariter Africani morte [21] miſeram, & Macedonici tam humana, tamque [22] civili lamentatione felicem! eodem enim tempore, & [23] quantum amiſiſſet principem, & [24] qualem haberet, recognovit. [25] Idem [26] filios ſuos monuit, [27] ut funebri ejus lecto humeros ſubjicerent, atque [28] huic exe-

1 Quaſi tacitæ objectioni reſpondet, quòd tantorum virorum facta ſimul ac dicta longiori memoratu digna brevi oratione complectatur. Dicit autem ſui propoſiti non fuiſſe, ejuſmodi hominum vitam percurrere, quod nec in tantâ multitudine rerum memoriæ tradendarum ſibi fuiſſet opportunum, ſed quædam horum hominum, ut quæque digniſſima viderentur, ex illuſtribus electa autoribus, breviter recognoſcenda ſubjicere.
2 Quales.
3 Qualia, id eſt, quam ſublimia.
4 Breviſſimo circuitu.
5 Efficere ut infinita dicam & breviter.
6 Quod prolixis fieret verbis.
7 Ad memoriam reducenda, quod pauciſſimis fieri poteſt.
8 Citrà indignationem.
9 A devicta Macedoniâ.
10 A Numidiâ feliciter vinci cœptâ.
11 Breviter.
12 Minore ſc.
13 Metellus.
14 Orta.
15 Manifeſtatas.
16 Proceſſerat.
17 Macedonicus Metellus.
18 Perturbatâ.
19 Magna Scipionis laus, quòd Reipublicæ Romanæ quidam quaſi murus & validiſſimum munimentum eſſe diceretur, quod per ipſum & aucta & conſervata fuiſſet.
20 Ubi tutus eſſe debuerat, ibi interfectus eſt.
21 Quæ tantum civem amiſerit.
22 Amicâ: nam civis civem debet amare.
23 Quia maximum, ſc. Scipionem.
24 Quia humaniſſimum, ſc. Metellum Macedonicum.
25 Metellus Macedonicus.
26 Quos quatuor præcipuæ virtutis & ingenii dicitur habuiſſe.
27 Ut lectum funebrem Scipionis interfecti efferrent humeris ſuis. Qui ditiores erant, ii lectis efferebantur, & tenuis fortunæ homines capulis, ſive feretris.
28 Honori, ſive officio, quod filii funebri ejus lecto humeros ſubjicerent.

quiarum illum honorem vocis adjecit, Non foꝛe, ut poſtea [1] id officium ab illis viro majori præſtari poſſet. Ubi illa [2] tot in curia jurgia? ubi tam multæ [3] pro roſtris altercationes? ubi [4] maximorum ducum & civium tantorum [5] togata prœlia? Omnia [6] nimirum iſta præcipua veneratione proſequenda delevit [7] moderatio.

13 Numidicus autem Metellus populari [8] factione [9] patria pulſus in Aſiam [10] ſeceſſit: in qua, cum ei forte ludos [11] Trallibus ſpectanti literæ redditæ eſſent, quibus ſcriptum erat, maximo ſenatus & populi conſenſu reditum illi in [12] Urbem datum: non è theatro prius abiit, quam ſpectaculum [13] ederetur: non lætitiam ſuam [14] proxime ſedentibus ulla ex parte patefecit, ſed ſummum gaudium intra ſe continuit. [15] Eundem conſtat pari vultu, & exulem fuiſſe, & reſtitutum: adeò moderationis beneficio, medius ſemper inter ſecundas & adverſas res animi [16] firmitate verſatus eſt.

14 Tot familiis in uno genere [17] laudis enumeratis, [18] Portium nomen velut expers hujuſce gloriæ ſilentio-ne prætereundum? Negat fieri debere poſterior [19] Cato, non parvo ſummæ moderationis fiſus indicio. [20] Cypriacam pecuniam maxima cum diligentia & ſanctitate in Urbem deportaverat: cujus miniſterii gratia, ſenatus [21] relationem interponi jubebat, ut [22] Prætoriis comitiis extra ordinem [23] ratio ejus haberetur. Sed [24] ipſe id fieri paſſus non eſt, iniquum eſſe affirmans, [25] quod nulli alii

1 Efferendi defuncti. 2 Scipionis & Metelli, quæ fuerant, dùm viveret Scipio in curia, id eſt, in Senatu. 3 Quæ priùs fuerant antè roſtra. 4 Ut fuerunt illi duo. 5 Contentiones in togâ & non in armis. 6 Haud dubiè. 7 Metelli Macedonici. 8 Seditione, ſc. Apuleji Saturnini Tribuni plebis. 9 Romanâ. 10 In exilium abiit. 11 Apud Trales, urbem Aſiæ. 12 Romam. 13 Finiretur. 14 Proximo loco. 15 Metellum Numidicum manifeſtum eſt. 16 Moderatione. 17 De moderatione animi. 18 A Porcio Catone deductum genus. 19 Uticenſis. 20 Quam ibi Ptolomæus Cyprius collegerat, & propterea Senatus timens, ne tantis opibus rex incitatus bellum ſuſcitaret, ad eas Romam deportandas miſerat Catonem. 21 Redditionem rationis ad tempus ſeponi. 22 Quibus Prætor crearetur extra ordinem, ut ſcilicet ſic creatus Prætor ab onere reddendæ rationis levaretur. 23 Reſpectus Catonis. 24 Cato. 25 Ut ſcilicet non ſuo anno aut loco, ſed extra ordinem Prætor crearetur: nam per certos gradus ad ſummos honores perveniebatur, quos qui non obſervabant, extra ordinem creati dicebantur.

tribueretur, ſibi decerni. Ac ne quid in perſona ſua [1] novaretur, [2] campeſtrem experiri temeritatem, quàm [3] curiæ beneficio uti, ſatius eſſe duxit.

15 Ad externa jam mihi exempla tranſire conanti, M. Bibulus vir ampliſſimæ dignitatis, & ſummis [4] honoribus functus, [5] manus injicit: Qui cùm in provincia Syriâ moraretur, duos egregiæ indolis filios ſuos à [6] Gabinianis militibus occiſos eſſe cognovit. Quorum interfectores ad [7] eum vinctos, [8] regina Cleopatra miſit, ut graviſſimæ cladis ultionem arbitrio ſuo [9] exigeret: At ille [10] oblato [11] beneficio, quo nullum majus lugenti tribui potuerat, [12] dolorem moderationi cedere coëgit; [13] carnificeſque ſanguinis ſui, [14] intactos e veſtigio ad Cleopatram reduci juſſit: dicendo poteſtatem hujus vindictæ non ſuam, ſed ſenatus eſſe debere.

## EXTERNA.

1 [15] Tarentinus Architas, dùm ſe [16] Pythagoræ [17] præceptis [18] Metaponti penitus immergit, magno labore, longoque tempore [19] ſolidum opus doctrinæ [20] complexus; poſtquam in [21] patriam revertitur, ac rura ſua reviſere cœpit, animadvertit negligentia [22] villici corrupta & perdita: [23] intuenſque [24] malè meritum: Sumpſiſſem, inquit, [25] à te ſupplicium, niſi tibi iratus eſſem: Maluit enim [26] impunitum dimittere, quam propter iram gravius [27] juſto punire.

1 Novo more fieret.
2 Populi Romani, qui in campo Martio ſuffragia dabat.
3 Patrum Conſcriptorum, Senatus. Continens pro re contentâ.
4 Magiſtratibus honorificis.
5 Vim retinendi infert.
6 Militantibus ſub Gabinio.
7 Bibulum.
8 Ægypti.
9 Exactè ſumeret.
10 A Cleopatrâ.
11 Sumendæ ultionis de interfectoribus filiorum.
12 Plus valuit apud Bibulum animi moderatio, quam amiſſorum filiorum dolor.
13 Occiſores filiorum ſuorum.
14 Nullo ſupplicio affectos.
15 Tarenti, urbis Calabriæ, natus. Ad externa autem tranſit exempla, & primò ad exemplum Architæ Tarentini, Philoſophi in Geometriâ clari.
16 Philoſophi Samii. 17 Inſtitutionibus. 18 In eo oppido Italiæ. 19 Integrum & conſummatum. 20 Affecutus. 21 Scilicet ſuam Tarentum. 22 Ejus, cui villam ſuam, id eſt, domum in agro colendam commiſerat. 23 Villicum. 24 De ſe & agro ſuo. 25 De te. 26 Villicum. 27 Quam juſtum eſſet.

2 Nimis

2 Nimis [1] liberalis Architæ moderatio, Platonis temperatior: nam cum adverſus delictum ſervi vehementiùs [2] exarſiſſet, veritus ne ipſe [3] modum vindictæ [4] diſpicere nõ poſſet, Speuſippo [5] eam castigationis arbitrium mandavit; deforme ſibi futurum exiſtimans, ſi commiſiſſet, ut parem reprehenſionem culpa ſervi, & [6] animadverſio [7] Platonis mereretur. [8] Quo minus miror, quod in Xenocrate diſcipulo ſuo tam conſtanter moderatus fuit. Audierat eum de ſe multa impiè locutum: ſine ulla [9] cunctatione [10] criminationem reſpuit. [11] Inſtabat certo vultu index, cauſam [12] quærens cur ſibi fides non haberetur: adjecit, non eſſe credibile, ut quem tantopere amaret, ab [13] eo [14] invicem non diligeretur. Poſtremo cùm ad jusjurandum inimicitias ſerentis malignitas confugiſſet; ne de perjurio ejus diſputaret, affirmavit nunquam Xenocratem illa dictum fuiſſe, niſi ea dici [15] expedire ſibi judicaſſet. Non in corpore [16] mortali, ſed in [17] arce cœleſti, & quidem armatum animum [18] ejus, [19] vitæ ſtationem putes peregiſſe, [20] humanorum vitiorum [21] incurſus à ſe invicta pugna repellentem, [21] cunctoſque virtutis numeros [22] altitudinis ſuæ [23] ſinu clauſos cuſtodientem.

3 Nequaquam Platoni [24] literarum commendatione par Syracuſanus Dion: ſed quod ad præſtandam moderationem attinet, [25] vehementioris experimenti. [26] Patriâ pulſus à Dionyſio tyranno, [27] Megaram petierat: ubi cum Theodorum principem ejus urbis domi convenire vellet, neque admitteretur, multum

1 Indulgens.
2 Irâ inflammatus eſſet.
3 Menſuram.
4 Dijudicare.
5 Arbitrariam caſtigationem de ſervo commiſit.
6 Punitio.
7 Domini.
8 Alia Platonis moderatio minùs quidem admirabilis: nam ſi in ſervum, quantò magis in amicum temperantiam ſervare & potuit & debuit.
9 Hæſitatione.
10 Xenocratis.
11 Is, qui indicarat Xenocratem multa impiè de Platone locutum, urgebat ad ultionem vultu invariato & confidentiæ pleno.
12 A Platone.
13 Diſcipulo ſuo Xenocrate.
14 Mutuò.
15 Utile eſſe Platoni
16 Ubi non armatur, ſed degravatur animus.
17 Alludit ad hæreſin Platonis, aſſerentis animas in cœlo formatas, antequam in corpora demittantur.
18 Platonis.
19 Breve munus vitæ, nobis à ſummo omnium Imperatorum Deo commiſſum, conſummaſſe.
20 Impetus.
21 Conſummatam virtutem.
22 Sublimitatis: quia in arce cœli armatum dixerat.
23 Complexu.
24 Scientiâ.
25 Fortius experimentum præbuit.
26 Syracuſis.
27 Urbem Græciæ.

diuque ante fores retentus, comiti ſuo, Patienter hoc ferendum eſt, ait: forſitan enim & nos cum in gradu dignitatis noſtræ eſſemus, aliquid tale fecimus. Qua [1] tranquillitate conſilii, ipſe ſibi conditionem exilii [2] placidiorem reddidit.

4 [3] Thraſybulus etiam hoc loci [4] apprehendendus eſt: qui populum Athenienſem xxx. tyrannorum ſævitia ſedes ſuas relinquere coactum, diſperſamque & vagam vitam miſerabiliter [5] exigentem, animis pariter atque armis confirmatum in [6] patriam reduxit. [7] Inſignem deinde reſtitutione libertatis victoriam clariorem aliquantò moderationis laude fecit. [8] Plebiſcitum enim interpoſuit, [9] ne qua præteritarum rerum mentio fieret: hæc oblivio, quam Athenienſes [10] ἀμνηστίαν vocant, concuſſum & [11] labentem civitatis ſtatum in [12] priſtinum habitum revocavit.

5 Non minoris admirationis illud: Staſippus [13] Tegeates, hortantibus amicis, ut [14] gravem in adminiſtratione reipublicæ [15] æmulum, ſed alioqui probum & ornatum virum, qualibet ratione vel [16] tolleret vel [17] ſummoveret, negavit ſe [18] facturum, ne, quem in tutela patriæ bonus civis locum obtineret, malus & improbus occuparet: ſeque potius vehementi adverſario urgeri, quam patriam egregio [19] advocato carere [20] præoptavit.

6 [21] Pittaci quoque moderatione pectus inſtructum, qui Alcæum poëtam, & amaritudine odii, & [22] viribus ingenii adverſus ſe pertinaciſſime uſum, [23] tyrannidem à [24] civibus delatam adeptus, tantummodo quid in opprimendo poſſet, admonuit.

1 Longanimitate.
2 Minùs duram.
3 Civis Athenienſis.
4 A ſtilo, ſc. id eſt, ſcribendus.
5 Degentem.
6 Athenas.
7 Quæ erat inſignis.
8 Legem ſciente & conſentiente plebe latam.
9 Ne cui noxæ aut opprobrio eſſet, quod ſub tyrannis egerat.
10 Oblivionem injuriarum.
11 In ruinam tendentem.
12 Diſpoſitionem quàm priùs habuerat.
13 Civis Tegei, oppidi Arcadiæ.
14 Moleſtum & adverſarium: quia graviter ab eo diſſentiebat.
15 Ejuſdem rei ſtudioſum quendam.
16 De medio, id eſt, occideret.
17 In exilium ageret.
18 Quod amici ſuadebant.
19 Patrono & protectore. 20 Prælegit. 21 Unus è ſeptem ſapientibus. 22 Quia totis viribus eum diffamare conatus fuerat. 23 Imperium ac regimen civitatis. 24 Mitylenæis.

7 [1] Hujus

7 [1] Hujus viri mentio ſubjicit, ut de ſeptem ſapientum moderatione referam. A piſcatoribus, in [2] Mileſia regione [3] verriculum trahentibus, quidam [4] jactum emerat: Extracta deinde magni ponderis aurea [5] menſa Delphica, [6] orta controverſia eſt: [7] illis piſcium ſe capturam vendidiſſe affirmantibus, [8] hoc [9] fortunæ tractus ſe emiſſe dicente: Qua conditione propter novitatem [10] rei, & [11] magnitudinem pecuniæ ad univerſum [12] ejus civitatis populum delata, placuit Apollinem [13] Delphicum [14] conſuli, cuinam adjudicari [15] menſa deberet. [16] Deus reſpondit, illi eſſe dandam, qui ſapientia ceteros [17] præſtaret, his verbis:

[18] Ὃς σοφίῃ πάντων πρῶτος, τούτῳ τρίποδ' ἂν δῶ.

Tum Mileſii [19] conſenſu [20] Thaleti menſam dederunt: ille ceſſit [21] eam Bianti, Bias Pittaco, is protinus [22] alii; deincepſque per omnium ſeptem ſapientum [23] orbem, [24] ad ultimum ad Solonem pervenit: Qui & titulum ampliſſimæ ſapientiæ, & [25] præmium ad ipſum Apollinem tranſtulit.

8 Atque ut Theopompo quoque, Spartanorum regi, moderationis teſtimonium reddamus: cùm primus inſtituiſſet, ut [26] Ephori Lacedæmone

1 Qui unus è ſeptem ſapientibus Græciæ fuit.
2 Juxtà Miletum oppidum.
3 Rete, quod per fundum fluminis verritur, id eſt, trahitur, à *verrendo* dictum. Eſt autem genus retis plumbati.
4 Retis ſc. id eſt, quicquid illo jactu caperent.
5 Tripode, quales in Templo Apollinis Delphici erant.
6 Inter emenrem & vendentes jactum illum.
7 Piſcatoribus, qui venditores erant.
8 Emptore.
9 Quicquid fortuna in rete induceret, & illi extraherent.
10 Caſus & pacti.
11 Quia menſa erat ſolidi auri, ſeu quâ menſa illa aurea æſtimata erat.
12 Mileti.

13 Qui apud Delphos dabat reſponſa & oracula. 14 Conſilium peti. 15 Illa aurea. 16 Apollo. 17 Antecelleret. 18 *Qui ſapientiâ omnium primus eſt, huic tripodem addico.* 19 Sc. communi. 20 Mileſio, uni ex ſeptem ſapientibus, qui erant hi, Thales Mileſius, Bias Prieneus, Pittacus Mitylenæus, Solon Athenienſis Chilo Lacedæmonius, Cleobulus Lydius, Periander Corinthius. 21 Menſam. 22 Uni ex Sapientibus eam ceſſit. 23 Circuitum. 24 Ultimo loco. 25 Sc. menſam illam auream. 26 Proviſores aut ſuperinſpectores eorum, quæ in civitate gererentur: ab ἐπὶ & *ὁράω inſpicio.* Undè *Ephori*, id eſt, *proviſores*: providebant enim rebus, quas reges faciebant, & eas pro arbitrio ſuo vel laudabant vel refellebant.

cedæmone [1] crearentur, ita futuri regiæ poteſtati oppoſiti, quemadmodum Romæ conſulari imperio trib. pleb. ſunt objecti; atque [2] illi [3] uxor dixiſſet, id egiſſe illum, ut filiis [4] minorem poteſtatem relinqueret: [5] Relinquam, inquit, ſed diuturniorem. [6] Optimè quidem: ea enim demum tuta eſt potentia, qui viribus ſuis modum imponit. Theopompus igitur legitimis regnum vinculis [7] conſtringendo, quò longius à [8] licentia retraxit, hoc propriùs ad benevolentiam civium [9] admovit.

9 Antiochus autem à L. Scipione ultra Taurum montem imperii finibus [10] ſummotus, cùm Aſiam provinciam, vicinaſque [11] ei gentes, amiſiſſet: gratias agere Pop. Rom. non [12] diſſimulanter tulit, quòd nimis magna procuratione liberatus, modicis regni terminis uteretur. Et ſane nihil eſt tam præclarum, aut tam magnificum, quod non moderatione temperari [13] deſideret.

1 De novo fierent.
2 Theopompo.
3 Theopompi.
4 Quam à patre acceperat.
5 Minorem poteſtatem.
6 Sc. *Theopompus reſpondit.*
7 Coarctando.
8 Malè faciendi impunitate regnum removit.
9 Applicuit ipſum
10 Expulſus.
11 Aliæ.
12 Abſque diſſimulatione.
13 Expoſcat.

## CAP. II.

## DE RECONCILIATIONE.

1 M. Æmilii Lepidi, & M. Fulvii Flacci cenſorum.
2 M. Livii Salinatoris, & C. Claudii Neronis conſulum.
3 P. Africani majoris, & Ti. Sempronii Gracchi.
4 M. Tullii Ciceronis & A. Gabinii.
5 P. Clodii Pulchri, & L. Cornelii Lentuli.
6 L. Caninii Galli, & C. Antonii.
7 M. Cœlii Rufi, & Q. Pompeji.

1 Quæ quoniam multis & claris auctoribus illuſtrata eſt, tranſgrediamur ad [2] egregium humani animi affectum ab odio ad gratiam [3] deflexum; & quidem eum læto ſtylo

1 Moderatio. Q. d. Quandoquidem ſatis illuſtravimus clarorum hominum moderationem exemplis quibus eadem demonſtrata eſt: nunc de his dicamus, qui odio inter ſe & inimicitiâ laborantes in amicitiam redierunt. 2 Reconciliationem poſt inimicitias. 3 Declinatum, permutatum.

ſtylo proſequamur. Nam ſi placidum mare [1] aſpero, cœlumque [2] ex nubilo ſerenum hilari aſpectu ſentitur, ſi bellum [3] pace mutatum, plurimum gaudii affert: offenſarum etiam acerbitas depoſita, [4] candida relatione celebranda eſt.

1 [5] M. Æmilius Lepidus bis conſul, & Pontifex Max. ſplendorique [6] honorum par gravitate vitæ, [7] diutinas ac vehementes inimicitias cum Fulvio Flacco ejuſdem amplitudinis viro geſſit. Quas, [8] ut [9] ſimul cenſores [10] renuntiati ſunt, in [11] campo [12] depoſuit: exiſtimans non oportere eos privatis odiis diſſidere, qui [13] publicè [14] ſumma juncti eſſent poteſtate. Id judicium animi [15] ejus & [16] præſens ætas comprobavit, & nobis veteres [17] Annalium ſcriptores laudandum tradiderunt.

2 Sicuti Livii quoque [18] Salinatoris [19] finiendarum ſimultatum illuſtre conſilium [20] ignotum poſteritati eſſe [21] noluerunt. Is namque etſi Neronis odio [22] ardens in [23] exilium profectus fuerat, teſtimonio [24] ejus præcipue afflictus; tamen pòſtquam [25] eum [26] indè revocatum cives collegam [27] illi in conſulatu dederunt, & [28] ingenii ſui, quod erat [29] acerrimum, & injuriæ, quam graviſſimam acceperat, obliviſci [30] ſibi imperavit: Ne ſi diſſidente animo [31] conſortionem imperii uſurpare voluiſſet, pertinacem ſe exhibendo inimicum, malum conſulem [32] ageret: Quæ quidem mentis ad [33] tranquilliorem habitum inclinatio, in aſpero ac difficili temporum [34] articulo plurimum

1 Ex turbulento, id eſt, poſtquam fuerat turbulentum. 2 Poſtquam fuerat nubilum. 3 In pacem converſum. 4 Livoris & triſtitiæ experti. 5 Adfert primum exemplum in M. Æmilio Lepido. 6 Magiſtratuum quos geſſerat. 7 Longas. 8 Poſtquam. 9 Eodem tempore. 10 Per præconem iterum nunciati ſunt & declarati. 11 Martio. 12 M. Æmilius. 13 In adminiſtratione publicâ. 14 Collegio ſummæ poteſtatis, ſeu cenſuræ, quæ in omnes ordines animadvertere poterat. 15 M. Æmilii Lepidi. 16 Quæ tunc erat. 17 Librorum, continentium qui annos magiſtratus geſſerint, & quid in eis egerint. 18 *Salinator* dictus eſt à lege, quam arctiſſimam & populo maximè moleſtam de vendendo *ſale* tulerat. Ob quam deinde damnatus eſt. 19 Quod cepit ad finiendas ſimultates, id eſt, occulta odia. 20 Quia etiam illud tradiderunt laudandum 21 Annalium ſcriptores. 22 Incenſus. 23 Sc. *rus*, ubi exulabat. 24 Claudii Neronis. 25 Salinatorem. 26 Ab exilio in patriam. 27 Neroni. 28 Ingenitæ ſuæ à naturâ qualitatis animi. 29 Vehemens. 30 Se ipſum coëgit: quia vicit ſe ipſum. 31 Sortitionem imperii 32 Exhiberet ſe. 33 Sedatiorem & mitiorem qualitatem animi. 34 Momento, quo Annibal Romam vexabat.

ſalutis Urbi, atque Italiæ attulit: quia pari virtutis impetu [1] connisi, [2] terribiles Pœnicas vires contuderunt.

3 Clarum etiam in Africano ſuperiore ac Ti. Graccho depoſitarum inimicitiarum exemplum. Siquidem ad cujus menſæ [3] ſacra, odio diffidentes venerant, ad ea & amicitia & affinitate juncti [4] diſceſſerunt: Non contentus enim Scipio [5] auctore ſenatu, in Capitolio [6] Jovis epulo cum [7] Graccho concordiam communicaſſe; filiam quoque [8] ei Corneliam protinus [9] ibi deſpondit.

4 Sed [10] hujuſce generis [11] humanitas etiam in M. Cicerone præcipua apparuit: A. namque Gabinium [12] repetundarum [13] reum ſummo ſtudio defendit, [14] qui [15] eum in [16] conſulatu ſuo Urbe expulerat. [17] Idemque P. Vatinium dignitati [18] ſuæ ſemper [19] infeſtum, [20] duobus publicis judiciis tutatus eſt, ut ſine ullo crimine [21] levitatis, ita cum aliqua [22] laude. Quia [23] ſpecioſius aliquanto injuriæ [24] beneficiis vincuntur, quam [25] mutui odii pertinacia penſantur.

5 Ciceronis autem factum adeò viſum eſt probabile, ut imitari id ne inimiciſſimus quidem [26] illi P. Pulcher dubitaverit: qui [27] inceſti crimine à [28] tribus Lentulis accuſatus, unum

1 Contendentes.
2 Quia Aſdrubalem, Annibalis fratrem, cum innumero exercitu victum, ceciderunt.
3 Sacrificia. Mos enim annuus & ſolennis erat Romæ, ut epulæ Jovis in Capitolio celebrarentur, quo principes convenientes diſcumbebant, & epulabantur.
4 Ab eâ menſâ Jovis in Capitolio.
5 Intervenient e autoritate Senatus, qui eos, ut reconciliarentur, epulo ſimul intereſſe voluit.
6 In ſolenni convivio, quod fiebat ex oblatis Jovi
7 Tiberio.
8 Tiberio Graccho.
9 In epulo.
10 In reconciliatione. 11 Manſuetudo. 12 Crimini pecuniarum, quibus provinciam dicebatur ſpoliaſſe, reſtituendarum obnoxium. 13 Accuſatum 14 Gabinius. 15 Ciceronem. 16 Cùm ipſe Gabinius eſſet conſul. Nam hic Aulus Gabinius & L. Piſo conſules erant, qui, promulgante legem P. Clodio, Ciceronem urbe ejecerunt. 17 Cicero. 18 Ciceronis. 19 Qui fuerat ſemper infeſtus, id eſt, contrarius & vim inferens. 20 Ambitus & repetundarum. *Publica* judicia dicebantur, quæ ad Remp. pertinebant: de quibus lata lex eſt, ut ambitus, repetundarum, majeſtatis læſæ. 21 Inconſtantiæ. 22 Humanitatis & charitatis in Rempublicam. 23 Decentiùs. 24 Vincendo adverſarium beneficio. 25 Reponendo odium pro odio. 26 Ciceroni. 27 Commiſſi: quod introiiſſet ad matronas Bonæ Deæ ſacra celebrantes, quibus viris intereſſe non licebat. 28 Sc. Publio, Lucio, & Caio Lentulo.

ex [1] his [2] ambitus reum patrocinio ſuo protexit. Atque in animum induxit, & judicem & Prætorem, & [3] Veſtæ ædem intuens, amicum Lentulo [4] agere: inter [5] quam [6] ille ſalutem [7] ejus fœdo crimine [8] obruere cupiens hoſtili voce [9] peroraverat.

6 Caninius autem Gallus reum pariter atque accuſatorem admirabilem [10] egit, & C. Antonii, quem damnaverat, filiam in matrimonium ducendo, & M. Colonium, à quo damnatus fuerat, rerum ſuarum procuratorem habendo.

7 Cælii vero Rufi ut vita [11] inquinata, ita miſericordia, quam Q. Pompejo præſtitit, probanda: [12] cui à ſe publica [13] quæſtione [14] proſtrato, cum [15] mater Cornelia fidei commiſſa prædia non redderet, atque iſte auxilium ſuum literis imploraſſet; pertinaciſſime abſenti [16] adfuit. Recitavit & ejus epiſtolam [17] judicio [18] ultimæ neceſſitatis [19] indicem, quâ impiam Corneliæ avaritiam [20] ſubvertit; factum propter eximiam [21] humanitatem, ne ſub Cælio quidem auctore repudiandum.

1 Tribus Lentulis.
2 Criminis affectati regni, aut alterius dominationis malis artibus.
3 Cùm eſſet in conſpectu ædis, & ita memor eſſet contumeliæ ſibi illic objectæ.
4 Exhibere ſe.
5 Ædem.
6 Lentulus.
7 P. Clodii Pulchri.
8 Opprimere.
9 Orando impetraverat, ut Clodius in exilium agatur.
10 Repræſentavit.
11 Polluta crimine, utpote quem parùm pudicè adoleſcentiam habuiſſe fama fuit, imò verò libidinosè.
12 Q. Pompejo.
13 Inquiſitione. 14 Superato. 15 Gracchorum. 16 Auxilio adfuit. 17 In judicio. 18 Ut etiam ab inimico auxilium petere cogeretur. 19 Indicatricem. 20 Deſtruxit. 21 Ejus Clodii.

## CAP. III.

# DE ABSTINENTIA Et CONTINENTIA.

### Cujus EXEMPLA Romana ſunt.

1 P. Scipio Africanus major Procos.
2 M. Cato Uticenſis propr.
3 Nero Claudius, Druſus & Antonia.
4 Cn. Marcius Coriolanus.
5 M. A. Curius Dentatus *Coſ.*
6 C. Fabricius Luſcinus *Coſ.*
7 Q. Ælius Tubero Catus *Coſ.*
8 L. Æmilius Paulus Procoſ.
9 Legati Roman. Q. Fabius Gurges, & Cn. Fabii Pictores, & Q. Ogulnius.
10 L. Calpurnius Piſo Frugi *Coſ.*
11 M. Cato ſenior *Coſ.*
12 M. Cato Uticenſis.
13 P. Scipio Æmilian.
14 P. Romanus.

### EXTERNA ſunt.

1 Pericles Athenienſis.
2 Sophocles Athenienſis.
3 Xenocrates Academicus.
4 Diogenes Cynicus.

[1] MAgna cura præcipuoque ſtudio referendum eſt, quantopere libidinis & avaritiæ furori ſimiles impetus ab illuſtrium virorum pectoribus, conſilio ac ratione ſummoti ſunt. Quia [2] demum ii penates, ea civitas, id regnum æterno in gradu facile ſteterit; ubi minimum virium [3] Veneris, pecuniæque cupido ſibi [4] vendicaverit. Nam [5] quo iſtæ generis humani certiſſimæ [6] peſtes penetraverint, ibi injuria dominatur, infamia flagrat.

1 De Abſtinentiâ & Continentiâ dicturus præfatione quadam utitur: ut oſtendat, quam perniciosiſſimæ peſtes ad omnem civitatis ſtatum evertendum ſint avaritia & luxuria: quæ duabus his virtutibus, veluti frænis quibuſdam inhibitæ, hominum pectoribus dominari non poſſunt. Exempla igitur profert eorum, qui in his virtutibus præſtantiſſimi fuerunt. 2 Denique. 3 Libidinis. 4 Appropriaverit. 5 Ad quos penates, ad quam civitatem, & ad quod regnum. 6 Sc. libido & avaritia.

Quibu

Quibus longius relictis, [1] contrarios tam diris vitiis mores commemoremus.

1 Quartum & viceſimum annum agens[2] Scipio, cum in Hiſpania [3] Carthagine oppreſſa, [4] majoris Carthaginis capiendæ ſumpſiſſet [5] auſpicia, [6] multoſque [7] obſides, quos in ea urbe [8] Pœni clauſos habuerant, in ſuam poteſtatem redegiſſet; eximiæ inter [9] eos formæ virginem, [10] ætatis adultæ, & [11] juvenis, & [12] cælebs, & [13] victor, poſtquam comperit [14] illuſtri loco inter [15] Celtiberos natam, nobiliſſimoque [16] gentis ejus [17] Indibili deſponſam, accerſitis parentibus, & ſponſo inviolatam tradidit. Aurum quoque, quod pro redemptione puellæ [18] allatum erat, ſummæ [19] dotis adjecit. Qua [20] continentia ac [21] munificentia Indibilis [22] obligatus, Celtiberorum animos [23] Romanis applicando, meritis [24] ejus gratiam debitam retulit.

2 Verum ut [25] hujus viri [26] abſtinentiæ teſtis Hiſpania, ita [27] M. Catonis [28] Epiros, [29] Achaja, [30] Cyclades inſulæ, maritima pars Aſiæ, provincia Cypros. [31] Unde cum pecuniæ deportandæ miniſterium [32] ſuſtineret, tam [33] averſum animum ab omni Venere, quam à lucro habuit, in maxima [34] utriuſque intemperantiæ verſatus [35] materia: Nam & [36] regiæ divitiæ poteſtate [37] ipſius continebantur, & fertiliſſimæ

1 Id eſt, obſervationes Abſtinentiæ & Continentiæ. *Abſtinentia* autem eſt virtus, quâ ab alienis abſtinemus, nihil cuiquam eripientes: undè *abſtinens* is dicitur, qui ſuis contentus eſt, non avaritiâ, non cupiditate elatus. Nonnulli *abſtinentiam* & *continentiam* ita diſtiguunt, ut *continentiam* velint eſſe, cùm nos à voluptatibus continemus; *abſtinentiam* verò accipi pro eâ virtute, quâ abſtinemus ab alienis, nihil cuiquam eripientes, nulli vim afferentes.
2 Africanus Major.
3 Novâ ſc.
4 Veteris, quæ in Africâ erat æmula imperii Romani.

5 Felicia initia: quia nihil inauſpicatò fieri ſolebat. 6 Hiſpanos. 7 Ob fidem ſervandum illic ſedem tenentes. 8 Carthaginenſes. 9 Obſides. 10 Maturæ viro. 11 Quia XXIV. annorum. 12 Uxorem non habens. 13 Et ita cui omnia licerent. 14 Claris natalibus. 15 Populos Hiſpaniæ, à *Celte* & *Ibero* dictos. 16 Celtibericæ. 17 Juveni ſic dicto: qui & *Lucceius* dicebatur. 18 A parentibus. 19 Puellæ. 20 Contra libidinem. 21 Liberalitate, contra avaritiam. 22 Devinctus. 23 Trahendo in partes Romanorum. 24 Scipionis. 25 Scipionis. 26 Sc. ab illicitâ Venere. 27 Sc. *abſtinentiæ teſtes ſunt*. 28 Eſt hæc regio in Europâ. 29 Regio eſt Græciæ. Undè Græci *Achivi* dicti ſunt. 30 Inſulæ ſunt in mari Ægæo. 31 A quibus locis, aut à quâ Cypro. 32 M. Cato. 33 Abhorrentem & alienum. 34 Libidinis & avaritiæ. 35 Objecto. 36 Ptolomæi, regis Cypri. 37 Catonis.

deli-

1 Ad quas, tanquam ad diverſoria, neceſſariò ab inceptâ navigatione divertebat, navē.
2 Quam Cato in Cypro peregerat.
3 Probatione.
4 Catonis.
5 Naturali.
6 Q. d. Catonem non ſolum continentem dicendum, ſed etiam continentiam ipſam.
7 Fratrem Tiberii. Extollit autem continentiam conjugalem Druſi Germanici cum ſolitâ ad Tiberium adulatione.
8 Singulare.
9 Qualitate.
10 Marito matris, ſc. Octavio Auguſto.
11 Tiberio: nam ab Octavio Auguſto omnes Imperatores *Auguſti* dicti ſunt quaſi conſecrati.

delitiarum tot egregiæ urbes, [1] neceſſaria totius navigationis diverticula erant. Atque id Minatius [2] Rufus, Cypriacæ expeditionis fidus comes, ſcriptis ſuis ſignificat: Cujus teſtimonium non amplector: proprio enim [3] argumento [4] laus iſta nititur, quoniam ex eodem [5] naturæ utero & continentia nata eſt, [6] & Cato.

3 [7] Druſum etiam [7] Germanicum eximiam Claudiæ familiæ gloriam, patriæque [8] rarum ornamentum, & quod ſuper omnia eſt, operum ſuorum pro [9] habitu, ætatis magnitudine, [10] vitrico pariter ac [11] fratri Auguſtis, duobus reipubl. divinis oculis mirifice [12] reſpondentem [13] conſtitit uſum Veneris intra conjugis charitatem clauſum tenuiſſe. [14] Antonia quoque fœmina [15] laudibus virilem [16] familiæ ſuæ claritatem ſupergreſſa, amorem [17] mariti egregia [18] fide penſavit: quæ poſt [19] ejus [20] exceſſum, forma & ætate florens, cubiculum [21] ſocrus [22] pro conjugio habuit: in eodemque toro [23] alterius adoleſcentiæ vigor extinctus eſt, [24] alterius [25] viduitatis experientia [26] conſenuit. Hoc cubiculum talibus [27] experimentis [28] ſummam imponat.

4 [29] Deinceps iis [30] vacemus, quorum animus aliquo in [31] momento [32] ponendi pecu-

12 Nihil ab illorum virtutibus degenerantem. 13 Manifeſtum fuit. eum non extrà matrimonium uſum Venerc. 14 Uxor nobiliſſima Druſi, & filia M. Antonii triumviri, & Octaviæ ſororis Auguſti, quam deinceps Antonius, Cleopatræ reginæ captus illecebris, repudiavit: undè nata ſunt inter Antonium & Auguſtum bella civilia. 15 Continentiæ. 16 Sc. paternæ: quia pater ejus M. Antonius Triumvir, alioqui clarus libidine & illecebris Cleopatræ, repudiatâ uxore optimâ diffamatus eſt. 17 Druſi. 18 Fidelitate in conſervandà caſtitate matrimoniali. 19 Mariti ſui 23 Ab hac vitâ, id eſt, mortem. 21 Matris mariti ſui, id eſt, Liviæ. 22 Loco matrimonii, quia noluit ad ſecundas tranſire nuptias. 23 Conjugum, ſc. Druſi. 24 Antoniæ, quæ erat uxor Druſi. 25 Diviſionis à marito longus uſus. 26 Ad ſenectutem pervenit. 27 Continentiæ conjugalis & vidualis. 28 Finem. 20 Quia ſatis de continentiâ ac libidine ſe locutum ſignificavit; proſequitur alterum membrum tituli præmiſſi, ſc. exempla de abſtinentiâ ab illicitis rebus. 30 Vacuam operam demus. 31 Vitæ. 32 Reponendi, ſc. in theſauro, id eſt, accumulandi.

niam

niam nunquam [1] vacavit. Cn. Marcius [2] patriciæ gentis adoleſcens, [3] Anci regis clara progenies, cui Corioli Volſcorum oppidum [4] captum [5] cognomen adjecit, cum [6] editis [7] conſpicuæ fortitudinis operibus, à Poſtumio Cominio conſule, [8] accurata oratione apud milites laudatus, omnibus [9] donis militaribus, & agri c. jugeribus, [10] & decem captivorum electione, & [11] totidem [12] ornatis equis, [13] centenario boum grege, argentoque, quantum [14] ſuſtinere valuiſſet, donaretur: nihil ex his, præter unius [15] hoſpitis captivi ſalutem, equumque, quo in [16] acie uteretur, accipere voluit. Qua tam [17] circumſpecta animi moderatione, neſcias utrum majore cum laude præmia meruerit, an [18] rejecerit.

5 MA. autem Curius exactiſſima norma Romanæ [19] frugalitatis, idemque fortitudinis perfectiſſimum ſpecimen, [20] Samnitium legatis [21] agreſti ſe in ſcamno aſſidentem [22] foco, atque ligneo [23] catillo cœnantem ([24] quales epulas, apparatus [25] indicio eſt) ſpectandum præbuit. Ille enim Samnitium divitias contempſit, Samnites ejus paupertatem mirati ſunt. Nam cum ad eum magnum auri pondus [26] publice miſſum attuliſſent, benignis verbis [27] invitatus, ut [28] eo uti vellet, vultum riſu [29] ſolvit, protinuſque, Supervacuæ, inquit, ne dicam [30] ineptæ legationis miniſtri, narrate Samnitibus MA. Curium malle locupletibus imperare, quam ipſum fieri locupletem: atque iſtud ut pretioſum, ita [31] malo hominum excogitatum munus [32] refertote, & mementote me nec acie vinci, nec pecunia corrumpi poſſe.

1 Intentus fuit.
2 A Patribus Conſcriptis ortæ.
3 Marci. Hic originem ducebat ab Anco Marcio, quarto Romanorum rege. Fuit igitur tam genere, quam virtute præclarus.
4 Ab eo.
5 Quia Coriolanus indè dictus eſt.
6 Expletis à ſe.
7 Præclaræ fortitudinis.
8 Diligenti cura habitâ, aut excogitatâ.
9 Ut haſtâ, equo, coronâ, murali, civicâ, & aliis.
10 Et decem captivis quoſcunque eligeret.
11 Etiam decem.
12 Phaleratis.
13 Continente centum capita.
14 Surſum à terrâ levatum tendere.
15 Quicum antè bellum habuerat hoſpitalitatem.
16 Inſtructâ ad pugnam.
17 Solerti & conſpicuâ.

18 Recuſaverit accipere. 19 Parſimoniæ. 20 Vicinorum populorum, contra quos bella gerebat. 21 Ruſticano. 22 Ad focum. 23 Vaſculo eſcario. 24 Sc. *cœnantem ſe ſpectandum præbuit.* 25 Satis indicat: quia in agreſti loco & cultu, veriſimile eſt agreſtes ſumpſiſſe epulas: undè rapis veſcentem alii dicunt ab eis inventum. 26 Nomine publico. 27 A legatis illis. 28 Pondere auri. 29 Laxavit. 30 Stultæ & inconvenientis. 31 Ad malum & perniciem. 32 Ad eos à quibus accepiſtis.

[1] Idem cum Italia Pyrrhum [2] regem [3] exegiſſet, nihil omnino ex præda [4] regia, quæ exercitum Urbemque ditaverat, attigit. Decretis etiam à ſenatu [5] ſeptenis jugeribus agri [6] populo, ſibi autem quinquaginta, [7] popularis aſſignationis modum non exceſſit: parum idoneum reip. civem exiſtimans, qui eo, quod [8] reliquis tribueretur, contentus non eſſet.

6 [9] Idem ſenſit Fabricius Luſcinus, [10] honoribus & auctoritate omni cive temporibus [11] ſuis major, [12] cenſu par unicuique pauperrimo: qui à Samnitibus, quos univerſos [13] in clientela habebat, decem æris, & quinque [14] pondo argenti, [15] totidemque ſervos ſibi miſſos, in [16] Samnium remiſit: continentiæ ſuæ beneficio ſine pecunia [17] prædives, ſine uſu familiæ abunde comitatus: quia locupletem illum faciebat, non multa poſſidere, ſed modica deſiderare. Ergo domus ejus, quemadmodum ære & argento & [18] mancipiis Samnitium vacua; ita gloria ex [19] his contemptis parta, referta fuit. [20] Conſentanea repudiatis donis Fabricii vota extiterunt: [21] legatus enim ad [22] Pyrrhum profectus, cum apud [23] eum Cyneam Theſſalum narrantem audiſſet, quendam [24] Athenienſem clarum ſapientia, ſuadere, nequid aliud homines quam voluptatis cauſa facere vellent: pro monſtro eam vocem accepit, continuoque Pyrrho & Samnitibus iſtam ſapientiam [25] deprecatus eſt. Licet Athenæ doctrina ſua glorientur, vir tamen prudens, [26] Fabricii deteſtationem, quam Epicuri maluit præcepta: quod eventus quoque indicavit. Nam quæ [27] urbs voluptati plurimum tribuit, imperium maximum amiſit: [28] quæ labore delectata eſt, [29] occupavit: Et [30] illa libertatem tueri non valuit, [31] hæc etiam [32] donare potuit.

1 M. Curius.
2 Epirotarum.
3 Dedecore expuliſſet.
4 Quâ regem exſpoliaverat.
5 Singulis ſeptem.
6 Victori ſc.
7 Non accepit ultra ſeptem jugera, quod ſinguli de populo acceperant.
8 Civibus.
9 Quod Curius.
10 Quantum ad honorem & auctoritatem.
11 Quibus ipſe vixit.
12 Quoad cenſum & res poſſeſſas.
13 Ad protectionem & patrocinium ſuum.
14 Libras.
15 Quinque.
16 Regionem Samnitum in Italiâ.
17 Præ cæteris dives.
18 Servis.
19 Contemptu horum.
20 Conformia.
21 Tanquam legatus.
22 Regem Epiri.
23 Pyrrhum.
24 Epicurum.
25 Voto & precibus addixit.
26 Quâ Fabricius voluptatem deteſtatus eſt.
27 Tarentum.
28 Sc. *urbs*, id eſt, Roma.
29 Maximum imperium.
30 Urbs Tarentina.
31 Roma.
32 Libertatem ſemel aliis ademptam.

7 Curii & Fabricii Q. Ælium Tuberonem cognomine Catum [1] diſcipulum fuiſſe [2] merito quis exiſtimaverit: [3] cui conſulatum gerenti, cum Ætolorum gens [4] omnis uſus vaſa argentea, magno pondere, & exquiſita arte fabricata per legatos miſiſſet, qui ſuperiori tempore [5] gratulandi causâ ad eum profecti [6] retulerant, [7] fictilia ſe in [8] ejus menſâ vaſa vidiſſe; monitos ne continentiæ quaſi paupertati ſuccurrendum putarent, cum ſuis ſarcinis abire juſſit. Quam bene Ætolicis [9] domeſtica [10] prætulerat, ſi frugalitatis ejus exemplum poſterior ætas ſequi voluiſſet! [11] Nunc [12] quò ventum eſt? à ſervis vix impetrari poteſt, ne eam [13] ſuppellectilem [14] faſtidiant, quâ tunc [15] conſul uti non erubuit.

8 At Perſe [16] rege devicto [17] Paulus, cùm Macedonicis opibus veterem atque [18] hæreditariam urbis noſtræ paupertatem [19] eò uſque ſatiaſſet, ut illo tempore primum populus Rom. [20] tributi præſtandi onere ſe liberaret; [21] penates ſuos nulla ex parte locupletiores fecit: Præclarè ſecum actum exiſtimans, quod ex illa victoria alii pecuniam, ipſe gloriam [22] occupaſſet.

9 Atque huic animi [23] ejus judicio Q. Fabius Gurges, Cn. Fabii Pictores, Q. Ogulnius [24] ſubſcripſerunt: qui legati ad Ptolomæum

1 Quia imitatorem Curii & Fabricii.
2 Meritò quiſpiam exiſtimare poterit hunc Curii, Fabritiique fuiſſe diſcipulum, quod eorum diſciplinam imitatus ſit.
3 Q. Tuberoni.
4 Ad omnem uſum accommodata, ut aquaria, vinaria, & alterius generis.
5 De victoriâ ex hoſtibus parta.
6 Principibus, à quibus miſſi fuerant.
7 Terrea, à *fingendo* dicta: undê figuli ſunt luti compoſitores, qui terrea vaſa componunt.
8 Q. Tuberonis.
9 Inſtituta ſc.
10 Tubero.
11 Damnat ſui temporis mores Valerius: ut homines etiam pauperes ambitioſâ paupertate vivant: nam ætatis noſtræ, inquit, ſervi ſuppellectilem illam aſpernantur: quâ Conſules aliquando, & Romani principes uſi ſunt. 12 Ad quem ſtatum? q. d. ad peſſimum. 13 Fictilem & ligneam. 14 Contemnant. 15 Tubero & Curius. 16 Macedoniæ. 17 Æmilius Macedonicus. 18 Quia veluti hæreditate quadam populus Romanus aliquamdiu paupertatem habuit. 19 In tantum. 20 Cenſus, pecuniæ per ſingulas tribus in ſtipendium militare erogatæ. 21 Proprios lares ac familiam. 22 Antè alios accepiſſet. 23 Pauli Æmilii. 24 More nomina ſua ſubſcribentium aſtipulati ſunt, & aſſenſum præbuerunt, id eſt, idem ſenſerunt quod ille. Nam qui in pactum aliquod conſentiunt, ſolent nomina ſua ſubſcribere: undè factum eſt, ut *ſubſcribere* venuſtè dicatur pro aſſentiri.

1 regem

[1] regem miſſi, munera, quæ ab eo [2] privatim acceperant, in [3] ærarium, & quidem [4] prius, quam ad ſenatum legionem referrent, detulerunt: [5] de publico ſcilicet miniſterio nihil cuiquam, præter laudem bene adminiſtrati officii, [6] accedere debere judicantes: Jam illud humanitatis ſenatus, & [7] attentæ majorum diſciplinæ indicium eſt: [8] data ſunt enim legatis, quæ in ærarium repoſuerant, non ſolùm patrum conſcriptorum decreto, ſed etiam populi permiſſu, [9] eaque legatis [10] quæſtores prompte unicuique diſtribuerunt. Ita in [11] iiſdem Ptolomæi [12] liberalitas, legatorum [13] abſtinentia, Senatus ac populi Romani [14] æquitas debitam [15] probabilis facti [16] portionem obtinuit.

10 Fabiorum & Ogulnii continentiæ Calpurnium Piſonem in conſimili genere laudis [17] æmulum fuiſſe res ipſa [18] documento eſt. Conſul gravi fugitivorum bello à ſe liberata Sicilia, eos, quorum præcipua opera uſus fuerat, imperatorio more [19] donis proſequebatur: Inter quos filium ſuum locis aliquot [20] prœliatum fortiſſime, [21] titulo trium librarum aureæ coronæ decoravit: præfatus non oportere à magiſtratu è publica pecunia [22] erogari, quod in ipſius domum rediturum eſſet: [23] tantumque ponderis ſe teſtamento [24] adoleſcenti legaturum promiſit: ut honorem publicè à [25] duce, pretium a [26] patre privatim acciperet.

11 [27] Age, ſiquis hoc ſæculo vir illuſtris pellibus [28] hædinis pro [29] ſtragulis utatur, tribuſque ſervis comitatus Hiſpaniam regat, & quingentorum aſſium ſumptu tranſmarinam pro-

1 Ægypti.
2 Nomine privato, id eſt, pro ſe quiſque, non pro republicâ.
3 Fiſcum, publicum pecuniæ repoſitorium.
4 Priuſquam Senatui exponerent, quid in legatione egerant.
5 De legationis officio.
6 Advenire & addi.
7 Diligentis.
8 Reddita.
9 Quæ in ærarium contulerat.
10 Conquiſitores & cuſtodes pecuniæ publicæ.
11 Donis.
12 Pretioſa legatis munera dando.
13 In ærarium munera deferendo.
14 Legatis eadem reſtituendo.
15 Laudabilis.
16 Partem.
17 Imitatorem quaſi cum æmulatione.
18 Satis docet.
19 Militaribus.
20 Qui præliatus fuerat.
21 Solo nomine, non re ſive coronâ.
22 Dari, diſtribui.
23 Tres libras auri.
24 Filio ſuo.
25 Patre tanquam à duce.
26 Tanquam ab homine privato.
27 Si quis princeps Romanus his temporibus eâ, quâ Cato, continentiâ, uteretur, omnibus certè videretur admirabilis.
28 Hædis detractis, quæ aſperæ & fœtidæ ſunt.
29 Stramentis nocturnis.

vinciam

vinciam petat; eodem cibo eodemque vino, quo [1] nautæ, uti contentus ſit, nonne mirabilis [2] exiſtimetur? Atqui iſta patientiſſime ſuperior Cato toleravit, quia illum grata [3] frugalitatis conſuetudo, in hoc genere vitæ, cum ſumma dulcedine continebat.

12 Multum à [4] priſca continentia [5] ſpatio annorum poſterior [6] Cato diſcedit, utpote in civitate jam divite & [7] lautitia gaudente natus. Is tamen cum [8] bellis civilibus intereſſet, filium ſecum trahens, duodecim ſervos habuit numero plures, quam [9] ſuperior: [10] temporum diverſis moribus [11] pauciores.

13 Exultat animus maximorum virorum memoriam percurrens. Scipio [12] Æmilianus poſt duos inclytos conſulatus, totidemque ſuæ præcipuæ gloriæ triumphos, ſeptem ſervis ſequentibus officio legationis functus eſt: Et puto Carthaginis ac Numantiæ ſpoliis comparare [13] plures potuerat; niſi operum ſuorum ad ſe laudem, [14] manubias ad [15] patriam [16] redundare maluiſſet. [17] Itaque cum per [18] ſocios & [19] exteras gentes iter faceret, non mancipia ejus, ſed victoriæ numerabantur: nec quantum auri & argenti, ſed quantum [20] amplitudinis pondus ſecum ferret, æſtimabatur.

14 [21] Continentia verò etiam in univerſæ plebis animis ſæpenumerò cognita eſt, ſed

1 Sc. utantur.
2 Judicetur.
3 Parſimoniæ.
4 Priorum ſæculorum.
5 Si ad ſpatium annorum reſpexerimus.
6 Uticenſis.
7 Lauto ſive luxurioſo cœnarum apparatu. Nam *lautitia* à *lavando* dicta eſt: & *convivium lautum* dicitur convivium ſumptuoſum, quia ibi omnia ſunt lauta & nitida.
8 Inter Cæſarem & Pompejum
9 Sc. *Cato habuit.*
10 Si reſpexerimus ad mores temporum utriuſque.
11 Quam ſuperior.
12 Quia de gente Æmiliâ fuit, & per adoptionem in Scipionum familiam tranſlatus.
13 Servos quam ſeptem.
14 Portionem quæ ex prædâ contingit, *Manubiæ* enim ſunt præda ab hoſtibus capta: ſic dictæ, quòd manu capiantur ab hoſtibus.
15 Suam, ſcilicet, id eſt, Romam, ſeu Romanum ærarium.
16 Applicari.
17 Reſpondet tacitæ quæſtioni: non enim (inquit) Scipionis gloria ab exteris gentibus numero ſervorum, ſed victoriarum multitudine cenſebatur.
18 Romani imperii
19 Nihil ad Romanos pertinentes.
20 Extenſionis honoris & gloriæ.
21 Præfatio eſt de continentiâ totius populi Romani.

abunde

abunde erit, longe inter ſe [1] diſtantium ſeculorum, duo ex his exempla retuliſſe. Pyrrhus impetus ſui terrore ſoluto, ac jam Epiroticis armis [2] languentibus, benevolentiam populi Rom. [3] mercari, quia [4] virtutem debilitare nequiverat, cupiens; penè totum regiarum opum apparatum in urbem noſtram transtulerat. Ceterum cùm & magni pretii, & varii generis à legatis ejus, tam virorum quam feminarum apta uſui munera circa [5] domos ferrentur, nulla cuiquam dono janua patuit. [6] Tarentinæque petulantiæ [7] animoſus magis quàm efficax defenſor, haud ſcio majore cum gloria hujus urbis moribus, quam armis [8] repulſus ſit. [9] In illa quoque [10] procella, quam C. Marius & L. Cinna reip. inflixerant, abſtinentia populi Roman. mirifica conſpecta eſt. Nam cùm à ſe [11] proſcriptorum [12] penates vulgi manibus diripiendos objeciſſent; inveniri potuit nemo, qui è civili jactura prædam peteret. Unus enim quiſque ſe ab [13] his perinde ac à [14] ſacris ædibus abſtinuit. Quæ quidem tam [15] miſericors continentia plebis, tacitum [16] crudelium victorum convitium fuit.

1 Quæ contigerunt in plebe Romanâ ſæculis multum inter ſe diſtantibus.
2 Deſperabant enim de victoriâ.
3 Mercibus & donis emere.
4 Populi Romani.
5 Civium Romanorum.
6 Tarentinorum, qui per petulantiam Romanorum in ſe arma excitarant.
7 Quia multa auſus nihil effecit.
8 Q. d. non minùs glorioſum eſſe continentiâ tali ejus dona reſpuiſſe, quam armis ejus vires contudiſſe.
9 Adfert ſecundum exemplum continentiæ populi Romani temporibus Caii Martii, & Lucii Cinnæ, qui voti compotes in civili bello contra Syllam inimicorum opes volentibus diripiendas propoſuerant: ſed non ſunt inventi qui vellent.
10 Vi perturbationum. A *percellendo* dicta eſt *procella*, eò quòd omnia *percellat*, id eſt, pervertat.
11 *Proſcribere* idem eſt, atque publicè fixo libello aliquid edicere & denuntiare. Hinc *proſcribi bona* dicuntur, cùm fixis publicè libellis, venditio eorum bonorum in diem certam edicitur & ſignificatur: hinc *proſcripti*, quorum nomina palam in foro ſcripta exſtabant ut ad necem quærerentur, præmio percuſſori, & ſupplicio occultatori propoſito. Ergo *proſcriptorum*, id eſt, per ſcriptum prævium morti, ubicunque reperirentur, addictorum.
12 Deos familiares, & quicquid in eorum cuſtodiâ erat, id eſt, omnes facultates.
13 Penatibus, & ædibus proſcriptorum
14 Templis Deorum.
15 Quia more miſericordiâ in proſcriptos, abſtinuerunt manus ab eorum bonis.
16 Marii & Cinnæ.

## EXTERNA.

1 [1] Ac ne [2] ejuſdem laudis commemorationem [3] externis invideamus: Pericles Athenienſium princeps, cùm tragœdiarum ſcriptorem Sophoclem in Prætura collegam haberet, atque [4] is [5] publico officio [6] una diſtrictus, prætereuntis ingenui pueri formam [7] impenſioribus verbis laudaſſet: intemperantiam [8] ejus increpans, dixit: Prætori non ſolum manus à pecuniæ lucro, ſed etiam oculos à libidinoſo aſpectu continentes eſſe debere.

2 Sophocles autem ætate jam ſenior, cùm ab eo quidam quæreret, an [9] etiamnum rebus Venereis uteretur: [10] Dii meliora, inquit. Libenter enim iſtinc tanquam ex aliqua furioſa profugi dominatione.

3 [11] Æque abſtinentis ſenectæ Xenocratem fuiſſe accepimus; cujus opinionis non parva [12] fides erit narratio, quæ ſequitur. Phryne [13] nobile Athenis ſcortum juxta eum [14] vino gravem [15] in pervigilio accubuit, pignore cum quibuſdam juvenibus [16] poſito, an temperantiam ejus corrumpere [17] poſſet: Quam [18] nec tactu, nec ſermone aſpernatus, quoad voluerat in ſinu ſuo morari, [19] irritam propoſiti dimiſit. Factum ſapientia imbuti animi abſtinens; ſed [20] meretriculæ quoque dictum perquam [21] facetum. Deridentibus enim [22] ſe adoleſcentibus, quia tam formoſa, tamque [23] elegans [24] poti ſenis animum illecebris pellicere non potuiſſet, [25] pactumque victoriæ pretium flagitantibus: de homine ſe cum [26] iis, non de ſtatua pignus [27] poſuiſſe, reſpondit. Poteſt ne

1 Tranſit ad externa.
2 Ob continentiam aut abſtinentiam.
3 Populis aut hominibus.
4 Sophocles.
5 Ad præturam pertinente.
6 Pariter cum Pericle occupatus, detentus.
7 Nimis impenſis & accuratis.
8 Sophoclis.
9 Tunc adhûc.
10 Sc. *dent mihi facienda.*
11 Æqualiter, ut Sophocles fuit.
12 Approbatio.
13 Famoſa meretrix: nam *nobile* notum dicimus.
14 Hoc dicit ad exaggerandam ejus continentiam: nam vinum magnum eſt libidinis irritamentum: & quò magis quis vino & cibo incaluerit, tantò faciliùs in libidinem ſolvi ſolet. Undè Ter. *Sine Cerere & Libero friget Venus.*
15 Totius noctis vigiliâ. 16 Depoſito. 17 Phryne. 18 Quia permiſit ſe ab eâ tangi. 19 Fruſtra am in propoſito. 20 Phrynes. 21 Jocoſum. 22 Phrynen. 23 Eleganti cultu. 24 Ebrii. 25 De quo convenerant paciſcendo. 26 Adoleſcentibus. 27 Depoſuiſſe.

hæc

hæc Xenocratis continentia à quoquam magis vere, magiſque proprie demonſtrari, quam ab ipſa meretricula [1] expreſſa eſt? Phryne pulchritudine ſua, nulla ex parte conſtantiſſimam [2] ejus [3] abſtinentiam labefecit.

Quid [4] rex [5] Alexander? an [6] divitiis eum quatere potuit? ab illo quoque ſtatuam & quidem æque fruſtra tentatam putes. Legatos ad [7] eum cum aliquot talentis [8] miſerat, quos in [9] Academiam perductos, ſolito ſibi, id eſt, modico apparatu, & admodum parvulis [10] copiis [11] excepit. [12] Poſtero die [13] interrogantibus, cuinam annumerari [14] pecuniam vellet; Quid [15] vos, inquit, [16] heſternâ cœnâ non intellexiſtis [17] eâ me nòn indigere? Ita [18] rex [19] philoſophi amicitiam [20] emere voluit: Philoſophus regi [21] ſuam vendere noluit.

4 Alexander verò cognomen [22] invicti [23] aſſecutus, continentiam Diogenis [24] Cynici vincere non potuit: Ad [25] quem cùm [26] in ſole ſedentem [27] acceſſiſſet, hortareturque, ut ſiqua ſibi vellet præſtari, indicaret: quemadmodum erat in [28] crepidine collocatus, [29] ſordidæ appellationis, ſed [30] robuſtæ vir [30] præſtantiæ: [31] Mox, inquit, de ceteris: interim [32] à ſole mihi velim non obſtes. Quibus verbis illa nimirum inhæſit ſententia: Alexander Diogenem [33] gradu ſuo divitiis pellere tentat; [34] celerius [35] Darium [36] armis. [37] Idem Syracuſis,

1 Quæ Xenocratem ſtatuam eſſe dixit.
2 Xenocratis.
3 Ab illicitâ Venere.
4 Macedoniæ.
5 Scilicet *fecit*, aut *potuit in eum?*
6 Offerendo divitias Xenocratem concutere & movere à continentiæ aut abſtinentiæ virtute potuit?
7 Xenocratem.
8 Rex.
9 Eam partem Athenarum, ubi Plato inſtituit literarum gymnaſia, cùm prius deſertus fuiſſet locus.
10 Facultatibus.
11 Hoſpitio cepit.
12 Poſtridiè ejus diei.
13 Legatis.
14 Quam dono ab Alexandro attulerant.
15 Scilicet *interrogatis* aut *paratis facere?*

16 Quam illis appoſuerat. 17 Pecuniâ. 18 Alexander. 19 Xenocratis. 20 Oblatâ pecuniâ. 21 Amicitiam. 22 Invincibilis 23 Virtute & felicitate bellicâ. 24 Quia canino more vivebat, & rabidè, ut canes, in hominum vitia oblatrabat. 25 Diogenem. 26 Et ita apricantem. 27 Alexander. 28 Prærupti ſaxi altitudine. 29 Quia Cynicæ, id eſt, caninæ. 30 Fortitudinis animi. 31 Statim, ſc. indicabo tibi. 32 Præripias mihi ſolem. 33 Conceptæ paupertatis, & libertatis nulli obnoxiæ. 34 Sc. *gradu ſuo pellat.* 35 Perſarum regem. 36 Sc. *ſuis.* 37 Diogenes.

cum [1] olera ei lavanti [2] Ariſtippus dixiſſet; Si Dionyſium [3] adulare velles, [4] iſta non eſſes. Imo, inquit, ſi tu iſta eſſe velles, non adulares Dionyſium.

1 Herbas, quibus veſceretur. 2 Philoſophus, qui, verſabatur in Dionyſii tyranni aulâ. 3 Aſſentari, blandiri Notandum hic obiter, multa verba, idem ſignificantia, in activâ & paſſivâ voce inveniri: ut *Populo, as*; & *Populor, aris*; *Reverto, is*; & *Rever-eris*; ſic *Adulo, as*; & *Adulor, aris*: & tam cum Accuſativo, quam cum Dativo conſtruitur. 4 Vilia olera non ederes, manducares.

## CAP. IV.

## DE PAUPERTATE LAUDATA.

1 P. Valerii Poplicolæ.
2 Agrippæ Menenii Lavati.
3 C. Fabricii Luſcini, & Q. Æmilii Papi.
4 Ducum ex agris ad magiſtratus accerſitorum,
5 C. Atilii Reguli Serrani Coſ.
6 M. Atilii Reguli Procoſ.
7 L. Quintii Cincinnati Dict.
8 Æliæ familiæ.
9 Q. Ælii Tuberonis, & L. Æmilii Pauli.
10 Cn. Cornelii Scipionis,
11 M. Æmilii Scauri.

1 MAxima ornamenta eſſe matronis liberos, apud Pomponium Rufum [2] Collectorum libro ſic invenimus: [3] Cornelia Gracchorum mater, cùm [4] Campana matrona apud illam [5] hoſpita, ornamenta ſua illo ſeculo pulcherrima oſtenderet: [6] traxit eam ſermone, quouſque è ſchola redirent [7] liberi: Et hæc, inquit, ornamenta mea ſunt. [8] Omnia nimirum habet, [9] qui nihil concupiſcit: eò quidem [10] certiùs, quam qui cuncta poſſidet: Quia domi-

1 In hoc capite paupertatis laudes celebrantur: commemoratis clariſſimorum virorum exemplis, qui in paupertate cum ſummâ dignitate & gloriâ vixerunt. Oſtendit autem hanc in honore apud Romanos diu habitam fuiſſe: quod hic Valerius probat cum multis aliis, tum Corneliæ, Gracchorum matris, exemplo. 2 Eorum, quæ ex variis hiſtoriis collegit. 3 Tiberii Gracchi uxor, & ſuperioris Africani filia, mater Tiberii & Caii Gracchorum. 4 Ex regione illa Italiæ oriunda. 5 Hoſpitio ſuſcepta. 6 Protraxit & tenuit eam hoſpitam. 7 Filii ejus. 8 Laudat frugalitatem ejus ætatis. 9 Qui ſuis contentus eſt, ſicut Cornelia. 10 Sc. *omnia poßidet*, qui nihil concupiſcit.

nium rerum [1] collabi ſolet, bonæ mentis [2] uſurpatio nullum [3] triſtioris fortunæ recipit incurſum. Itaque quorſum attinet, aut divitias in prima felicitatis parte, aut paupertatem in ultimo miſeriarum ſtatu ponere? cùm & [4] illarum frons hilaris multis intus amaritudinibus ſit referta: & [5] hujus horridior aſpectus [6] ſolidis & [7] certis bonis abundet. [8] Quod melius perſonis, quam verbis repræſentabitur.

1 Regio imperio propter nimiam [9] Tarquinii [10] ſuperbiam finito, conſulatus initium Valerius Poplicola cum Junio Bruto [11] auſpicatus eſt. [12] Idemque poſtea tres conſulatus [13] acceptiſſimos populo Rom. geſſit: & plurimorum ac maximorum operum [14] prætextu; titulum [15] imaginum ſuarum amplificavit: cum interim [16] faſtorum illud [16] columen patrimonio ne ad [17] exequiarum quidem impenſam ſufficiente [18] deceſſit: ideoque publica pecunia [19] ductæ ſunt. [20] Non attinet ulteriore diſputatione tanti viri paupertatem ſcrutari: abundè enim patet, quid vivus poſſederit, cui mortuo [21] lectus funebris, & [22] rogus defuit.

2 Quantæ amplitudinis Agrippam Menenium fuiſſe arbitremur, quem ſenatus & plebs [23] pacis inter ſe faciendæ auctorem legit? Quantus ſcilicet eſſe debuit [24] arbiter publicæ ſalutis. Hic niſi à populo collatis in [25] capita [26] ſex-

1 In ruinam tendere. Nam (ut inquit Salluſtius) *divitiarum & formæ gloria fluxa atque fragilis eſt: virtus, clara æternaque habetur.*
2 Per uſum continuum aſſuefactio.
3 Adverſæ.
4 Divitiarum.
5 Paupertatis.
6 Integris.
7 Non amiſſibilibus.
8 Paupertatem certis bonis abundare.
9 Sc. Superbi.
10 Qua in patriam, alioſque cives, in Lucretiam per filium uſus eſt.
11 Auſpicio confecutus eſt: quia nihil apud majores publicè, neque privatim, niſi priùs captis auſpiciis gerebatur.
12 Valerius Poplicola.
13 Quia utiliſſimos.
14 Inſculptione aut ratione.
15 Tituli enim aut in ſtemmate, aut in ſtatuis, aut picturis ponebantur. 16 Poplicolam *Faſtorum columen*, id eſt, præcipuum & ſummum decus, indigitat, quia primus Conſul fuit, aut quia in faſtis, ubi nomina Conſulum, & quæ ſub eis geſta erant, ſcribebantur, præcipuum locum obtinebat. Sunt enim *faſti* libri, in quibus Romani omnes magiſtratus & annua geſta deſcribebantur. 17 Explementi officii funebris ſumptum. 18 Ab hac vitâ. 19 Exequiæ. 20 Nihil facit ad rem. 21 Quo effertur cadaver ad ſepulchrum. 22 Pyra exſtructa ad comburendum cadaver. 23 Concordiæ. 24 Conciliator. 25 Sc. *ſingula.* 26 Duabus unciis æris. *Sextans* enim eſt ſexta pars aſſis, id eſt, libræ.

tantibus

[ſtipe collata â civibus con]tribuentibus funeratus eſſet, ita pecuniæ inops deceſſit, ut ſepulturæ honore caruiſſet. Verum idcirco pernicioſa ſeditione [1] dividua civitas, manibus Agrippæ [2] in unum contrahi voluit: quia [3] eas pauperes quidem, ſed [4] ſanctas animadverterat: [5] Cujus ut [6] ſuperſtitis [7] nullum fuit, [8] quod in cenſum deferretur, ita & [9] extincti, hodieque ampliſſimum eſt patrimonium [10] Romana concordia.

3 In C. verò Fabricii, & Q. Æmilii Papi principum ſæculi ſui domibus argentum fuiſſe confitear oportet: uterque enim [11] patellam Deorum, & [12] ſalinum habuit. Sed eò lautior Fabricius, quòd patellam ſuam [13] corneo pediculo ſuſtineri voluit. Papus quoque ſatis [14] animosè, qui cùm hæreditatis nomine [15] ea accepiſſet, [16] religionis causâ abalienanda non putavit.

4 [17] Illi etiam [18] prædivites, qui ab [19] aratro accerſebantur ut Coss. fierent, voluptatis causâ ſterile atque [20] æſtuoſiſſimum [21] Pupiniæ ſolum verſabant: delitiarumque ignari, [22] vaſtiſſimas glebas plurimo cum ſudore [23] diſſipabant: Imò verò quos pericula reip. imperatores aſſerebant, [24] anguſtiæ rei [25] familiaris ([26] quid ceſſo proprium nomen veritati reddere?) [27] bubulcos fieri cogebant.

5 Atilium autem qui ad eum accerſendum à

1 Diviſa.
2 Ad concordiam reduci.
3 Manus ejus.
4 Impollutas rapinis.
5 Menenii Agrippæ.
6 Dùm viveret.
7 Patrimonium.
8 Quod ſcriberetur, dùm cenſus fieret.
9 Mortui.
10 Quicquid per concordiam Romanam, quam ille conciliavit, partum eſt, illius cenſeri poteſt patrimonium, ob gloriam, quæ illi ex eâ debetur.
11 Vas patens, in quo mola, id eſt, farina cum ſale offerebatur. Eſt autem Diminutivum à *patina*.
12 Vaſculum, in quo ſal erat.
13 Fulcro ſeu ſuſtentaculo facto in modum pedum ex cornu.
14 Sc. *egit*.
15 Patellam & ſalinum.
16 Quia putavit contra religionem ſe facturum, ſi, quæ ad uſum Deorum majores applicuiſſent, ipſe ſive ſuâ impensâ ea aſſecutus ad privatum uſum eorum pretia diſtraxiſſet.
17 Sc. qui ſequuntur; ut Attilius, qui ab agris accitus ad conſulatum venit, ut Quinctius Cincinnatus.
18 Quantum ad magnitudinem animi.
19 Inſtrumento quo terram arabant.
20 Æſtui Solis maximè ſubjectum.
21 Loci haud procul ab urbe Romá. Erat autem locus maximè ſterilis.
22 Maximas.
23 Frangebant in minutas particulas.
24 Sc. *&* *quos anguſtiæ, &c.*
25 Domeſticæ.
26 Quid vereor eos proprio nomine appellare?
27 Boum [pa]ſtores: nam in Italiâ bobus arabant.

ſenatu miſſi erant ad imperium populi Rom. ſuſcipiendum, [1] ſemina ſpargentem viderunt: ſed illæ [2] ruſtico opere attritæ manus ſalutem publicam ſtabilierunt: ingentes hoſtium copias peſſundederunt. [3] Quæque [4] modò arantium boum jugum rexerant, triumphalis currus habenas retinuerunt: nec fuit [5] iis rubori, [6] eburneo [7] ſcipione depoſito, agreſtem [8] ſtivam aratri repetere. Poteſt pauperes conſolari Atilius, ſed multò magis docere locupletes, quam non ſit neceſſaria ſolidæ laudis cupidini nimis anxia divitiarum [9] comparatio.

6 [10] Ejuſdem nominis & ſanguinis Atilius Regulus primi Punici belli [11] gloria, cladeſque maxima: cùm in Africa [12] inſolentiſſimæ Carthaginis opes crebris victoriis [13] contunderet, [14] prorogatum ſibi ob bene geſtas res in proximum annum imperium [15] cognoſſet; conſulibus ſcripſit, [16] villicum in agello, quem ſeptem jugerum in [17] Pupinia habebat, mortuum eſſe, [18] occaſionemque nactum [19] mercenarium, amoto inde ruſtico inſtrumento [20] diſceſſiſſe. [21] Ideoque petere, ut ſibi ſucceſſor mitteretur, ne deſerto agro, non eſſet unde uxor ac liberi ſui alerentur. [22] Quæ poſtquam ſenatus à Coss. [23] accepit, & agrum Atilii illicò [24] colendum locari, & alimenta conjugi ejus ac liberis præberi, [25] reſque, quas amiſerat, redimi [26] publice juſſit. [27] Tanti ærario noſtro virtutis Atilianæ exemplum, quo omnis ætas Romana gloriabitur, [28] ſtetit.

1 Serentem: undè dictus eſt *Seranus*.
2 Sc. *Faciendo*.
3 Et quæ manus.
4 Paulò antè.
5 Manibus triumphalibus.
6 Baculo ac ſceptro ex ebore facto, quem triumphantes tenuerant.
7 Baculo: undè *Scipiones* dicti ſunt Cornelii ab eo Cornelio, qui patrem cæcum ducens per urbem, dictus eſt patris *Scipio*, id eſt, baculus.
8 Directorium ſive manubrium illud in curvum, quod manibus tenetur arando.
9 Acquiſitio.
10 Cum Attilio Calatino jam dicto. Adfert exemplum paupertatis Atilii Reguli.
11 Quia primus & præcipuè Carthaginenſes fregit.
12 Superbiſſimæ.
13 Frangeret, debilitaret. Tranſlatio à cuſpide ferri: fuit autem Regulus primus, qui ad Africam obſidendam profectus eſt. 14 Extenſum. 15 Cognoviſſet. 16 Villæ curatorem. 17 Agro illo. 18 Ob mortem villici. 19 Operarium bubulcum, quem villicus mercede conduxerat. 20 A villâ illius. 21 Sc. *ſcripſit ſe*. 22 Scripta à Regulo. Liberalitatem Senatus oſtendit. 23 Intellexit. 24 Ut colatur. 25 Inſtrumenta ruſtica. 26 Publicâ impenſâ. 27 Tanto pretio. 28 Tantummodò reponebatur ex ærario neceſſariis Attilii.

7 [1] Æqua

7 [1] Æque magna [2] latifundia L. Quinctii Cincinnati fuerunt : ſeptem enim jugera agri poſſedit : ex hiſce [3] tria, quæ pro amico ad ærarium obſignaverat, [4] mulctæ nomine amiſit. Pœnam quoque pro [5] filio Cæſone, quòd [6] ad cauſam dicendam non occurriſſet, hujus agelli reditu ſolvit. Et tamen ei [7] quatuor jugera aranti, non ſolum dignitas patris familiæ [8] conſtitit, ſed etiam dictatura delata eſt. Anguſtè ſe habitare nunc putat, cujus domus [9] tantum patet, [10] quantum Cincinnati rura patuerunt.

8 Quid Ælia familia, [11] quam locuples? ſexdecim eodem tempore Ælii fuerunt, quibus una domuncula erat [12] eodem loci, [13] quo nunc ſunt [14] Mariana monimenta : & unus in agro Vejente [15] fundus, [16] minus multò cultores deſiderans, [17] quam dominos habebat. Inque Maximo & [18] Flaminio [19] ſpectaculi locus: quæ quidem loca ob virtutem [20] publicè donata poſſidebant.

9 [21] Eadem gens nullum ante ſcrupulum argenti habuit, [22] quam Paullus, Perſe rege devicto, Q. Ælio Tuberoni genero ſuo quinque pondo argenti ex præda donaret. Taceo enim quod [23] princeps civitatis filiam ei [24] nuptum dedit, cujus penates tam [25] jejunos pecunia videbat : Quin ipſe quoque adeo inops [26] deceſſit, ut niſi fundus, quem unum reliquerat, [27] veniiſſet; uxor ejus, dotem unde reciperet, non [28] extitiſſet. [29] Animi virorum & fœminarum vigebant in civitate: eorumque

1 Ut Attilii Reguli.
2 Arva latifundii.
3 Jugera.
4 Pœnæ indictæ amico illius.
5 Quintii.
6 Ad defendendum ſe.
7 Nam alia tria obſignaverat ærario.
8 Salva fuit.
9 Per tot jugera extenditur.
10 Id eſt, in quatuor tantum jugera.
11 Sc. *fuit*, id eſt, quantum loci poſſedit?
12 In eodem loco.
13 Sc. *loci*.
14 Quæ Marius in ſui memoriam exſtruenda curaverat.
15 Sc. *eſt*.
16 Pauciores.
17 Quia ſexdecim, id eſt, adeò anguſtus eſt, ut multò paucioribus poſſet cultoribus coli, quàm dominos haberet.
18 Ubi Circenſes ludi edebantur.
19 Ad ſpectandos ludos locus eſt.
20 A magiſtratu.
21 Ælia. Proſequitur enim hujus Æliæ gentis continentiam paupertatemque deſcribere. Eadem, inquit, gens nunquam in domo ſuâ argentum habuit, ſed primùm in eam domum tranſlatum fuit à Q. Ælio Tuberone.
22 Antequam Paulus Æmilius, &c.
23 Paulus Æmilius.
24 In matrimonium.
25 Exhauſtos.
26 Mortuus eſt.
27 Venditus fuiſſet.
28 Superfuiſſet.
29 Docet unde provenerit, quòd tantus paupertati ſit honos habitus.

bonis, dignitatis æſtimatio [1] cunctis in rebus ponderabatur: [2] Hæc imperia conciliabant, hæc jungebant affinitates: hæc in [3] foro, hæc in [4] curia, hæc [5] intra privatos parietes plurimum poterant. Patriæ enim [6] rem unuſquiſque, non ſuam augere properabat: [7] pauperque in divite, quam dives in paupere imperio verſari malebat. [8] Atque huic tam præclaro propoſito illa merces reddebatur, quòd nihil eorum, [9] quæ virtuti debentur, emere pecunia licebat, inopiæque illuſtrium virorum [10] publicè ſuccurrebatur.

10 [11] Itaque cum [12] ſecundo Punico bello Cn. Scipio ex Hiſpania ſenatui ſcripſiſſet, [13] petens ut ſibi ſucceſſor mitteretur, quia filiam virginem [14] adultæ jam ætatis haberet, neque [15] ei ſine ſe dos [16] expediri poſſet: ſenatus, ne reſpub. bono duce careret, [17] patris ſibi partes deſumpſit: conſilioque uxoris, ac propinquorum Scipionis conſtituta dote, ſummam [18] ejus ex ærario [19] erogavit, ac puellam nuptum dedit. Dotis [20] modus XI. millia æris fuit: In quo non ſolum humanitas Patrum conſcriptorum, ſed etiam [21] habitus veterum patrimoniorum cognoſci poteſt. Namque adeò fuerunt [22] arcta, ut Tatia Cæſonis filia maximam dotem ad virum X. millia æris attuliſſe viſa ſit: & [23] Megullia, quia cum quinquaginta millibus æris mariti domum intravit, Dotatę cognomen invenerit. [24] Ideo ſenatus Fabricii Luſcini, Scipioniſque filias [25] ab indotatis nuptiis liberali-

1 Sive Magiſtratus demandando, ſive filias collocando.
2 Bona animi.
3 Judiciali.
4 Senatorum.
5 In ſuâ cujuſque domo.
6 Utilitatem, commodum.
7 Malebant ut pauperes dives imperium regerent, quam divites exiguum haberent imperium. Fruſtrà enim privata defenduntur, ſi publica amittuntur.
8 Quia occurrebat illud, ſi pauperes erant, quomodo id facere poterant? Reſpondet, ſi privati non poterant, publicè pecuniam accipiebant.
9 Ut ſunt magiſtratus & honores.
10 Ex publico ærario.
11 Probat exemplis, quòd pecunia erogabatur his, qui reipublicæ intenti ſibi ſuis opibus ſuccurrere non poterant.
12 Tempore ſecundi belli Punici.
13 A Senatu.
14 Maturæ viro, quæ jam nubilis eſſet.
15 Filiæ ſuæ.
16 Expeditè aſſignari
17 Subivit officia, quę pater debet in locandâ filiâ.
18 Dotis.
19 Deprompſit.
20 Menſura.
21 Status.
22 Exigua patrimonia.
23 Virgo Romana.
24 Alia ſubjungit exempla, quibus oſtendat & principum Romanorum paupertatem, & Senatus liberalitatem, quâ erga principes ſuos virtute præſtantes, ſed inopiâ laborantes, uſus eſt.
25 Ne dicantur veluti in ſervitutem ſine dote nuptui datæ.

tate ſua [1] vindicavit : quoniam paternæ hæreditati, præter [2] opimam gloriam', nihil erat quod [3] acceptum referrent.

11 M. autem Scaurus quantulam à patre hæreditatem acceperit, in primo libro eorum, quos de vita ſua ſcripſit, refert : Ait enim ſibi decem ſola [4] mancipia, totumque cenſum quinque atque triginta millium nummum relictum. In hac penuria ille futurus ſenatus princeps nutritus eſt [5] ſpiritus.

[6] Hæc igitur exempla reſpicere, his acquieſcere ſolatiis debemus, [7] qui parvulos cenſus noſtros nunquam querelis vacuos eſſe ſinimus. Nullum aut [8] admodum [9] parvi ponderis argentum, [10] paucos ſervos, [11] ſeptem jugera [12] aridæ terræ, [13] indigentia domeſticâ impenſâ funera, [14] inopes dotum filias; ſed egregios conſulatus, mirificas dictaturas, innumerabiles triumphos cernimus. Quid ergo mediam fortunam, quaſi præcipuum generis humani malum, diuturnis convitiis [15] laceramus? [16] quæ ut non abundantibus, ita fidis uberibus Poplicolas, Æmilios, Fabricios, Curios, Scipiones, Scauros, hiſque paria robora virtutis aluit. Exurgamus [17] potius animis, pecuniæque aſpectu [18] debilitatos ſpiritus [19] priſtini temporis memoria recreemus : Namque per Romuli [20] caſam, perque veteris Capitolii humilia tecta, & æternos [21] Veſtæ focos, fictilibus [22] etiamnum vaſis contentos juro; nullas divitias [23] talium virorum paupertati poſſe præferri.

1 Liberavit, Præſervavit.
2 Fœcundam, aut ſimilem illi, quam quis olim ex opimis ſpoliis nanciſci ſolebat.
3 Faterentur ſe accepiſſe.
4 Servos.
5 Animus, Scauri.
6 Virorum & principum Romanorum, qui in exiguo erant cenſu. Concludit hoc de paupertate capitulum cum invectione quadam in eos, qui divitiis magis inhiantes, quam honoribus, conqueri nunquam deſinunt, quòd parva poſſideant; & ſe cum illis connumerat, ut tolerabilior habeatur invectio: nos, inquit, conſolemur aviditatem noſtram ejuſmodi virorum exemplis.
7 Qui nunquam deſiſtimus conqueri parvitatem cenſus noſtri. 8 Valdè. 9 Sicut in Æliorum familiâ. 10 Sicut Fabricii, Papirii, Scauri. 11 Ut Quinctii & Reguli. 12 Utpote in Pupinia. 13 Non habentia undè domi ſumantur impenſæ, niſi ex publico deprompt æſſent: ut in Valerii Publicolæ, & M. Menenii Agrippæ funere. 14 Ut Attilii Fabricii, Luſcini, Scipionis. 15 Inceſſimus. 16 Fortuna. 17 Expergiſcamur potiùs, quam lamentemur. 18 Nihil eſt enim, quod magis viriles animos enervet, quam cupiditas pecuniæ. 19 Quo paupertas in honore fuit. 20 Tugurium. 21 Quibus ignis ſervabatur ſempiternus. 22 Adhùc. 23 Quales jam dicti ſunt in paupertate vixiſſe.

## CAP. V.

# DE VERECUNDIA.

| | EXTERNORUM. |
|---|---|
| 1 Populi Romani. | |
| 2 C. Terentii Varronis *Cos.* | |
| 3 Cicereji candidati. | |
| 4 L. Licinii Craſſi candidati. | 1 Spurinæ Etruſci. |
| 5 C. Pomp. Magni Proc. | 2 Legatorum Spartanorum. |
| 6 Julii Cæſaris Dictatoris. | |

1 A [2] qua [3] tempeſtivus ad verecundiam tranſitus videtur. [4] Hæc enim juſtiſſimis viris præcepit, ut [5] privatas facultates negligerent, [6] publicas quam ampliſſimas eſſe cuperent. Digna cui perinde [7] atque [8] cœleſti numini extruantur templa, aræque conſecrentur: quia [9] parens eſt omnis honeſti conſilii, [10] tutela ſolennium officiorum, magiſtra innocentiæ, [11] chara proximis, [12] accepta alienis, omni loco, omni tempore favorabilem [13] præ ſe ferens vultum,

1 [14] Sed ut à laudibus ejus [15] ad facta veniamus, [16] A condita Urbe uſque ad Africanum, & Ti. Longum Coss. [17] promiſcuus ſenatui & populo ſpectandorum ludorum locus erat: nun-

1 Valerius ad capitulum de Verecundiâ tranſiturus, præfationem quandam præmittit: laudat autem verecundiam, multis clarorum virorum, qui hac virtute præditi fuerunt, exemplis in medium prolatis. Eſt autem *Verecundia timor quidam pudoris contrahendi.* Ariſt. Eth 4.
2 Paupertate.
3 Opportunus, & ſuo tempore factus, ne abruptus eſſe videatur. 4 Verecundia. 5 Divitias proprias. 6 Facultates ſc. 7 Veluti. 8 Deæ alicui cœleſti, id eſt, ut tanquam Dea colatur. 9 Mater. 10 Cuſtos, quia qui verecundus eſt, non audet in officiis quicquam committere, quod dedecus habeat & reprehenſionem mereatur. 11 Quia omnes diligunt verecundum hominem, & contrà oderunt inverecundum. 12 Grata & jucunda. 13 Signis quibuſdam indicans. 14 De verecundiâ plebis Romanę primum ponit exemplum, quæ præcipuè patuit eo die, quo L. Flaminius in extremâ parte theatri conſtitit. 15 Ad ea quæ fecit, id eſt, per eum facta ſunt. 16 A conditione urbis Romæ. 17 Confuſus, ſine dignitatis diſcrimine, plebeji Patribus permixti ſpectabant.

quam

quam tamen quiſquam ex plebe [1] ante Patres conſcriptos in [2] theatro ſpectare [3] ſuſtinuit: Adeò [4] circumſpecta noſtræ civitatis verecundia fuit. [5] Quæ quidem certiſſimum [6] ſui documentum etiam illo die exhibuit, quo L. Flaminius extrema in parte theatri conſtitit. Quia à M. Catone & L. Flacco Cenſoribus ſenatu [7] motus fuerat, conſulatus [8] jam honore deſunctus, frater etiam T. Flaminii, Macedoniæ Philippique victoris: [9] Omnes enim eum tranſire in locum [10] dignitati ſuæ debitum coëgerunt.

2 [11] Confregit rempublicam Terentius Varro [12] Cannenſis pugnæ temerario ingreſſu: [13] idem delatam ſibi ab univerſo ſenatu & populo dictaturam recipere [14] non ſuſtinendo, pudore culpam [15] maximæ cladis [16] redemit. Effecitque ut [17] clades Deorum iræ, [18] modeſtia [19] ipſius moribus [20] imputaretur. Itaque [21] titulo imaginis ejus [22] ſpecioſius [23] non recepta dictatura, quam aliorum [24] geſta adſcribi poteſt.

3 Nos autem ad præclarius verecundiæ opus tranſgrediamur. Magna cum invidia fortuna [25] Prætoriis comitiis Africani [26] ſuperioris filium Cn. Scipionem, & [27] Scribam Cicerejum [28] in campum deduxerat; atque nimis [29] impotens ſermone vulgi carpebatur, quod [30] tanti viri ſanguinem [31] clientelamque [32] comitiali certamine [33] confuderat. Ceterum [34] crimen

1 Sedens in priori loco, quam P.C.
2 Communi ſpectaculo.
3 Sibi permiſit.
4 Provida.
5 Civitas noſtra.
6 De ſe, id eſt, de verecundiâ ſuâ.
7 Pulſus.
8 Priuſquam è Senatus collegio pelleretur.
9 Populi.
10 Id eſt, Senatorium.
11 Labefecit Remp. Romanam.
12 Ubi Annibal ipſum temerè congreſſum ſuperavit.
13 Terentius Varro.
14 Recuſando.
15 Apud Cannas acceptæ.
16 Purgavit.
17 Apud Cannas accepta, id eſt, ut putetur clades accepta non propter culpam Imperatoris, ſed propter iram Deorum, ſe ulciſci de populo Romano volentium.
18 Verecundia.

19 Varronis. 20 Adſcriberetur. 21 Imaginibus enim res geſtæ adnotabantur. 22 Honeſtius. 23 Eò quòd non eſt ab eo præ verecundiâ recepta. 24 Eò quòd ab illis geſta ſit. Q. d. Honeſtius eam depoſuit, quam alii geſſêre. 25 Convocationibus populi ad creandum Prætorem. 26 Prioris aut Majoris. 27 Qui ſcribendi miniſterio victitabat. 28 Martium, ubi comitia habebantur, id eſt fecerat competitores præturæ. 29 Inſolens, ſc. *fortuna*. 30 Scipionis ſuperioris filium. 31 Quia Cicerejus cliens erat. 32 Faciendo eos præturam icompetere. 33 Commiſcuerat. 34 Quo omnes fortunam criminabantur.

ejus in ſuam laudem Cicerejus convertit. Nam [1] ut vidit [2] omnibus ſe centuriis Scipioni anteferri, [3] templo deſcendit, abjectaque [4] candida toga [5] competitoris ſui ſuffragatorem agere cœpit: ut ſcilicet Præturam [6] melius [7] Africani memoriæ concederet, quàm ſibi [8] vendicaret. [9] Nec minimum eſt verecundiæ pretium: [10] Scipio tunc [11] honorem adeptus eſt, [12] Cicerejo tamen magis gratulati ſunt.

4 [13] Ac ne protinus comitiis abeamus, conſulatum petens L. Craſſus, cùm omnium [14] candidatorum more circum forum ſupplex populo ire cogeretur, nunquam adduci potuit, ut [15] id, præſente Q. Scævola, graviſſimo & ſapientiſſimo viro ſocero ſuo, faceret. Itaque rogabat eum, ut à ſe, [16] dum [17] ineptæ rei deſerviret, diſcederet: [18] majorem verecundiam dignitatis [19] ejus, quam [20] candidæ togæ ſuæ, reſpectum agens.

5 Pompejus autem Magnus [21] Pharſalica acie victus, à Cæſare, cùm [22] poſtero die [23] Lariſſam intraret, oppidique illius univerſus populus obviam ei proceſſiſſet: Ite, inquit, & iſtud [24] officium [25] præſtate victori. Dicerem, non dignus qui vinceretur, niſi à Cæſare ſuperatus eſſet, certè modeſtus in calamitate. Nam quia dignitate ſua uti jam non poterat, uſus eſt verecundia.

6 [26] Quam præcipuam in C. quoque Cæſare fuiſſe, & ſæpenumero apparuit, & [27] ultimus ejus dies ſignificavit. Compluribus enim

1 Poſtquam. 2 Ab omnibus centuriis, quia centuriata erant comitia. 3 Ex loco Marti conſecrato, id eſt, campo Martio, quod templum erat: nuſquam enim cum populo agi licebat, niſi in loco ſacro, & omnis locus ſacer *templum* dicitur. 4 Quâ competitores ſemper amiciebantur. 5 Ejus, cujus competitor fuerat paulò antê, fautorem in præturâ obtinendâ exhibere ſe cœpit. 6 Decentiùs. 7 Superioris, patroni ſui. 8 Propriam faceret. 9 Maximum: nam ſibi magno conſtitit: quia præturam amiſit, ut ſervaret verecundiam Africani. 10 Cnæus. 11 Præturæ. 12 Ut qui plus obtinuerit gloriæ per verecundiam, quam obtinuiſſet per preturam. 13 Ut referamus plura verecundię exempla in comitiis. 14 Caudidis veſtibus magiſtratum petentium. 15 Tam ſupplex ambiret. 16 Donec. 17 Tali ſupplicationi. 18 Plus venerationis autoritati Scævolæ, quam magiſtratui, quem petebat, præſtitiſſe videtur. 19 Soceri ſui. 20 Quæ exigebat, ut, ſi ſuffragiis juvari vellet, ſupplex populum ambiret. 21 Pharſalicâ pugnâ, id eſt, in campis Philippicis, juxta Pharſaliam urbem Theſſaliæ. 22 Proximo poſt pugnam ſecuto. 23 Theſſaliæ urbem. 24 Honorificum, quod mihi facitis. 25 Exhibere Cæſari. 26 Verecundiam. 27 In terris.

[1] parricidarum violatus mucronibus, inter ipſum illud tempus, quo [2] divinus ſpiritus mortali [3] diſcernebatur à corpore, ne tribus quidem & viginti vulneribus, [4] quin verecundiæ [5] obſequeretur, abſterreri potuit: Siquidem utrâque togam manu [6] demiſit, ut inferiori parte corporis tectâ [7] collaberetur. [8] In hunc modum non homines [9] expirant, ſed Dii immortales [10] ſedes ſuas repetunt.

## EXTERNA.

1 Quod ſequitur, [11] externis adnectam, qũia ante geſtum eſt, [12] quam Etruriæ civitas daretur. Excellentis in [13] ea regione pulchritudinis adoleſcens nomine Spurina, cùm mira [14] ſpecie complurium fœminarum illuſtrium [15] ſollicitaret oculos, ideoque viris ac parentibus earum ſe ſuſpectum eſſe ſentiret; [16] oris decorem [17] vulneribus confudit, deformitatemque [18] ſanctitatis ſuæ [19] fidem, quam formam irritamentum alienæ libidinis eſſe maluit.

2 [20] Athenis quidam [21] ultimæ ſenectutis, cùm ſpectatum ludos in theatrum veniſſet, eumque nemo è civibus [22] ſeſſum reciperet; ad Lacedæmoniorum legatos fortè pervenit. Qui hominis ætate moti, canos ejus & annos aſſurgendi officio venerati ſunt, ſedemque ei inter ipſos honoratiſſimo loco dederunt. Quod ubi fieri [23] populus aſpexit, maximo [24] plauſu [25] alienæ urbis verecundiam comprobavit. Ferunt tunc unum è Lacedæmoniis dixiſſe: Ergo Athenienſes, quid ſit rectum, ſciunt, ſed id facere negligunt.

1 Caſſii, Bruti, & aliorum, qui eum occidendo, Patrem patrię occiderunt.
2 Quia Cæſar inter Deos dicitur eſſe tranſlatus.
3 Separabatur.
4 Ut non.
5 Inſerviret.
6 Deorſum miſit uſque ad talos, ad tegenda crura & partes pudendas.
7 Caderet. Suetonius: *Cæſar* inquit, *ubi animadvertit ſe undique ſtrictim pugionibus peti, togâ caput obvolvit, ſimul ſiniſtrâ manu ſinum ad ima crura deduxit, quò honeſtiùs caderet, etiam inferiore corporis parte velatâ.*
8 Qui ſic tam prudenter cadunt.
9 Emoriuntur.
10 Cœleſtes ſc.
11 Exemplis.
12 Antequam Hetruſci cives Romani fierent, & ita tunc externi erant.
13 Hetruriæ.
14 Formoſitate ſuâ.
15 Quia quocunque incederet, mulieres in eum oculos conjiciebant, & movebantur earum animi.
16 Faciei. 17 Quæ ſibi intulit. 18 Caſtitatis: ut omnes crederent eum caſtum. 19 Approbationem. 20 Apud Athenienſes. 21 Summæ. 22 Ad ſedendum. 23 Athenienſis. 24 Applauſu. 25 Lacedæmoniæ.

## CAP. VI.

# DE AMORE CONJUGALI.

Cujus EXEMPLA Romana ſunt.

1 Ti. Gracchus major.
2 C. Plautius Numida.
3 M. Plautius.
4 Julia C. F. Cn. Magni.
5 Porcia, M. F. M. Bruti.

EXTERNA.

1 Artemiſia Mauſoli regis.
2 Hipſicratea Mithridatis regis.
3 Lacænæ Minyarum.

[1] A Placido, & leni affectu, ad æque honeſtum, verum aliquanto ardentiorem & [2]concitatiorem pergam: [3]legitimique amoris, quaſi quaſdam imagines, non ſine maxima veneratione contemplandas lectoris oculis ſubjiciam; [4] valenter inter conjuges [5] ſtabilitiæ fidei opera percurrens, ardua imitatu, ceterum cognoſci utilia. Quia [6] excellentiſſima animadvertenti, ne mediocria quidem præſtare, [7] rubori oportet eſſe.

1 Ti. Gracchus [8] anguibus domi ſuæ [9] mare ac fœmina [10] apprehenſis, [11] certior factus ab aruſpice, mare dimiſſo, [12] uxori ejus; [13] fœminâ, [14] ipſi celerem obitum [15] inſtare: ſalutarem conjugi potius, quam ſibi partem augurii ſecutus, marem necari, fœminam dimitti juſſit: [16] ſuſtinuitque in conſpectu ſuo ſe ipſum interitu [17] ſerpentis occidi. Itaque Corneliam neſcio utrum feliciorem dixerim, quòd [18] ta-

1 Utpotè à verecundiâ. Tranſit enim ad capitulum de amore conjugali, ubi eorum narrantur exempla, qui indiſſolubili inter ſe dilectionis nexu fuerunt copulati: ſed more ſuo laudat in hac præfatione talem animorum affectum.
2 Vehementiorem.
3 Conjugalis: quia certa lege confœderati ſunt vir & uxor. Quicquid autem lege tenetur, *legitimum* dicitur.
4 Potenter inter virum & uxorem fidelitatis conſtantis opera curſim narrans. 5 Quia non ad tempus amarunt, & ad tempus deſtiterunt. 6 Scilicet opera amoris conjugalis conſideranti & legenti. 7 Pudori. Q. d. Verè eſt ardua, quia quæ in aliis magna & ſolennia recognoſcit, erubeſcit, ſi ipſe mediocria non præſtet. 8 Scilicet *duobus*. 9 Maſculo. 10 Captis. 11 Edoctus. 12 Corneliæ. 13 Scilicet dimiſsâ. 14 Sibi. 15 Imminuêre. 16 Et paſſus eſt. 17 Maſculi. 18 Qui pro illâ mori voluerit.

lem

lem virum habuerit, an miſeriorem, quòd [1] amiſerit. [2] O te Theſſaliæ rex Admete crudelis, & diri facti crimine ſub magno [3] judice damnatum! [4] qui [5] conjugis tuæ [6] fata pro tuis permutari paſſus es, eaque, [7] ne tu extinguereris, voluntario obitu conſumpta, [8] lucem intueri potuiſti. Et certe prius parentum [9] indulgentiam tentaveras, [10] fœmineo animo impar inventus.

2 [11] Vilior [12] Graccho [13] iniquæ fortunæ [14] victima, quamvis ſenatorii vir ordinis C. Plautus Numida, ſed in [15] conſimili amore, par exemplum: Morte enim uxoris audita, [16] doloris impotens, pectus ſuum gladio percuſſit. Interventu deinde domeſticorum [17] inceptum exequi prohibitus, [18] colligatuſque, ut primum [19] occaſio data eſt, [20] ſciſſis faſciis, & vulnere [21] divulſo, conſtanti dextera ſpiritum luctus acerbitate permiſtum, ex ipſis præcordiis & viſceribus hauſit. Tam violenta morte teſtatus, quantum maritalis flammæ [22] illo pectore clauſum habuiſſet.

3 Ejuſdem ut nominis, ita [23] amoris quoque M. Plautius. Nam cùm imperio ſenatus claſſem ſociorum [24] ſexaginta navium in Aſiam reduceret, Tarentumque appuliſſet, atque ibi uxor ejus Oreſtilla, quæ illùc eum proſecuta fuerat, morbo preſſa deceſſiſſet; [25] funeratâ eâ, atque [26] in rogum impoſita, inter officium [27] ungendi, & oſculandi, ſtricto

1 Sc. *talem virum.*
2 Per aptam Apoſtrophen interſerit externum exemplum, ſed contrarium, ſc. Admeti Theſſaliæ regis, qui uxorem pro ſe mori ſuſtinuit.
3 Apolline.
4 Qui paſſus es uxorem tuam pro te mori.
5 Alceſtis.
6 Mortem.
7 Quia oportuit aliquem pro eo mori.
8 Hujus vitæ.
9 Nimiam in te inclinationem ſollicitaveras, an velint pro te mori.
10 Uxoris tuæ, quæ pro te mori voluit, cum tu pro parentum ſalute, quos pro te mori ſollicitaveras, nec pro tuâ neceſſitate, quia ſemel moriendum erat, mori velles.
11 Qui tantæ dignitatis fuit. Ex comparatione ejuſdem Gracchi infert alterum exemplum.
12 Tiberio.
13 Quem fortuna iniqua ad mortem impulit.
14 Sc. *fuit.*
15 Conjugali.
16 Non petens perferre tantum dolorem.
17 Perficere necem ſui.
18 Et habens vulnus, quod ſibi in pectore fecerat, ab illis ligatum
19 Per abſentiam domeſticorum.
20 Diruptis panniculis, linteis, quibus vulnus ligatum erat.
21 Adaperto.
22 Quod ſic percuſſit ac divellit.
23 Ejuſdem conjugalis ſc.
24 Quæ claſſis ſexaginta complexa eſt naves.
25 Funebri pompâ inſtructâ.
26 In ignem incenſum imponenda.
27 Sc. *cadaveris.* Apud veteres enim cadavera pretioſis quibuſdam unguentis deliniebantur, & in rogis multa ſimul aromata cum cadaveribus cremabantur, Virg. 6. Æn. de Miſeno: *Corpuſque lavant frigentis & ungunt.*

ferro incubuit. [1] Quem amici, ſicut erat, togatum & calceatum corpori conjugis junxerunt: ac deinde [2] ſubjectis facibus, [3] utrumque unà cremaverunt. Quorum ibi factum ſepulchrum Tarenti etiamnum conſpicitur, quod vocatur [4] ΤΩΝ ΦΙΛΟΥΝΤΩΝ. [5] Nec dubito, quin, ſi quis modo extinctis ſenſus ineſt, Plautius, & Oreſtilla, [6] fati conſortione geſtientes, vultus [7] tenebris intulerint: Sane ubi idem & maximus honeſtiſſimus amor eſt, aliquanto præſtat morte jungi, quam vita [8] diſtrahi.

4 [9] Conſimilis affectus Juliæ C. Cæſaris filiæ [10] annotatus eſt. Quæ cùm [11] ædilitiis comitiis Pompeji Magni [12] conjugis ſui veſtem cruore reſperſam è [13] campo domum relatam vidiſſet; territa metu, ne qua ei vis eſſet allata, [14] exanimis concidit, [15] partumque, quem utero conceptum habebat, ſubita animi [16] conſternatione & gravi dolore corporis ejicere coacta eſt. Atque [17] ita expiravit, magno [18] quidem cum totius terrarum orbis [19] detrimento: [20] cujus tanquillitas tot civilium bellorum truculentiſſimo furore perturbata non eſſet, ſi Cæſaris & Pompeji concordia [21] communis ſanguinis vinculo conſtricta manſiſſet.

5 Tuos quoque caſtiſſimos [22] ignes Portia, M. Catonis filia, cuncta ſæcula debita admiratione proſequuntur: Quæ cum apud [23] Philippos [24] victum & interemptum virum tuum Brutum cognoſceres, quia [25] ferrum non dabatur, ardentes ore carbones [26] haurire non dubitaſti, muliebri ſpiritu virilem [27] patris exitum

1 M. Plautium, qui ſe interemerat.
2 Ab inferiori parte injectis.
3 Tam maritum, quam uxorem.
4 Duorum amantium,
5 Loquitur ſecundum Epicureos, qui dicebant multum ſenſum remanere poſt mortem, ſed morte omnia pariter cum corpore extingui.
6 Ob conjunctionem ac ſortitionem ſimilem mortis exultantes, & geſtu gaudia ſua prodentes.
7 Inferni.
8 Diſſolvi, ſejungi.
9 Affectui prædictorum in amore conjugali.
10 Obſervatus & inventus eſt.
11 Quibus creabantur, ſeu creandi erant ædiles.
12 Mariti.
13 Martio ubi comitia habebantur.
14 Sine animæ, id eſt, vitæ ſigno, id eſt, mortua.
15 Fœtum.
16 Perturbatione.
17 In tali dolore vitam efflavit.
18 Certè.
19 Quia poſt hujus mortem ſecuta bella civilia inter Cæſarem & Pompejum, quæ totum terrarum orbem gravi clade concuſſerunt.
20 Orbis terrarum ſc.
21 Sc. *liberorum Juliæ*, ſi abortivum non emiſiſſet partum.
22 Amores. Virg. *Et cæco carpitur igni*, id eſt, amore.
23 Sc. *campos*, in Theſſaliâ.
24 Ab Antonio & Auguſto.
25 Inſtrumentum ferreum, quo te occidere poſſis.
26 In os tuum & guttur ingerere.
27 Catonis qui ſe apud Uticam interſecerat.

imitata.

imitata. Sed neſcio an [1] hoc fortius, quòd [2] ille [3] uſitato, [4] tu novo genere mortis [5] abſumpta es.

## EXTERNA.

1 [6] Sunt & [7] alienigeni amores juſti, obſcuritate ignorantiæ non obruti; è quibus paucos [8] attigiſſe ſatis erit. Gentis Cariæ regina Artemiſia virum ſuum Mauſolum [9] fato abſumptum quantoperè deſiderarit, [10] leve eſt, poſt conquiſitorum omnis generis honorum, [11] monimentique [12] uſque ad ſeptem miracula provecti, [13] magnificentiam, [14] argumentari. Quid enim aut [15] eos colligas, aut de illo inclyto tumulo loquare, cùm ipſa [16] Mauſoli vivum ac [17] ſpirans ſepulchrum fieri concupierit, eorum teſtimonio, qui illam [18] extincti oſſa [19] potioni aſperſa bibiſſe tradunt?

Hipſicratea quoque [20] regina Mithridatem [21] conjugem ſuum [22] effuſis charitatis habenis amavit: propter quem præcipuum [23] formæ ſuæ decorem in habitum virilem convertere voluptatis loco habuit: [24] Tonſis enim capillis equo ſe & armis aſſuefecit, quò faciliùs laboribus & periculis [25] ejus intereſſet. Quin etiam [26] victum à Cn. Pompejo per [27] efferatas gentes fugientem, animo pariter & corpore infatigabili ſecuta eſt: [28] Cujus tanta fides aſperarum atque difficilium rerum Mithridati maximum ſolatium, & jucundiſſimum lenimentum fuit: cum domo enim & penatibus vagari ſe credidit, [29] uxore ſimul exulante.

2 Verùm quid [30] Aſiam, quid barbariæ im-

1 Sc. *feceriſ*. 2 Pater tuus, Cato Uticenſis, ſc. *abſumptus eſt*. 3 Quia multi ſibi ferro vitam ademerunt. 4 Suffocando ſpiritum, carbonibus in os congeſtis. 5 De medio viventium ſublata. 6 Tranſit ad externa: quorum primum eſt Artemiſiæ reginæ, uxoris Mauſoli, regis Cariæ. 7 Aliundè geniti, externi. 8 Paucis abſolviſſe. 9 Morte ablatum. 10 Facile. 11 Sepulchri. 12 Eouſque, ut inter ſeptem mundi miracula numeraretur. 13 Magnificam impenſam. 14 Probare. 15 Honores omnis generis conquiſitos. 16 Mariti ſui. 17 Spiritum vitalem ducens. 18 Mariti. 19 Potui ſuo. Q. d. non poſſe fortius argumentum adferri. 20 Ponti. 21 Maritum ſuum. 22 Latè extenſis: ſicut equus effuſis habenis latè excurrit. 23 Muliebris. 24 More virili. 25 Mariti ſui. 26 Maritum. 27 Crudeles. 28 Uxoris. 29 Eò quod uxor ſimul exularet. 30 In quâ fuit Artemiſia.

menſas

menſas ſolitudines, quid [1] latebras Pontici ſinus ſcrutor? cum ſplendidiſſimum totius Græciæ decus [2] Lacedæmon, præcipuum uxoriæ fidei [3] ſpecimen noſtris oſtentet oculis, plurimis & maximis patriæ ſuæ laudibus admiratione facti comparandum.

3 [4] Minyæ, quorum origo ex inclyto ſociorum [5] Jaſonis numero Lemniorum in inſula [6] concepta, per aliquot ſeculorum [7] vices [8] ſtabili in ſede manſerat, à Pelaſgis [9] expulſi armis, alienæ opis indigi, excelſa [10] Taygetorum montium [11] juga ſupplices occupaverant. Quos [12] Spartana civitas recepit [13] reſpectu Tyndaridarum. Namq; in illo nobilis famę [14] navigio [15] deſtinatum ſideribus par fratrum fulſerat: deductoſque [16] inde, [17] legibus commodiſque ſuis immiſcuit. Sed hoc tantum beneficium in injuriam bene [18] meritæ urbis, regnum affectantes, [19] verterunt. Igitur publicæ [20] cuſtodiæ incluſi, [21] capitali ſervabantur ſupplicio: [22] Quod cum vetere inſtituto Lacedæmoniorum nocturno tempore paſſuri eſſent conjuges, eorum [23] illuſtris [24] ibi ſanguinis, velut allocuturæ [25] perituros viros, impetrato à cuſtodibus aditu, carcerem intraverunt; [26] commutataque veſte per ſimulationem doloris, velatis capitibus eos abire paſſæ ſunt. Hoc loco quid aliud adjecerim, quam [27] dignas fuiſſe, quibus Minyæ nuberent?

1 Sinum Pontici maris, in quo Hipſicratea, Mithridatis uxor, fuit.
2 Sparta: nam Lacedæmonii aliquando Græcorum principes fuerunt ſubactis Athenienſibus.
3 Experimentum. Cleombroti uxorem intelligere videtur.
4 Populi Theſſaliæ, qui unà cum Jaſone & cæteris Argonautis ad inſulam Colchos navigarunt ad aureum vellus rapiendum.
5 Ad vellus aureum tendentis.
6 Simul hoſpitio accepta ab Hipſipyle, regina Lemni.
7 Viciſſitudines.
8 Inhabitatione firmâ.
9 E Lemno.
10 Montes ſunt Laconiæ inter Lacedæmona & mare poſiti.
11 Summitates.
12 Lacedæmon. 13 Ob reſpectum Caſtoris & Pollucis, qui etiam cum Argonautis fuerunt, filii Jovis & Ledæ Leda verò Tyndari uxor fuit: quæ cum Jove ſub cygni formâ concubuit, & gemina peperit ova, ex quorum altero nati ſunt Pollux & Caſtor, ex altero Helena & Clytemneſtra. Ergo Tyndarus non verus, ſed putativus pater fuit. 14 De quo multi ſcripſerunt. 15 A Diis ſc. ut inter ſidera collocarentur Caſtor & Pollux: ubi *geminos* ſignum conſtituunt. 16 Ex illis montibus. 17 Id eſt, civitate donavit. 18 De ſe, id eſt, de Lacedæmoniis. 19 Minyæ. 20 In carcere 21 Donec de illis ſupplicium capitale ſumeretur. 22 Supplicium. 23 Quia natæ ex nobiliſſimis Lacedæmoniorum erant. 24 Apud Lacedæmonem. 25 Eâ nocte. 26 Cum maritis. 27 Lacænas

CAP.

# CAP. VII.

## DE AMICITIÆ VINCULO.

### QUO JUNCTI ROMANI.

1 Ti. Sempronius Gracchus cum C. Bloſio.
2 Sempronius Gracchus cum Pomponio & Lætorio.
3 L. Rheginus cum Q. Servilio Cæpione.
4 T. Volumnius cum M. Lucullo.
5 L. Petronius cum P. Cælio.
6 Ser. Terentius cum D. Bruto.
7 C. Lælius cum Scipione, & M. Agrippa cum Auguſto.

### EXTERNI.

1 Damon cum Pythiâ.
2 Alexander Magnus cum Epheſtione.

1 Contemplemur nunc amicitiæ vinculum, potens & [2] prævalidùm, neque ulla ex parte [3] ſanguinis viribus [4] inferius. [5] Hoc etiam certius & exploratius, quod [6] illud naſcendi fors, fortuitum opus, [7] hoc uniuſcujuſque [8] ſolido judicio incoacta voluntas contrahit. Itaque [9] celerius eſt ſine reprehenſione propinquum [10] avertere, quam amicum: quia [11] altera [12] diremptio [13] iniquitatis, [14] altera utique [15] levitatis crimini ſubjecta eſt. Cùm enim deſerta ſit futura vita hominis nullius amicitiæ [16] cincta præſidio, tam neceſſarium ſubſidium [17] temere aſſumi non debet: ſemel autem recte

1 Sc. poſt amorem conjugalem. Non diſcedit à conſuetudine ſuâ Valerius, ut ad cap. de Amicitiâ tranſiturus, præfationem præmittat, in qua laudes ejus, & ſtatum, in quo magis eniteat, præſcribit. Eſt autem *Amicitia*, ut à Cicerone definitur, *divinarum humanarumque rerum cum benevolentiâ & charitate ſumma conſenſio.* Salluſtius verò, *Idem velle, atque idem nolle, veram eſſe dixit amicitiam.* 2 Præ cæteris validum. 3 Conſanguinitatis. 4 Debilius, aut minus, ſed potius anteponendum. 5 Proptereà etiam firmius & evidentius. 6 Vinculum ſanguinis. 7 Vinculum amicitiæ. 8 Integro. 9 Facilius. 10 Contemnere. 11 Sc. propinquitatis. 12 Separatio. 13 Quia conſanguineos jure negare non potes. 14 Sc. amicitiæ diremptio. 15 Inconſtantiæ & ſtultitiæ. 16 Munita, ſepta. 17 Inconſideratè.

apprehenſum ſperni non convenit. [1] Sinceræ verò fidei amici præcipuè [2] in adverſis rebus cognoſcuntur : in quibus quicquid præſtatur, totum à conſtanti benevolentia [3] proficiſcitur. [4] Felicitatis cultus, [5] majore ex parte adulationi, quàm charitati erogatus, certè ſuſpectus eſt: perinde ac ſi plus ſemper petat, quam impendat. [6] Accedit hùc, quod [7] infractæ fortunæ homines, magis amicorum ſtudia deſiderant, vel [8] præſidii, vel ſolatii gratia. Nam læta quidem, & proſpera negotia, utpote cum divina [9] ſuffragatione foveantur, [10] humanâ minus indigent. [11] Tenacius igitur eorum nomina poſteritatis memoria apprehendit, qui adverſos amicorum caſus non deſeruerunt; quam qui proſperum vitæ curſum comitati ſunt. [12] Nemo de [13] Sardanapali familiaribus loquitur. Oreſtes [14] Pylade pene amico, quàm [15] Agamemnone patre, notior eſt. Siquidem [16] illorum amicitia in [17] conſortione deliciarum & luxuriæ [18] contabuit: [19] horum duræ atque aſperæ conditionis ſolatium, ipſarum miſeriarum experimento enituit. Sed quid externa attingo, cùm domeſticis prius liceat uti?

1 Inimicus [20] patriæ fuiſſe Ti. Gracchus exiſtimatus eſt; nec immeritò, quia potentiam ſuam ſaluti [21] ejus [22] prætulerat. Quam conſtantis tamen fidei amicum etiam in hoc tam pravo propoſito C. Bloſium [23] Cumanum

1 Puræ, & non ſimulatæ. Oſtendit autem, in quibus amicitia præcipuè emineat. 2 Nullum enim veræ amicitiæ teſtimonium certius & majus eſſe poteſt, quam in adverſis rebus ſemper amicis adeſſe. 3 Oritur. 4 Hominis felicis veneratio. 5 Magis. 6 Additur, adjungitur ad hujus dicti approbationem. 7 Valdè fractæ. Nam *in* auget hoc loco. 8 Protectionis. 9 Favore. 10 Suffragatione ſc. 11 Firmiùs. 12 Incipit exemplo probare; quod ultimo loco dixit. 13 Regis ultimi Aſſyriorum, qui uſque ad mortem, quam ſibi viriliter intulit, ſemper in deliciis vixerat. 14 Qui ipſum in adverſis non deſeruit, ſed furentem in Tauricam uſque regionem proſecutus eſt. 15 Qui tamen ſummus Imperator in exercitu Grçcorum antè Trojam fuit. 16 Familiarium Sardanapali. 17 Simili uſurpatione. 18 Putruit. 19 Oreſtis & Pyladis. 20 Romæ. Nam duo Gracchi, Tiberius & Cajus fratres, ob graviſſimas ſeditiones, quas in populo ſuis legibus excitabant, hoſtes à Senatu judicati fuerunt, & uterque à nobilitate cæſus, alter à Naſicâ, alter ab Opimio. 21 Patriæ. 22 Pluris æſtimaverat. 23 A Cumis, civitate Campaniæ, juxta Baias.

habuerit, [1] operæ pretium eſt cognoſcere. [2] Hoſtis [3] judicatus [4] ultimo ſupplicio affectus, ſepulturæ honore ſpoliatus, benevolentia tamen [5] ejus non caruit. Nam cum ſenatus Rupilio, & Lænati conſulibus mandaſſet, ut in eos, qui cum Graccho conſenſerant, [6] more majorum animadverterent; & ad Lælium, cujus conſilio præcipuè conſules utebantur, [7] pro ſe Bloſius deprecatum veniſſet, [8] familiaritatiſque excuſatione uteretur, atque [9] is dixiſſet, [10] Quid ſi te Gracchus templo Jovis Opt. Max. faces [11] ſubdere juſſiſſet; obſecuturuſne voluntati [12] illius, propter iſtam, quam [13] jactas familiaritatem, fuiſſes? Nunquam iſtud, [14] inquit, Gracchus imperaſſet, [15] Satis, imò etiam [16] nimium: totius namque ſenatus conſenſu damnatos mores defendere auſus eſt. Verum quod ſequitur, multò [17] audaciùs, multòque periculoſius: [18] compreſſus enim [19] perſeveranti interrogatione Lælii, in eodem conſtantiæ gradu ſtetit: ſeque etiam [20] hoc, ſi modò Gracchus annuiſſet, facturum reſpondit. Quis [21] illum ſceleratum putaſſet fuiſſe, ſi tacuiſſet? Quis non etiam ſapientem, [22] ſi pro neceſſitate temporis locutus eſſet? At Bloſius nec [23] ſilentio honeſto, nec [24] prudenti ſermone ſalutem ſuam, ne qua ex parte [25] infelicis amicitiæ memoriam deſereret, tueri voluit.

1 Utile.
2 Patriæ.
3 Ti. Gracchus.
4 Occiſus.
5 Bloſii amici ſui.
6 Id eſt, virgis cæſos, ſecuri ſubjiciendo.
7 Ne tibi noxæ daretur, quod cum Graccho conſenſerat.
8 Quam habuerat cum Graccho: ita ut ab eo diſſentire non potuiſſet.
9 Lælius.
10 Sc. dicis.
11 Immittere, injicere, ut Capitolium incenderes.
12 Gracchi.
13 Jactas. allegas pro tui defenſione.
14 Reſpondit Bloſius.
15 Bloſius (inquit Valerius) hoc uno reſponſo ſatis, & plus quam ſatis, amicitiam teſtatus erat, cùm illius mores defenderet, qui fuerant ab univerſo Senatu damnati.

16 *Sc. per hoc reſpondis.* 17 *Sc. eſt dictum.* 18 Bloſius conſtrictus, coactus: qui Lælius perſeveranti interrogatione illum urgebat. 19 Dicebat enim Lælius, eſto quòd nunquam iſtud Gracchus imperaſſet, ſi tamen imperaſſet, quid facturus fuiſſes? 20 Incendium Capitolii. 21 Bloſium. 22 Si dixiſſet ſe propter amicum nihil iniqui committere voluiſſe. 23 Quia honeſtè tacere potuit, propter vim amicitiæ, aut dicere, neſcio quid facturus fuiſſem. 24 Utpote reſpondendo ſe amicum coluiſſe. 25 Utpote unde nihil, niſi perniciem, tunc ſperare poterat.

2 [1] In eadem domo æque [2] robuſta conſtantis amicitiæ exempla [3] oboriuntur. Proſtratis enim jam & perditis [4] C. Gracchi conſiliis, rebuſque, cùm tota ejus [5] conſpiratio late [6] quæreretur, [7] deſertum omni auxilio, duo tantum amici, Pomponius & Lætorius, ab infeſtis & undique [8] ruentibus telis, [9] oppoſitu corporum ſuorum texerunt: Quorum Pomponius, quò [10] is faciliùs evaderet, [11] concitatum ſequentium agmen in porta [12] Trigemina aliquandiu acerrima pugna [13] inhibuit: nec [14] vivus [15] pelli potuit, ſed multis confectus vulneribus, tranſitum eis ſuper cadaver ſuum (credo etiam poſt [16] fata invitus) dedit. Lætorius autem in ponte Sublicio conſtitit, & [17] eum, donec Gracchus tranſiret, ardore ſpiritus ſui [18] ſenſit: ac vi jam multitudinis [19] obrutus, converſo [20] in ſe gladio, celeri ſaltu profundum Tiberis petiit: quamque in eo ponte charitatem [21] toti patriæ [22] Horatius Cocles exhibuerat, [23] unius amicitiæ [24] adjecta voluntaria morte, præſtitit. Quam bonos Gracchi, ſi aut [25] patris aut [26] materni avi [27] ſectam vitæ ingredi voluiſſent, habere milites potuerant! Quo enim impetu, qua perſeverantia animi [28] Bloſius, & [29] Pomponius, & [29] Lætorius trophæa ac triumphos [30] eorum adjuviſſent, furioſi [31] conatus tam ſtrenui comites! [32] ſiniſtris quidem auſpiciis amicitiæ

1 Erga eandem domum Gracchorum. Proſequitur amicitiam Pomponii & Lectorii, oſtenſam Cajo Graccho, Tiberii fratri.
2 Fortia.
3 Occurrunt memoriæ, ut deſcribantur.
4 Seditionem moventis.
5 Conſpiratorum collectio.
6 Inquireretur, aut ad ſupplicium quæreretur.
7 Deſtitutum.
8 In eum irruentibus.
9 Objectu.
10 C. Gracchus.
11 Ad curſum ſc. ſequentium Gracchum.
12 Per quam tergemini fratres Horatii exierunt contrà Curiatios, de ſummâ imperii certaturi, ut inter Imperatores convenerat.
13 Siſtere fecit.
14 Tantiſper dùm viveret.
15 Ab objectu.
16 Mortem ſuam. 17 Pontem. 18 Munivit. 19 Oppreſſus. 20 Ne vivus in hoſtium manus perveniret. 21 Romæ. 22 Qui Porſenæ regis exercitum tam diu ſolus ſuſtinuit in ponte, donec à tergo fractus pons, præcluſuſque hoſtibus aditus fuit. 23 Sc. *civis*, utpote C. Gracchi. 24 Cùm Cocles ſalvus enataverit. 25 Tiberii, Gracchi ſenioris. 26 Scipionis ſuperioris, cujus Cornelia, mater Gracchorum, erat filia. 27 Rationem vivendi ſequi voluiſſent. 28 Amicus Tiberii Junioris. 29 Amici C. Gracchi. 30 Gracchorum. 31 Gracchorum, contra Senatus decreta ſeditionem molientium. 32 Infauſtis certè inceptis, quia malum ſortita ſunt finem.

con-

conditionem ſecuti: ſed quò [1] miſeriora, hoc [2] certiora [3] fideliter cultæ nobilitatis exempla.

3 L. autem Rheginus, ſi ad [4] debitam publico miniſterio ſinceritatem [5] exigatur, poſteritatis convitio lacerandus: [6] ſi amicitiæ fido pignore æſtimetur, [7] in optimo laudabilis conſcientiæ portu relinquendus eſt. Trib. enim plebis Cæpionem in carcerem conjectum, quòd illius culpa exercitus noſter à Cimbris & Teutonis videbatur deletus, veteris arctæque [8] amicitiæ memor publica cuſtodia liberavit: nec [9] eatenus amicum [10] egiſſe contentus, etiam fugæ ejus comes acceſſit. [11] Pro magnum & inexuperabile tuum numen Amicitia! cum ex altera parte reſpublica manum injiceret, ex altera tua [12] illum dextera traheret: & [13] illa, ut [14] ſacroſanctus eſſe vellet, exigeret, tu exilium indiceres. Adeo blando uteris imperio, quòd is [15] ſupplicium [16] honori prætulerit.

4 [17] Admirabile hoc [18] opus tuum; ſed quod ſequitur, aliquantò laudabilius. [19] Recognoſce enim quouſque T. Volumnii conſtantem erga [20] amicum ſuum charitatem ſine ulla reipublicæ injuria evexeris: [21] qui ortus equeſtri loco, cum M. Lucullum familiariter coluiſſet, eumque M. Antonius, quia [22] Bruti & Caſſii partes ſecutus fuerat, interemiſſet: in magna fugiendi [23] licentia, [24] exanimi amico adhæſit; [25] hucuſque in lachrymas & gemitus profuſus, ut nimia [26] pietate cauſam ſibi mortis [27] accerſeret. Namque propter præcipuam

1 Sc. *ſunt*.
2 Quia in adverſitate faciliùs perſpicitur amicitia, quam in proſperitate.
3 Sc. per amicitiam.
4 Quia cum publicus eſſet carceris aſſervator, debebat eſſe fidelis.
5 Expetatur, poſtuletur.
6 Si factum ejus ſic conſideretur, ut dicatur amico fidelitatem exhibuiſſe.
7 Nequaquam eſt vituperandus.
8 Cum Scipione.
9 Uſque ad liberationem amici.
10 Exhibuiſſe ſe.
11 Exclamat in amicitiam, ejus vires extollendo.
12 Lucium Rheginum.
13 Reſpublica.
14 Inviolatus ſc. Lucius, cùm Tribunus plebis eſſet.
15 Exilium voluntarium, quod pro ſupplicio irrogari ſolebat.

16 Tribunitio 17 In Lucio Rhegino. 18 Sc. ô amicitia. 19 Perſtat in Apoſtrophe ad amicitiam. 20 M. Lucullum. 21 Volumnius. 22 Percuſſorum Cæſaris. 23 Facultate. 24 Manſit apud corpus amici Luculli interfecti. 25 Ad hunc finem. 26 In amicum ſuum, hoſtem Antonii. 27 Excitaret & provocaret.

& per

& perſeverantem [1] lamentationem ad Antonium pertractus eſt: [2] cujus poſtquam in conſpectu ſtetit, Jube me, inquit, Imperator, protinus ad Luculli corpus perductum occidi. Neque enim [3] abſumpto illo [4] ſupereſſe debeo, cum ei [5] infelicis militiæ [6] auctor extiterim. Quid hac fidelius benevolentia? mortem [7] amici [8] hoſtis odio [9] levavit, vitam ſuam [10] conſilii crimine [11] aſtrinxit: quòque [12] illum [13] miſerabiliorem redderet, ſe fecit [14] inviſiorem. Nec [15] difficiles Antonii aures habuit, ductuſque [16] quò voluerat, Luculli dextram avide oſculatus, [17] caput, quod abſciſſum jacebat, ſublevatum pectori ſuo applicavit; ac deinde [18] demiſſam cervicem [19] victoris gladio præbuit. [20] Loquatur nunc Græcia [21] Theſeum, nefandis [22] Pirithoi amoribus [23] ſubſcribentem, [24] Ditis ſe patris regnis commiſiſſe. [25] Vani eſt iſtud narrare, ſtulti credere. [26] Miſtum cruorem [27] amicorum, & [28] vulneribus innexa vulnera, mortemque morti inhærentem videre, hæc vera Romanæ amicitiæ [29] indicia; [30] illa [31] gentis, ad fingendum paratæ, [32] monſtro ſimilia mendacia.

5 L. quoque Petronius [33] hujuſce laudis conſortionem meritò vendicat: pari etenim & [34] inclytæ amicitiæ auſo par gloriæ portio auferenda eſt. Admodum humili [35] loco natus

1 Quam fecerat de morte Luculli.
2 Antonii.
3 Occiſo Lucullo.
4 Supervivere.
5 Quam infeliciter geſſit.
6 Hortator & inductor.
7 Luculli.
8 Antonii.
9 Deoneravit, id eſt, dicendo ſe Lucullo auctorem ſuſcipiendi belli in Antonium fuiſſe, tranſtulit odium Antonii ab illo in ſe.
10 Dati Lucullo.
11 Obligavit.
12 Amicum ſuum Lucullum.
13 Majori miſericordia dignum.
14 Magis inviſum hoſti.
15 Inexorabiles.
16 Sc. ad corpus Luculli.
17 Luculli.
18 Ut ferıretur.
19 Miſſi à victore.
20 Loquacitate ſolitâ extollat. Per occaſionem de Volumnio ſumptam infert exemplum externum, quaſi ad comparationem adductum. 21 Filium Ægei, regis Athenarum. 22 Amici ſui, qui Proſerpinam, Cereris filiam, & Plutonis, regis inferorum, uxorem deperibat. Undè cum eo Theſeus ad eam rapiendam deſcendit, ſed ambo capti dicuntur, & Theſeus tandem ab Hercule liberatus. 23 Aſtipulantem & ſuffragantem. 24 Deſcendiſſe ob amorem Pirithoi ad inferos. 25 Pertinet ad vanum, id eſt, mendacem. 26 Scilicet *ſed*. 27 Ut Bloſii, Pomponii, Lectorii & Volumnii. 28 Quia applicata ſunt vulnera poſteriùs cæſi, ad vulnera priùs cæſi. 29 Scilicet *ſunt*. 30 Quæ de Theſeo & Pirithoo fabulantur Græci. 31 Græcanicæ. 32 Sunt penitùs incredibilia. 33 Servatæ fideliter amicitiæ participationem jure ut propriam ſibi aſſumit. 34 Glorioſæ. 35 Domo.

ad

ad equeſtrem ordinem, & [1] ſplendidæ militiæ ſtipendia P. Cœlii beneficio pervenerat, [2] cui gratum animum, quia in [3] læta materia exhibere non contigerat, in ea, quam [4] iniquam fortuna eſſe voluit, cum multa fide [5] præſtitit. Erat ab Octavio conſule [6] Placentiæ præpoſitus Cælius: qua à [7] Cinnano exercitu capta, & [8] ſenior jam, & gravi [9] valetudine affectus, ne in poteſtatem hoſtium veniret, [10] ad auxilium dextræ Petronii confugit. [11] Quem [12] is ab incepto [13] conſilio fruſtra conatus abſtrahere, in [14] iiſdem perſeverantem precibus interemit, cædique [15] ejus [16] ſuam junxit: ne, [17] eo jacente, per quem omnia dignitatis incrementa aſſecutus fuerat, ſupereſſet. Ita [18] alterius fato [19] magnanimitas, [20] alterius [21] pietas [22] cauſam præbuit.

6 Jungendus eſt Petronio [23] Ser. Terentius, quanquam ei, ſicut cupierat, pro amico ſuo perire non contigit. [24] Incepto namque egregio, non irrito eventu, æſtimari debet; quia quantum in [25] illo fuit, [26] & ipſe extinctus eſt, & D. Brutus periculum mortis evaſit. [27] Qui fugiens à [28] Mutina, ut ad ſe interficiendum ab Antonio miſſos equites adveniſſe cognovit, quodam in loco [29] juſtæ pœnæ debitum ſpiritum tenebris [30] furari conabatur. [31] Eoque jam [32] facta irruptione, Terentius, fideli mendacio [33] obſcuritate ipſa [34] ſuffragante, Brutum ſe eſſe ſimulavit, & corpus ſuum trucidandum equitibus objecit. Verum cognitus à Furio, cui [35] Brutianæ ultionis officium [36] mandatum fuerat: [37] nece ſua amici ſuppli-

1 Egregiæ, qualis eſt equeſtris.
2 Cælio.
3 Læto objecto.
4 Virtuti ejus inæqualem.
5 Sc. *animum gratum*.
6 Civitati Galliæ Togatæ ad Trebiam amnem, in Padum influentem.
7 Quem Cinna ductabat.
8 Cælius ſc.
9 Infirmitate.
10 Ut Petronius, ejus amicus, ipſum occideret, ne ab hoſtibus occideretur.
11 Cælium.
12 Petronius.
13 Se interficiendi.
14 Ut ab eo, & non ab hoſte occideretur.
15 Cælii amici ſui.
16 Cædem, quia ſe ipſum quoque interemit.
17 Cælio interfecto.
18 Cælii neci.
19 Ne hoſti ſupplicare cogeretur.
20 Petronii.
21 Ne, amico interempto, ſuperviveret.

22 Occaſionem. 23 Amicus Decii Bruti. 24 Propter inceptum egregium. 25 Terentio. 26 Etiam, ut Petronius. 27 Decius Brutus. 28 Galliæ Togatæ oppido. 29 Ob interfectum Cæſarem. 30 A morte ſurripere. 31 Et ad eum locum. 32 Ab equitibus miſſis. 33 Loci. 34 Simulationem adjuvante. 35 De Bruto ſumendæ. 36 Ab Antonio. 37 Cæde.

cium diſcutere non potuit: Sic invitus fortuna cogente vixit.

7 [1] Ab hoc horrido & [2] triſti [3] pertinacis amicitiæ, ad lætum & ſerenum [4] vultum tranſeamus: atque eam [5] indè evocatam, ubi omnia lachrymis, gemitu, cædibus fuerant referta, in eo, [6] quo dignior eſt, felicitatis domicilio collocemus, gratia, honore, abundantiſſimiſque opibus fulgentem. Prodite igitur ab illa, quæ [7] ſanctorum umbris dicata eſſe creditur, [8] ſede, [9] hinc Decime Læli, [10] illinc M. Agrippa, [11] alter [12] virorum, [13] alter [14] Deorum maximum [15] amicum, & certa [16] mente, & [17] ſecundis ominibus ſortiti: [18] totumque beatæ turbæ gregem, qui veſtro [19] ductu veneranda ſinceræ fidei ſtipendia, laudibus & præmiis onuſtus, [20] peregit, in lucem nobiſcum protrahite: Veſtros enim conſtantes animos, veſtra ſtrenua [21] miniſteria, veſtram inexpugnabilem [22] taciturnitatem, proque dignitate & ſalute amicorum, [23] perpetuam excubationem, [24] teſtatiorem benevolentiam; & rurſus [25] harum rerum uberrimos fructus poſterior intuens ætas, in excolendo jure amicitiæ, quam libentius, tam etiam religioſius erit [26] operata.

1 Tranſiens ab amicitiâ, in rebus triſtibus oſtensâ, adfert duo paria amicorum, in rebus lætis ſummâ ſe benevolentiâ proſecutorum, Auguſti ſc. & Agrippæ, & Lælii ac Scipionis majoris.
2 Sc. *vultu*.
3 Perſeverantis ad mortem uſque.
4 Amicitiæ.
5 Ab eo loco.
6 Qui locus eſt amicitiæ magis debitus.
7 Propter Auguſtum, quem inter Deos Romani retulêre.
8 Cœleſti ſc.
9 Ex unâ parte.
10 Ex alterâ parte.
11 Tu ô Læli.
12 Scipionem.
13 Tu ô Agrippa.
14 Auguſtum.
15 In amicum.
16 Judicio, electione.
17 Proſperis futuræ vitæ præſagiis.

## EXTERNA.

1 [27] Hæret animus in domeſticis: ſed aliena quoque benefacta referre Romanæ urbis [28] candor hortatur. Damon & Pythias, Pytha-

18 Omnes alios feliciter amicitiâ uſos. 19 Auſpicio, præſidio. 20 Honeſtè pro obſervandâ ſincerâ fide militavit. 21 Mutua obſequia. 22 In celandis arcanis. 23 Continuam vigilantiam. 24 Magis comprobatam, quam cæterorum: aut valde comprobatam. 25 Quos ex his rebus, id eſt, ex hac obſervantiâ amicorum aſſecuti eſtis. 26 Exercita. 27 Fixus eſt. Q. d. Non poſſum à Romanis exemplis diſcedere: ſed ſplendor & fides Romana, aliis benefactis non invidens, me hortatur, ne exterorum charitatem & amicitiam ſilentio prætercam. 28 Puritas ab invidiâ.

gorica

goricæ prudentiæ ſacris [1] initiati, tam fidelem inter ſe amicitiam junxerant, ut cum alterum ex his Dionyſius [2] Syracuſanus interficere vellet, atque [3] is tempus ab [4] eo, quo priuſquam periret, domum profectus [5] res ſuas ordinaret, impetraviſſet: [6] alter [7] vadem ſe pro reditu [8] ejus tyranno dare non dubitavit. [9] Solutus erat periculo mortis, qui [10] modò cervices gladio ſubjectas habuerat; [11] eidem caput ſuum ſubjecerat, cui ſecurè vivere licebat. Igitur omnes, & imprimis Dionyſius novæ atque ancipitis [12] rei exitum [13] ſpeculabantur. Appropinquante deinde [14] definita die, nec [15] illo redeunte; unuſquiſque ſtultitiæ tam [16] temerarium ſponſorem damnabat. At [17] is nihil ſe de amici conſtantia metuere [18] prędicabat. Eodem autem momento, & hora à Dionyſio conſtituta, [19] qui eam acceperat, ſupervenit: Admiratus amborum animum [20] tyrannus, ſupplicium [21] fidei remiſit; [22] inſuperque eos rogavit, ut ſe in ſocietatem amicitiæ, tertium [23] ſodalitii gradum intima culturum benevolentia reciperent. [24] Hę ſane vires amicitię, [25] mortis contemptum ingenerare, vitæ dulcedinem extinguere, [26] crudelitatem manſuefacere, [27] odium in amorem convertere, pœnam beneficio [28] penſare potuerunt: [29] quibus pene tantum venerationis, quantum Deorum immortalium [30] ceremoniis debetur. [31] Illis enim [32] publica ſalus, [33] his

1 Solenni more inſtituti prudentiâ Pythagoræ Samii, & ad ejus profeſſionem recepti.
2 Sc. *tyrannus.*
3 Quem volebat interficere.
4 Dionyſio.
5 Domeſticas.
6 Amicorum.
7 Sponſorem.
8 Abeuntis.
9 Quia vadem dederat.
10 Paulò antè.
11 Periculo, aut gladio.
12 An alter rediret.
13 Exſpectabant tanquam è ſpeculâ.
14 Conſtitutâ à tyranno, ut rediret.
15 Qui abierat.
16 Improvidum.
17 Vas, aut ſponſor.
18 Palam dicebat.
19 Id eſt, qui abierat.
20 Dionyſius.
21 Propter fidem ſervatam: quia tam fidelem animum vitâ donavit.

22 Præterquam quod ſupplicium remiſit. 23 Juris ſocialis. 24 Laudat vires amicitiæ Valerius, quas divinitati propè ſimiles eſſe dicit. 25 Ut Lucius Petronius, & alii pro amicis mori non dubitarunt. 26 Ut Damon & Pythias, qui crudeliſſimum tyrannum lenierunt. 27 Ut idem Dioniſius, qui, quos morti deſtinaverat, paulò poſt orare cœpit, ut ſe tertium in eorum amicitiam reciperent. 28 Penſando commutare: ut Dionyſius, quia ubi pœnam ſumpturus erat, ſe amicum recipi orabat. 29 Viribus amicitiæ. 30 Sacris cultibus. 31 Ceremoniis Deorum. 32 Quia Dii omnium ſalutem tuentur. 33 Viribus amicitiæ.

1 privata

[1] privata continetur: [2] atque ut [3] illarum ædes ſacra [4] domicilia, ita [5] harum fida hominum pectora quaſi quodam ſancto ſpiritu referta templa ſunt.

2 Quod ita eſſe, rex Alexander [6] ſenſit. [7] Darii caſtris, in quibus omnes neceſſarii [8] ejus erant, potitus, Epheſtione gratiſſimo ſibi latus ſuum tegente, ad eos alloquendos venit. [9] Cujus adventu mater Darii [10] recreata, [11] humi proſtratum caput erexit, Epheſtionemque, quia [12] ei, & [13] ſtatura, & forma præſtabat, more Perſarum [14] adulata, [15] tanquam Alexandrum ſalutavit. Admonita deinde erroris, per ſummam [16] trepidationem [17] excuſationis verba quærebat. Cui Alexander; Nihil eſt, inquit, quòd [18] hoc nomine confundaris, nam & [19] hic Alexander eſt. [20] Utri prius [21] gratulemur? qui hoc dicere voluit, an cui audire contigit? Maximi enim animi Rex, etiam totum terrarum orbem aut [22] victoriis, aut [23] ſpe complexus, tam paucis verbis ſe cum [24] comite ſuo partitus eſt. O donum inclytæ vocis, danti pariter atque accipienti [25] ſpecioſum! [26] Quod [27] privatim quoque merito veneror, [28] clariſſimi ac diſertiſſimi [29] viri promptiſſimam erga me benevolentiam expertus. Nec metuo, ne parum [30] conveniat mihi Pompejum meum [31] inſtar eſſe Alexandri: cum [32] illi Epheſtio ſuus, alter fue-

1 Quia amici ſe invicem auxilio ſuſtentant.
2 Oſtendit non minùs venerandas eſſe vires amicitiæ, quam Deos ipſos.
3 Ceremoniarum.
4 Sc. *ſunt*.
5 Virium amicitiæ.
6 Judicavit.
7 Regis Perſarum.
8 Darii: utpote mater, uxor, & liberi.
9 Alexandri.
10 Refocillata. Nam humi proſtrata jacebat, captivitatem ſuam miſeramque fortunam deplorans: ſed ubi cognovit tantum regem ad ſe viſendam veniſſe, aliquantulùm recreata eſt.
11 Quod erat ſupplicum.
12 Alexandro.
13 Magnitudine.
14 Ad pedes provoluta: Perſæ enim reges ſuos adorant. 15 Tanquam eſſet Alexander. 16 Commotionem animi & corporis. 17 Quibus ſe purgaret. 18 Propter hoc factum aut errorem turberis. 19 Epheſtio. 20 Illorum duorum. 21 Gratam ejus nobis felicitàtem ſignificemus. 22 Acquiſitis, 23 Acquirendarum. 24 Epheſtione. 25 Pulchrum. 26 Donum inclytæ vocis Alexandri. Commemorat autem amicitiam ſuam cum Sexto Pompejo. 27 Meo nomine, meique commodi in conſimili re gratiâ. 28 Nobilitate, genere, & rebus geſtis. 29 Sexti Pompeji. 30 Conceditur & ſine controverſia fit. 31 Ad æquivalentiam. 32 Alexandro, id eſt, poſſum dicere Pompejum eſſe alterum me, cùm Alexander dixerit Epheſtionem eſſe alterum ſe.

rit Alexander. [1] Ego verò graviſſimo crimini ſim obnoxius, conſtantis & benignæ amicitiæ exempla ſine ulla ejus mentione tranſgreſſus: cujus in animo velut in parentum amantiſſimorum pectore, lætiòr vitæ meæ ſtatus viguit, triſtior acquievit. A quo omnium incrementa commodorum ultro oblata cepi: per quem tutior adverſus [2] caſus ſteti: qui ſtudia noſtra ductu & auſpiciis ſuis lucidiora & alacriora reddidit. Itaque [3] pavi [4] invidiam quorundam, optimi amici jactura, videlicet quia [5] fructu [6] torſeram: non quidem meo merito: gratiam meam, quantacunque fuit, cum his, qui ea uti voluerant, partitus. Verùm nulla tam [7] modeſta felicitas eſt, quæ [8] malignitatis dentes vitare poſſit. At quo [9] ſeceſſu quoſdam [10] fugeris, aut quibus [11] inſulis miſericordiæ [12] permulſeris; non cohibebis, ne alienis malis perinde ac bonis ſuis lætentur, ac [13] geſtiant. Divites ſunt aliorum [14] jacturis, [15] locupletes calamitatibus; [16] immortales funeribus. [17] Sed illi quatenus alienis incommodis, ſuorum adhuc expertes, [18] inſultent, optima [19] vindex inſolentiæ varietas humanæ conditionis viderit.

1 Videret graviter peccaſſe, & omni reprehenſione dignus eſſe, ſi commemoratis aliorum amicitiis, ſanctè & fideliter cultis, de meâ cum Pompejo nullam prorsùs mentionem fecero.
2 Qui provideri non poſſunt.
3 Nutrivi.
4 Cujus cibus adverſitas eſt.
5 Utilitate, quam cepi ab amico.
6 Cruciaveram.
7 Moderata.
8 Invidorum.
9 Secreto loco, ſegregatione à conſortio hominum.
10 Fugere velis.
11 Mitris & inſignibus. Eſt Tranſlatio ſumpta à ſacerdotibus, qui ornantur inſulis, quò venerabiliores fiant.
12 Mitigaveris.
13 Immoderatè exultent.
14 Damnis: ut quantum alii perdiderint, tantum ipſi lucrentur.
15 Cùm alios in calamitatibus poſitos viderint, tunc ſe fortunatos eſſe judicant.
16 Aliorum morte ſe immortales fieri.
17 Sed fortuna, inquit, quæ res humanas pro ſuâ libidine verſat, & variat, & omnis inſolentiæ eſt juſtiſſima ultrix; quouſq; patietur hos tam arrogantes, calamitatis expertes, ſe nimium extollere & aliorum calamitatibus inſultare?
18 Per deriſionem invadant.
19 Ultrix.

## CAP. VIII.

# DE LIBERALITATE.

1 Q. Fabii Max. Verrucoſſi Dicti.
2 Paulæ Buſæ Canuſinæ.
3 Q. Conſidii eq. Rom.
4 Populi Rom. erga Attalum regem.
5 Ejuſdem populi Rom. erga Græcos.

EXTERNORUM.
1 Hieronis regis Syracuſanorum erga Romanos.
2 Gilliæ Agrigentini erga concives ſuos.

[1] Noſtrum opus pio [2] egreſſu ad proprium dolorem provectum [3] in ſuum ordinem revocetur, liberalitatiſque commemorationi [4] vacemus. Cujus duo ſunt maxime probabiles fontes; verum judicium, & honeſta benevolentia. Nam cum ab [5] his [6] oritur, tunc demum ei ratio [7] conſtat: dono autem ipſi gratiam [8] magnitudo quidem ſua, ſed efficaciorem aliquanto opportunitas conciliat.

1 [9] Accedit enim pretio rei, inæſtimabile [10] momentum occaſionis, quæ Q. Fabium Maximum tot ante ſecula ob parvam pecuniæ ſummam [11] erogatam, ad hoc uſque tempus laudabilem fecit. Captivos ab Annibale interpoſita pactione [12] nummorum receperat; [13] qui cum à ſenatu non præſtarentur, miſſo in Urbem filio, fundum, quem unicum poſſidebat, vendidit: ejuſque pretium Annibali protinus,

1 De liberalitate dicturus, illam more ſuo brevi præfatione commendat. Eſt autem Liberalitas virtus inter duo extrema poſita, ſc. prodigalitatem, & avaritiam, omnis enim virtus medium eſt inter duo extrema: ſed liberalitas medium eſt inter prodigalitatem & avaritiam: ergo eſt virtus.
2 Ab incepto ſc. Nam inceperat externa narrare: ſed memor ſe nihil de Pompejo, amico ſuo, dixiſſe, egreſſus eſt ad ejus collaudationem.
3 Ad narrandum priùs domeſtica deinde externa.
4 Operam demus, reliquis rebus relictis.
5 Vero judicio, & honeſtâ benevolentiâ.
6 Sc. *liberalitas*.
7 Evidens eſt.
8 Quia quo majus, eò gratius eſſe ſolet.
9 Probat exemplo id, quod proximè dixerat.
10 Commodum.
11 Impenſam.
12 Quos pro redemptione pollicitus erat.
13 Nummi.

nume

numeravit. Si [1] ad calculos revocetur, [2] parvum, utpote ſeptem jugeribus, & hoc in [3] Pupinia [4] addictis [5] redactum: ſi [6] animo [7] erogantis, omni pecunia [8] majus: Se enim patrimonii, quam patriam fidei inopem eſſe maluit: eo quidem majore cum [9] commendatione, quo [10] proni ſtudii certius indicium eſt ſupra vires niti, quàm viribus ex facili uti. [11] Alter enim, quod præſtat, poteſt; [12] alter etiam [13] plus quam poteſt.

2 Itaque [14] ejuſdem temporis fœmina [15] Buſa nomine, regionis autem Apuliæ ditiſſima, merito quidem liberalitatis teſtimonium recepit: ſed ſi excellentes opes ſuas [16] Fabianis rei familiaris anguſtiis [17] non comparaverit. Nam etſi circa decem millia civium noſtrorum, Cannenſis prœlii reliquias, benigniſſime intra [18] Canuſina mœnia alimentis ſuſtentavit, ſalvo tamen ſtatu [19] fortunarum ſuarum, munificam ſe populo Romano præſtitit: Fabius in honorem patriæ, [20] paupertatem [21] inopia mutavit.

3 [22] In Q. quoque Conſidio ſaluberrimi exempli, nec ſine parvo ipſius fructu, liberalitas annotata eſt: qui, [23] Catilinæ furore ita [24] conſternata republica, ut ne à locupletibus quidem debitæ pecuniæ, propter [25] tumultum, pretiis poſſeſſionum diminutis, ſolvi creditoribus poſſent: cùm centies, atque quin-

1 Ad exquiſitam ſupputationem, quæ per calculos, id eſt, lapillos olim fiebat, ut nunc per projectiles nummos, id eſt, ſi pecuniæ quantitatem conſiderare voluerimus, parum quid fuiſſe videbitur; ſed ſi diligenter Fabii domus atque illius animi magnitudinem ſpectaverimus, omnes profectò facultates ſuperaſſe videbimus.
2 Sc. *pretium.*
3 Loco illo arido.
4 Aſtrictis, circumſcriptis.
5 Coacervatum.
6 Sc. *æſtimetur.*
7 Impendentis.
8 Sc. *pretium numeravit.*
9 Laude.
10 Affectus inclinati.
11 Qui viribus utitur.
12 Qui suprà vires nititur.
13 Sc. *præſtat.*

14 Quo Fabius Maximus fuit. Probat id ita eſſe, ſc. certius liberalitatis indicium eſſe aliquid, licet exiguum, ſupra vires erogare, quam ex facili viribus uti, id eſt, magnum aliquid pro facultatibus exhibere.
15 Livius dicit Paulam fuiſſe nominatam, ſed genere Buſam, id eſt, Carthaginienſem.
16 Quas Fabius in re familiari paſſus eſt.
17 Noiit comparare.
18 Canuſii oppidi.
19 Divitiarum ſuarum.
20 Statum parùm priùs habentis.
21 Indigentiâ & ſtatu nihil poſſidentis.
22 Liberalitatem Q. Conſidii fœneratoris nobiliſſimi hoc loco ſubjungit.
23 Quem Catilinę demens pollicitatio excitarat.
24 Perturbata.
25 Bellicum.



FACULTAD DE ... BIBLIOTECA

quagies HS. ſummam [1] in fœnore haberet, neque de [2] ſorte quemquam debitorum ſuorum, neque de [3] uſura à [4] ſuis appellari paſſus eſt: quantumque [5] in ipſo fuit, amaritudinem [6] publicæ confuſionis [7] privata tranquillitate mitigavit: Opportunè, mirificèque [8] teſtatus, nummorum ſuorum, non [9] civilis ſanguinis, ſe eſſe [10] fœneratorem. Jam qui hac præcipue [11] negotiatione delectantur, cùm pecuniam [12] cruentam domum retulerint, quam [13] improbando gaudio exultent, recognoſcent; ſi diligenter ſenatuſconſultum, quo Conſidio gratiæ actæ ſunt, legere non faſtidierint.

4 [14] Queri [15] mecum [16] jamdudum populus Romanus videtur, quòd cùm ſingulorum munificentiam conſecter, de ſua taceam: Ad ſummam enim ejus laudem pertinet, quem animum regibus, & urbibus, & gentibus præſtiterit, recognoſci: quia omne præclari facti decus crebra [17] memoria in ſe ipſo revireſcit. Aſiam bello captam Attalo regi muneris loco poſſidendam [18] tradidit; eò excelſius, & ſpecioſius Urbis noſtræ futurum imperium credens, ſi ditiſſimam atque amœniſſimam partem terrarum orbis, in [19] beneficio, quam in fructu [20] ſuo, reponere maluiſſet. Ipſa victoria donum [21] felicius: quia [22] multum occupaſſe, habere invidiam potuit: [23] tantum tribuiſſe, gloria carere non potuit.

3 [24] Illius verò Romanæ liberalitatis cœleſtem [25] ſpiritum nullæ literæ ſatis dignis laudi-

1 In pecuniâ datâ ad uſuram. 2 Principali pecuniâ, quam in fœnus dederat. 3 Fœnore. 4 Quæſtoribus & exactoribus debitorum. 5 In ipſius poteſtate. 6 Perturbationis, quæ ad omnes ſpectat. 7 Suâ, qui privatus vivebat. 8 Proteſtans. 9 Totius ſubſtantiæ obæratorum civium. 10 Sectatorem lucri. 11 Lucro faciendo. 12 Sanguine & ſudore miſerorum partam. 13 Deteſtando. 14 Meritò populus Romanus conqueri poſſet, quòd aliorum liberalitatem memorem, ſuam verò ſilentio præteream, cùm id potiſſimum ad ſummam ejus laudem pertinere videatur. 15 De me. 16 A quo tempore de liberalitate loqui cœperim. 17 Memoratione. 18 Populus Romanus. 19 A ſe collato. 20 A ſe accepto. 21 Sc. *fuit*, id eſt, felicius fuit dono dediſſe Aſiam, quam eam bello cepiſſe. 22 Terrarum aut rerum. 23 Tantum munus dono dediſſe. 24 Nemo eſt qui ſatis dignam laudem huic tantæ liberalitati ſuis literis accommodare poſſit. 25 Affectum. Hæc enim liberalitas potiùs divina, quam humana, eſt judicanda: nam mediocris largiri, humanitas; verùm ingentia Dii donare conſueverunt.

bus proſequentur. Philippo enim Macedonum rege ſuperato, cùm ad [1] Iſthmicum ſpectaculum tota Græcia conveniſſet, T. Quinctius Flaminius tubæ ſigno ſilentio facto, per [2] præconem hæc verba recitari juſſit, S. P. Q. R. & T. Quinctius Flaminius Imperator omnes Græciæ urbes, quæ ſub ditione Philippi regis fuerunt, liberas atque [3] immunes eſſe jubet. Quibus auditis, maximo & inopinato gaudio homines perculſi: primò veluti non audiſſe ſe, quæ audierant credentes, obticuerunt. Iterata deinde pronuntiatione præconis, tanta [4] cœlum clamoris alacritate compleverunt; ut certò conſtet, aves, quæ ſupervolabant, attonitas, paventeſque [5] decidiſſe. [6] Magni animi fuiſſet, à tot captivorum capitibus ſervitutem detraxiſſe, quot tunc nobiliſſimis & opulentiſſimis urbibus pop. Rom. libertatem largitus eſt. Ad [7] cujus majeſtatem pertinet, non ſolùm, quæ ipſe benignè tribuit, ſed etiam quæ alius ipſo tribuente [8] ſenſit commemorari. Ut enim [9] illic collatæ, ita [10] hic repetitæ laudis commendatio eſt.

## EXTERNA.

1 Hiero, Syracuſanorum rex, audita clade, qua Romani apud Thraſymenum lacum erant [11] afflicti, trecenta millia modium tritici, & ducenta millia hordei, aurique ducenta & XL. pondo Urbi noſtræ muneri miſit. Neque ignarus verecundiæ majorum noſtrorum quod nollent accipere, in [12] habitum [13] id [14] Victoriæ formavit, ut eos [15] religione motos, munificentia ſua uti

1 Iſthmos inſula eſt inter duo maria concluſa. In hoc loco ludi fieri conſueverunt in honorem matris Matutæ atque Portuni: ad quod ſpectaculum univerſa Græcia convenire ſolebat.
2 Publicum pronuntiatorem quaſi præcentorem.
3 A tributo pendendo.
4 Aëra.
5 Deorſum cecidiſſe in theatrum.
6 Si quiſpiam tot viros à ſervitute liberaſſet, quot urbes populus Romanus libertate donavit, quis ei meritas laudes accommodabit?
7 Populi Romani.
8 Percepit. Q. d. Eam liberalitatem commemorari quoque intereſt Romanæ laudis, quia meruit. Tranſitum enim & viam ſibi facit ad exempla externa ſequentia; in quibus non Romanorum in alios, ſed aliorum in Romanos liberalitatem exprimit.
9 Ubi populus Romanus beneficium contulit.
10 Ubi beneficium accepit.
11 Ab Annibale.
12 Effigiem.
13 Aurum.
14 Deæ. Statua hæc aureæ Victoriæ in Jovis Capitolini templo poſita erat.
15 Metu mali ominis, ſi victoriam non admitterent.

cogeret: voluntate mittendi [1] prius, [2] iterum providentia [3] cavendi, ne remitteretur, liberalis.

2 Subnectam [4] huic [5] Agrigentinum Gilliam, quem propemodum ipſius liberalitatis [6] præcordia conſtat habuiſſe. Erat opibus excellens, ſed multo etiam [7] animo, quam divitiis locupletior: ſemperque in [8] eroganda potius, quam in [9] contrahenda pecunia occupatus: adeo ut domus ejus quaſi quædam munificentiæ [10] officina crederetur. [11] Illinc enim publicis uſibus apta [12] monimenta extruebantur, illinc grata populi oculis ſpectacula edebantur, illinc epularum magnifici apparatus, labentique annonæ ſubſidia [13] oriebantur: Et cum hæc univerſis, privatim alimenta inopia laborantibus, dotes virginibus paupertate preſſis, [14] detrimentorum incurſu quaſſatis ſolatia erogabantur; Hoſpites quoque [15] tum [16] urbanis penatibus, tum etiam [17] ruſticis tectis benigniſſime excepti, variis muneribus ornati dimittebantur. Quodam vero tempore quingentos ſimul [18] Gelenſium equites vi tempeſtatis in poſſeſſiones ſuas compulſos, aluit ac veſtivit. Quid [19] multa? non [20] mortalem aliquem, ſed propitiæ fortunæ benignum eſſe diceres [21] ſinum. Ergo quod Gillias poſſidebat, omnium quaſi commune patrimonium erat: pro cujus [22] ſalute & [23] incrementis, tum Agrigentina civitas, tum etiam vicinæ regiones votis [24] excubabant. Colloca ex contraria parte arcas [25] inexorabilibus clauſtris obſeratas; nonne præſtantiorem aliquantò exiſtimes [26] illam impenſam, quam hanc cuſtodiam?

1 Priore loco aut vice.
2 Secundâ vice.
3 Proſpiciendi, id eſt, duplici modo liberalis fuit, & quia libentiſſimo animo miſit, & quia providit, ut acciperentur munera.
4 Hieroni.
5 Agrigentum civitas eſt Siciliæ.
6 Non ſolùm liberalis fuit, ſed fermè liberalitas ipſa, ita ut eam præcipuè dilexerit.
7 Quia plus animi habebat, quam divitiarum: nam multò magis intentus erat in diſtribuendis opibus, quam comparandis.
8 Expendendâ.
9 Coacervandâ.
10 Nam ſicut in officinis venalia continentur, ſic in domo hujus venalis liberalitas habebatur.
11 Ex illius domo.
12 Egregia ædificia.
13 *Al. tribuebantur.*
14 His, qui impetu damnorum afflicti eſſent, benignè ſuccurrebat. 15 Partim. 16 Ædibus, quas in urbe Agrigentina habuit. 17 Villæ ejus. 18 Natos non longè à Gelá, fluvio Siciliæ, à quo & oppidum, quod præterfluit, denominatum eſt. 19 Sc. adferam teſtimonia liberalitatis ejus. 20 Sc. Gilliam. 21 Receptaculum. 22 Conſervatione. 23 Bonorum ſc. 24 Vigilabant & intentæ erant. 25 Ad nullas preces aperiendis ſeris clauſas. 26 Tam nobilem Gilliæ impenſam.

# VALERII MAXIMI LIBER QUINTUS.

## CAP. I.

## DE HUMANITATE *Et* CLEMENTIA.

1 Senatus Romani.
2 L. Cornelii Scipionis *Coſ.*
3 T. Quinctii Criſpini.
4 M. Claudii Marcelli Proconſ.
5 Q. Metelli Macedonici Proconſ.
6 P. Scipionis Æmiliani Proconſ.
7 P. Africani majoris Proconſ.
8 L. Æmilii Pauli *Coſ. II.*
9 Cn. Pompeji Magni Proconſ.
10 C. Julii Cæſaris *Coſ. II.*
11 M. Antonii III. viri.

EXTERNORUM.

1 Alexandri Magni.
2 Piſiſtrati Athenienſis.
3 Pyrrhi Epirotarum regis.
4 Antigoni Macedonum regis.
5 Campanorum.
6 Annibalis Pœni.

1 Liberalitati quas aptiores comites, quam humanitatem & clementiam dederim? quoniam [2]idem genus laudis [3]expetunt: [4]quarum [5]prima inopia, [6]proxima [7]occupatione, [8]tertia [9]ancipiti fortuna [10]præſtatur. Cum-

1 Hic quintus liber eſt, qui in ſeptem dividitur capita: in quorum primo agitur de humanitate & clementiâ: humanitas in charitate verſatur, clementia in remiſſione acceptæ injuriæ. Sed præfatur in hoc principio more ſuo Valerius, & rationem oſtendit, cur hoc capitulum ſuperiori ſubjungat. 2 Quod ſc. liberalitas. 3 Humanitas & clementia. 4 Trium, 5 Liberalitas, quæ indigentibus ſuccurrit, 6 Proximè dicta humanitas. 7 Præventione, 8 Clementia. 9 Dubia: quia clementia eſt, acceptâ injuriâ, animi impetum reprimere, imò ancipiti fortunâ, quia ejus, qui te offenderit, vita in dubio eſt. 10 Exhibetur & impenditur.

que neſcias [1] quam maximè [2] probes, [3] ejus tamen commendatio [4] præcurrere videtur, cui nomen ex ipſo [5] numine [6] quæſitum eſt.

I [7] Ante omnia autem humaniſſima & clementiſſima ſenatus acta referam. Qui, cum Carthaginienſium legati ad captivos redimendos [8] in Urbem veniſſent, protinus [9] his [10] nullâ pecuniâ acceptâ, reddidit juvenes, numerum duûm millium & ſeptingentorum quadraginta trium explentens. Verùm tantum hoſtium exercitum [11] dimiſſum, [12] tantam pecuniam contemptam, tot [13] Punicis injuriis veniam datam, ipſos legatos obſtupuiſſe arbitror, ac ſecum dixiſſe: O munificentiam gentis Romanæ, Deorum benignitati æquandam! O etiam noſtram legationem [14] ſupra vota felicem! nam quod beneficium nunquam dediſſemus, accepimus. Illud quoque [15] non parvum humanitatis ſenatus indicium eſt. Syphacem enim quondam opulentiſſimum Numidiæ regem captivum, in cuſtodia [16] Tiburi mortuum, [17] publico funere cenſuit efferendum, ut [18] vitæ dono honorem ſepulturæ adjiceret. Conſimilique clementia in [19] Perſe uſus eſt: nam cum Albæ, in qua cuſtodiæ cauſa relegatus erat, [20] deceſſiſſet, [21] quæſtorem miſit, qui eum [22] publico funere [23] efferret: ne reliquias [24] regias jacêre [25] inhonoratas pateretur. [26] Hoſtibus illa, & miſeris, & [27] fato functis officia

1 Harum trium affectionum.
2 Commendes.
3 Liberalitati: quia liberalitas humanitati & clementiæ videtur anteponenda.
4 Curſu locum honeſtiorem cæteris anticipare.
5 Liberi patris, qui *Liber* dictus eſt ab effectu vini, quòd liberos curis, & liberè loquentes facit. *Al. ex ipſo homine*, ut humanitatem præferat.
6 Partum.
7 De humanitate dicit populi Romani, quâ erga Carthaginienſes, hoſtes acerrimos, uſus eſt primo Punico bello, quod ducta & auſpicio Marci Attilii geſtum fuit.
8 Romam.
6 Legatis.
10 Id eſt, gratis.
11 E captivitate.
12 Quantam pro illorum redemptione accipere potuiſſet.
13 A Pœnis, id eſt, à Carthaginenſibus illatam.
14 Super quam ſperabamus: quia plus accepimus, quam obtinere ſperabamus.
15 Ingens.
16 Apud Tibur.
17 Impensâ factâ ad pompam funeris ex publico.
18 Nam cùm ſtatim in ipſo triumpho necare potuiſſet, unum in cuſtodiâ teneri maluit.
19 Rege Macedoniæ, à Paulo Æmilio in triuphum ducto.
20 Mortuus eſſet. Certa fama eſt inediâ mortuum.
21 Publicæ pecuniæ receptorem & cuſtodem.
22 Publicâ impensâ inſtructo.
23 Efferendum curaret.
24 Ejus, qui aliquando rex fuerat.
25 Sine honore ſepulturæ.
26 Carthaginenſibus.
27 Defunctis munere vitæ, ſc. Syphaci & Perſæ.

regi-

regibus erogata: [1] hæc amicis & felicibus, & vivis tributa ſunt. Confecto Macedonico bello, Muſicanes [2] Maſiniſſæ filius, cum equitibus, quos in [3] præſidium Romanorum adduxerat, ab imperatore [4] Paulo ad [5] patrem remiſſus, tempeſtate claſſe diſperſa, [6] Brundufium æger [7] delatus eſt: Quod ubi ſenatus cognovit, continuo [8] illò quæſtorem ire juſſit, cujus cura & hoſpitium [9] adoleſcenti [10] expediretur, & omnia, quæ ad [11] valetudinem opus eſſent, præberentur: impenſæque liberaliter cùm ipſi tùm toti comitatui præſtarentur. Naves etiam ut [12] proſpicerentur, quibus ſe [13] benè ac [14] tutò cum ſuis in Africam trajiceret: Equitibus ſingulas libras argenti, & quingenos ſeſtertios dari imperavit. [15] Quæ tam prompta & exquiſita patrum conſcriptorum humanitas efficere potuit, ut etiam ſi expiraſſet [16] adoleſcens, [17] æquiore animo [18] deſiderium ejus pater toleraret. Idem ſenatus, cum ad [19] gratulandum ſibi Pruſiam Bithyniæ regem Perſe devicto [20] venire audiſſet, obviam illi P. Cornelium Scipionem quæſtorem [21] Capuam miſit: cenſuitque ut domus ei Romæ quam optima conduceretur, & [22] copiæ non ſolum [23] ipſi, ſed etiam comitibus ejus [24] publice præberentur. In eoque excipiendo tota urbs unius humani amici vultum habuit. Ita qui amantiſſimus noſtri venerat, duplicata erga nos benevolentia in regnum ſuum reverſus eſt. Nec Ægyptus quidem Romanæ humanitatis expers fuit. [25] Rex enim Ptolomæus à minore fratre regno ſpoliatus, petendi auxilii gratia cum paucis admodum ſer-

1 Officia, quæ dicturus eſt.
2 Numidiæ regis, populo Romano amiciſſimi.
3 Protectionem & auxilium.
4 Æmilio.
5 Sc. *ſuum*, nempe Maſiniſſam.
6 Oppidum Calabriæ, ad mare Adriaticum ſitum.
7 Neceſſitate compulſus, id eſt, vi tempeſtatis.
1 Illùc, ad eum locum, ſc. Brundufium.
9 Muſicani.
10 Expeditè pararetur.
11 Sc. *curandam*.
12 Providè repararentur, aut conficerentur.
13 Commodè.
14 Sc. vi tempeſtatis.
15 Hæc tanta, inquit, humanitas Senatus potuit patrem à filii interitus dolore impatienti revocare, ſi fortè eo tempore Muſicanes obiiſſet.
16 Filius Maſiniſſæ.
17 Minùs commoto.
18 Carentiam, mortem.

19 Gratæ felicitatis ac victoriæ animum verbis indicandum. 20 Romam. 21 Urbem Campaniæ nobiliſſimam. 22 Largæ facultates ſumptus faciendi. 23 Regi. 24 E publico ærario. 25 Rex Ægypti.

vis, [1] ſqualore obſitus, Romam venerat, ac ſe in hoſpitium [2] Alexandrini pictoris contulerat. Id poſtquam ſenatui relatum eſt, [3] accerſito juvene, quam potuit accurata excuſatione uſus eſt, quòd nec quæſtorem illi [4] more majorum obviam miſiſſet, nec publico eum hoſpitio excepiſſet: [5] eaque non ſua negligentia, ſed ipſius ſubito & [6] clandeſtino adventu facta dixit: Et illum è curia protinus ad publicos penates [7] deduxit, hortatuſque eſt, ut depoſitis [8] ſordibus adeùndi [9] ipſius diem peteret. [10] Quinetiam curæ habuit, uti munera ei quotidie per quæſtorem darentur. His gradibus officiorum [11] jacentem ad regium [12] faſtigium erexit: effecitque ut plus [13] ſpei in auxilio pop. Rom. quam metus in [14] ſua fortuna reponeret.

2 Atque ut ab univerſis Patribus conſcriptis ad [15] ſingulos veniam. L. Cornelius conſul primo Punico bello, cum Olbiam [16] oppidum cepiſſet, pro quo fortiſſime dimicans, Hanno dux Carthaginienſium [17] occiderat, corpus [18] ejus à tabernaculo ſuo amplo funere extulit: Nec dubitavit hoſtis exequias ipſe celebrare: tum demum victoriam & apud Deos & apud homines minimum invidiæ habituram credens, cum plurimum humanitatis habuiſſet.

3 Quid de Quinctio Criſpino loquar, cujus manſuetudinem potentiſſimi affectus, [19] ira atque [20] gloria, [21] quatere non potuerunt? Badium Campanum & hoſpitio benigniſſime domi ſuæ exceperat, & adverſa valetudine correptum attentiſſima cura recreaverat: A quo poſt illam nefariam Campanorum [22] defectionem in acie ad [23] pugnam provocatus, cum & viribus corporis & animi virtute aliquantò eſſet [24] ſuperior; monere ingratum, quam vincere maluit. Nam quid agis, inquit, demens? aut

1 Immunditiâ circumdatus, obductus.
2 Alexandriæ nati.
3 Vocato in curiam Ptolomæo.
4 Ut majores Syphaci, Pruſiæ, & aliis facere ſoliti erant.
5 Duo delicta, quòd nec obviam proceſſiſſet, nec hoſpitio publico accepiſſet.
6 Occulto.
7 Senatus.
8 Squalore.
9 Sui, id eſt, Senatus.
10 Inſuper.
11 Ptolomæum oppreſſum calamitate ſuâ.
12 Culmen.
13 De recuperando regno.
14 Tam adverſâ, ut à minore natu pelleretur.
15 Senatores.
16 Sardiniæ.
17 Interfectus erat.
18 Hannonis.
19 Contra hoſtem, à quo provocaretur ad ſingulare certamen
20 Devicto glorioſè hoſte.
21 Concutere, aut loco ſuo movere.
22 A Romanis ad Hannibalem
23 Singularem.
24 Quam Badius.

aut quo te prava [1] cupiditas [2] tranſverſum rapit? parum [3] habes, publica impietate [4] furere, niſi etiam [5] privata lapſus fueris? [6] unus tibi Romanorum videlicet Quinctius placet, in quo ſceleſte exerceas arma, cujus [7] penatibus, & honoris viciſſitudinem, & [8] ſalutem tuam debes? At me fœdus amicitiæ, [9] Diique hoſpitales, [10] ſancta noſtro ſanguini, veſtris pectoribus vilia pignora, hoſtili certamine congredi tecum vetant: Quinetiam ſi in concurſu exercituum fortuito [11] umbonis mei impulſu proſtratum agnoviſſem, applicatum [12] jam cervicibus tuis mucronem [13] revocaſſem. Tuum ergo crimen erit hoſpitem occidere voluiſſe; [14] meum non erit, hoſpes occiſus. Proinde aliam, qua [15] occidas, dexteram quære, quoniam mea te [16] ſervare didicit. Dedit utrique cœleſte [17] numen debitum [18] exitum: ſiquidem in eo prœlio Badius [19] obtruncatus eſt; Quinctius [20] inſigni pugna clarus evaſit.

14 Age, M. Marcelli clementia, quam clarum, quamque memorabile exemplum haberi debet? qui captis à ſe [21] Syracuſis in arce earum conſtitit; ut urbis, [22] modò opulentiſſimæ, tunc afflictæ, fortunam ex alto cerneret. Ceterum caſum ejus lugubrem intuens, [23] fletum cohibere non potuit; [24] quem ſi quis ignarus vir aſpexiſſet, alterius victoriam eſſe crediſſet: [25] Itaque Syracuſana civitas in maxima clade tua aliquid admiſtum [26] gratulationis habuiſti: quia ſi tibi incolumem ſtare fas non erat, [27] leniter ſub tam manſueto victore cecidiſti.

1 Gloriæ ſe. 2 Extra ſemitam recti & honeſti. 3 Reputas. 4 Quod inſanis. 5 Tibi propriâ. 6 Solus. 7 Domui, aut hoſpitio. 8 Quia valetudine confectum curandum duxerat. 9 Quorum princeps eſt Jupiter. Virg. *Iuppiter, hoſpitibus nam te dare jura loquuntur.* 10 Inviolata Romano ſanguine. 11 Mediæ & ita extenſioris partis clypei. 12 Priuſquam te noviſſem. 13 Retraxiſſem. 14 Sc. *crimen.* 15 Cadas in mortem. 16 Propter hoſpitalitatem. 17 Præcipuè Jovis. 18 Certaminis. 19 Non à Criſpino: nam aufugit antequam opprimeretur. 20 Inſigniter contra Badium obitâ. 21 Siciliæ urbe. 22 Paulò antè. 23 Lachrymis temperare. 24 Fletum. 25 Apoſtrophen facit ad urbem Syracuſarum, dicens: illud tibi non parvæ conſolationis eſſe debuit in tuâ clade graviſſima quòd, cùm tua fata ferrent ut caderes, ſub manſuetiſſimo victore cecideris. 26 Quod tibi gratulari poſſis. 27 Tranquillæ.

5 Q. vero Metellus Celtibericum in Hiſpania gerens bellum, cum urbem [1] Centobricam obſideret, & jam [2] admota [3] machina, partem muri, quæ ſola [4] convelli poterat, disjecturus videretur, humanitatem propinquæ victoriæ prætulit. Nam cum Rethogenis filios, qui ad [5] eum tranſierat, Centobricenſes machinæ ictibus objeciſſent; ne pueri in conſpectu patris crudeli genere [6] mortis conſumerentur, (quanquam ipſe Rethogenes negabat eſſe impedimento, [7] quo minus etiam per [8] exitium ſanguinis ſui [9] expugnationem perageret) ab obſidione diſceſſit. Quo quidem tam clementi facto, etſi non unius civitatis mœnia, omnium tamen [10] Celtiberarum urbium animos [11] cepit: effecitque ut ad regendas [12] eas in ditionem pop. Rom. non multis ſibi obſidionibus opus eſſet.

6 [13] Africani quoque poſterioris humanitas ſpecioſe lateque patuit. Expugnata enim Carthagine, circa Siciliæ civitates literas miſit, ut ornamenta templorum ſuorum à Pœnis [14] rapta, per legatos recuperarent, inque priſtinis ſedibus reponenda curarent. Beneficium Diis pariter atque hominibus acceptum.

7 Huic facto par [15] ejuſdem avi humanitas. A quæſtore ſuo, [16] haſtæ ſubjectos captivos vendente, puer eximiæ formæ & [17] liberalis habitus miſſus eſt. De quo cùm exploraſſet [18] Numidam eſſe, orbum relictum à patre, educatum apud avunculum Maſiniſſam, [19] eo ignorante [20] immaturam adverſus Romanos ingreſſum militiam; & [21] errori illius veniam dandam, & amicitiæ regis fideliſſimi populo

1 Celtiberorum urbem in Hiſpaniâ.
2 Applicatâ.
3 Bellicâ ſc.
4 Machinis ſolo æquari.
5 Metellum.
6 A machinâ illatæ.
7 Ut non.
8 Emiſſionem ſanguinis ſui, id eſt, per necem liberorum ſuorum.
9 Captionem.
10 Celtibericarum.
11 Ad benevolentiam traxit.
12 Urbes Celtibericas.
13 Scipionis.
14 Quæ Pœni tribus bellis rapuerant.
13 Scipionis minoris.
16 Qui publicè vendebantur. Solebant enim in auctionibus haſtæ præfigi.
17 Diſpoſitionis corporalis, qualis liberalibus, ac liberis & ingenuis eſſe ſolet.
18 E regno Maſiniſſæ.
19 Maſiniſsâ. 20 Quia ipſe immaturus erat. 21 Adoleſcentiæ pueri ignoſcendum eſſe, quia per ignorantiam peccaverat.

Rom.

Rom. debitam venerationem tribuendam exiſtimavit. Itaque puerum [1] annulo, [2] fibulaque aurea & tunica [3] laticlavia, [4] Hiſpanoque ſagulo, & [5] ornato equo donatum, datis qui eum proſequerentur equitibus, ad Maſiniſſam remiſit. Eos igitur victoriæ maximos fructus rati Romani, [6] Diis templorum ornamenta, [7] regibus ſanguinem ſuum reſtituêre.

8 [8] L. etiam Pauli in tali genere laudis memoria apprehendenda eſt. Qui cum Perſen, parvi temporis momento captivum [9] ex rege, ad ſe adduci audiſſet: [10] occurrit ei Romani Imperii decoratus ornamentis: Conatumque ad genua [11] procumbere, dextra manu allevavit, & [12] Græco ſermone ad [13] ſpem exhortatus eſt: Introductum etiam in [14] tabernaculum, lateri ſuo proximum in conſilio ſedere juſſit: [15] nec honore menſæ indignum judicavit. [16] Proponatur in [17] conſpicuo acies, qua proſtratus eſt Perſes, & harum rerum, [18] quas retuli, contextus; [19] utro magis ſpectaculo delectentur, [20] homines dubitabunt; Nam ſi egregium eſt, hoſtem [21] abjicere, non minus tamen laudabile, infelicis ſcire miſereri.

9 Hæc L. Pauli humanitas admonet me, ne de Cn. Pompeji clementia taceam. Regem [22] Armeniæ Tigranem: qui & [23] per ſe magna cum populo Rom. bella geſſerat, & [24] infeſtiſſi-

1 Aureo. Sic enim mos erat ingenuos pueros annulo ornari.
2 Quâ in humeris militaris veſtis nectebatur.
3 Intextâ clavis aureis latioribus, quali Patricii Romæ utebantur.
4 Veſte militari, quâ utuntur Hiſpani.
5 Phaleris, & aliis ornamentis.
6 Ut Siculis reddidit.
7 Ut nunc fecit nepoti Maſiniſſæ.
8 Non eſt L. Paulus Æmilius in tali virtutis genere ſuâ laude defraudandus.
9 Qui jam fuerat rex Macedoniæ.
10 Celeriter obviam proceſſit.
11 Se demittere ad genua L. Pauli.

12 Humanitatis & clementiæ causâ. Nam alias Latinè ſolebant. Nonnulli [illegible]tant L. Paulum hortatum fuiſſe Perſen verbis binis Græcis, ut diceret: ε[illegible] τιζε βασιλεῦς, id eſt, *bene ſpera ô Rex.* 13 Recuperandi regni, aut [illegible]tis conſervandæ. 14 Tentorium Imperatoris. 15 Quis etiam ad menſam ſuam eum aſſidere fecit. 16 Ex comparatione oſtendit, utra laudabilior fuerit Pauli Æmilii victoria, an ejuſdem humanitas. 17 Loco ad videndum apto, ut videri poſſit hinc Pauli Æmilii humanitas, indè victoria. 18 Id eſt, facta clementiæ aut humanitatis Pauli in Perſen. 19 An quo Perſes victus eſt, an quo ſit tractatus, poſtquam victus eſt. 20 Qui utrumque videbunt. 21 Subjugare. 22 Regionis Aſiæ, inter Taurum & Caucaſum montem ſitæ, & à Cappadociâ uſque ad Caſpium mare protenſæ. 23 Per proprias vires. 24 Maximam vim inferentem.

mum Urbi noſtræ Mithridatem [1] Ponto pulſum, viribus ſuis protexerat, in conſpectu ſuo diutius jacere ſupplicem paſſus non eſt; ſed [2] benignis verbis [3]recreatum, [4]diadema, quod abjecerat, capiti reponere juſſit. [5] Certiſque rebus imperatis, in [6] priſtinum [7] fortunæ habitum reſtituit: æque pulchrum eſſe judicans, & vincere reges, & facere.

10 [8] Quam præclarum [9] tributæ humanitatis [10] ſpecimen Cn. Pompejus, quam miſerabile [11] deſideratæ idem evaſit exemplum! Nam qui [12] Tigranis tempora [13] inſigni regio texerat, ejus caput [14] tribus coronis triumphalibus ſpoliatum, in ſuo modo [15] terrarum orbe nuſquam ſepulturæ locum habuit: Sed [16] abſciſſum à corpore, [17] inops rogi, [18] nefarium Ægyptiæ perfidiæ munus [19] portatum eſt, etiam ipſi [20] victori miſerabile. Ut enim id Cæſar aſpexit, oblitus [21] hoſtis, [22] ſoceri vultum induit, ac Pompejo tùm proprias, tùm etiam [23] filiæ ſuæ lachrymas reddidit: caput autem plurimis & pretioſiſſimis [24] odoribus cremandum curavit. Quod ſi non tam manſuetus animus [25] divini principis extitiſſet, paulò ante Romani imperii [26] columen habitum (ſic ut mortalium negotia fortuna verſat) inhumatum jacuiſſet. [27] Catonis quoque morte Cæſar au-

1 Inſulâ, cujus rex erat, ejectum.
2 Quia bono illum animo eſſe juſſit.
3 Refocillatum.
4 Coronam regiam.
5 Et quibuſdam rebus ex imperio illi injunctis.
6 Priorem.
7 Conditionis.
8 Factâ comparatione de felicitate & infelicitate Pompeji, ſubinfert humanitatem Caii Cæſaris in eum, qui, viſo ejus capite, lachrymis non abſtinuit.
9 Tigrani ſc.
10 Exemplum.
11 Sc. *erga eum*, id eſt, quâ caruit.
12 Regis Armeniæ.
13 Diademate.
14 Quia ter triumphaverat. Primò quidem de Africâ, quam auſpiciis L. Sullæ ſubegit, cùm eſſet annorum 24. Deinde triumphavit de Sertorio, vel de Piratis, qui mare totum infeſtabant, quod bellum 48. diebus confecit. Poſtremò de Mithridate. 15 Sc. in Ægypto. 16 A L. Septimio & Achilla, Ptolomæi ſatellitibus. 17 Expers rogi, quo cremaretur. 18 Quia ejus operâ reſtitutus fuerat Ptolomæus in regnum Ægypti. 18 Ad Cæſarem. 20 Quod ipſum victorem Cæſarem ad miſericordiam movere poſſet. 21 Quòd ejus hoſtis fuerat. 22 Eo vultu, quo antè, cùm eſſet ſocer, aſpicere ſolebat. 23 Juliæ, quæ Pompejo nupſerat, & illum tantum dilexerat, ut, viſâ ejus tunicâ ſanguinolentâ, interfectum verita, abortum fecerit, ſibique mortis cauſa fuerit. 24 Aromatum ſpeciebus & unguentis. 25 Julii Cæſaris in Deos paulò poſt transferendi. 26 Suſtentaculum, ſummum decus. 27 Uticenſis, qui ſe Uticæ viriliter interfecerat.

dita,

dita, & ſe [1] illius gloriæ invidere, & [2] illum [3] ſuæ invidiſſe dixit: patrimoniumque [4] ejus liberis ipſius [5] incolume ſervavit. [6] Et hercle divinorum Cæſaris operum non parva pars Catonis ſalus fuiſſet.

11 M. etiam Antonii animus talis humanitatis [7] intellectu non caruit. M. enim Bruti corpus liberto [8] ſuo ſepeliendum tradidit: quòque honoratius cremaretur, injici [9] ei ſuum [10] paludamentum juſſit: jacentem non hoſtem, ſed civem depoſito æſtimans odio. Cùmque interceptum à liberto paludamentum comperiſſet, irâ percitus, protinus [11] in eum animadvertit, hac [12] ante præfatione uſus: Quid? tu ignoraſti cujus tibi viri ſepulturam commiſerim? Fortem, [13] piamque [14] ejus victoriam [15] Philippicam libenter Dii viderunt: ſed ne iſta quidem generoſiſſimæ [16] indignationis verba inviti audierunt.

1 Catonis, quòd animum illius vincere non potuit.
2 Catonem.
3 Cæſaris, hoc dicentis: quia multum gloriæ acceſſiſſet Cæſari, ſi de illo triumphaſſet, aut illum conſervaſſet.
4 Catonis.
5 Inviolatum.
6 Ratio cur Cæſar inviderit Catonis gloriæ, quia non mediocrem gloriam conſecutus eſſet, ſi Catonem ſervaſſet incolumem, quod profectò magnoperè concupivit.
7 Quia intellexit cujuſmodi eſſet humanitas in morte ſervandâ.
8 Aut Antonii aut Bruti.
9 Corpori Bruti.
10 Indumentum imperiale, quo Brutus in bello uſus fuerat.
11 Eum punivit.
12 Quam eum puniret.
13 Ob ultionem Cæſaris.

## EXTERNA.

I [17] Commemoratione Romani exempli in [18] Macedoniam deductus, morum Alexandri [19] præconium facere cogor: cujus ut infinitam gloriam bellica virtus, ita præcipuum amorem clementia meruit. [20] Is, dum [21] omnes gentes infatigabili curſu [22] luſtrat, quodam loco tempeſtate nivali oppreſſus, ſenio jam confectum militem Macedonem, nimio frigore [23] obſtupefactum, ipſe ſublimi & propinquâ igni ſede ſedens, animadvertit. Factaque

14 M. Antonii. 15 Quâ in campis Philippicis Brutum vicit Antonius. 16 In libertum. 17 Tranſit ad externa, & primò de Alexandri humanitate dicit. 18 Contemplationem rerum geſtarum à rege Macedoniæ. 19 Quaſi voce præconis laudationem. 20 Alexander. 21 Ad eas adjiciendas ſuo imperio. 22 Circuit. 23 Torpentem & hebetatum ſenſibus.

non

non [1] fortunæ, ſed [2] ætatis utriuſque æſtimatione, [3] deſcendit, & illis manibus, quibus opes Darii afflixerat, corpus frigore [4] complicatum in ſuam ſedem impoſuit: Id [5] ei ſalutare futurum dicens, quod apud Perſas [6] capitale extitiſſet, ſolium regium occupaſſe. Quid ergo mirum eſt, ſi ſub [7] eo duce tot annis militare jucundum [8] ducebant, cui [9] gregarii militis [10] incolumitas proprio [11] faſtigio charior erat? [12] Idem [13] non hominum ulli, ſed naturæ fortunæque cædens, quanquam violentia morbi [14] dilabebatur, in cubitum tamen erectus, dextram omnibus, qui eam contingere vellent, porrexit. Quis autem illam oſculari non curreret, quæ jam [15] fato oppreſſa, maximi exercitus complexui, humanitate, quam [16] ſpiritu vividiore ſuffecit?

2 [17] Non tam robuſti generis humanitas, ſed & ipſa tamen memoria [18] proſequenda Piſiſtrati Athenienſium tyranni narrabitur. Qui, cùm adoleſcens quidam amore filiæ ejùs [19] virginis accenſus, in [20] publico obviam ſibi factam oſculatus eſſet: hortante uxore, ut ab [21] eo capitale ſupplicium ſumeret, reſpondit: Si eos, qui nos amant, interficimus; quid his faciemus, quibus odio ſumus? Minimè digna vox, cui adjiciatur, eam ex tyranni ore [22] manaſſe.

In hunc modum [23] filiæ injuriam [24] tulit, [25] ſuam multò laudabiliùs. [26] A Thraſippo namque amico inter cœnam ſine fine convitio [27] laceratus, ita & animum & [28] vocem ab ira cohi-

1 Quippe qui Rex erat, cùm ille eſſet gregarius miles.
2 Quia ipſe juvenis & robuſtis, ille confectus ſenio erat.
3 Ex illâ ſublimi ſede.
4 Conſtrictum.
5 Militi.
6 Puniendum pœnâ capitali.
7 Alexandro.
8 Milites.
9 Nullo honore præditi.
10 Conſervatio.
11 Culmine.
12 Alexander.
13 Quia cum nullo unquam Alexander congreſſus eſt, quem non vicerit, nullam civitatem obſedit, quàm non expugnaverit, nullam gentem adiit, quam non calcaverit, nullamque regionem peragravit, quam armis non ſubegerit.
14 Labefactabatur.
15 Morte correpta: quia venenum per venas diffuſum erat.
16 Quia ſpiritus perexiguus erat, humanitas verò magna.
17 Quia non tantæ claritatis fuit, quantæ Alexander Magnus.
18 Digna quam proſequamur.
19 Scilicet *adhuc*.
20 Loco publico.
21 Juvene.
22 Fluxiſſe.
23 Quam adoleſcens violenter oſculatus eſt.
24 Piſiſtratus.
25 Injuriam ſibi illatam.
26 Narrat quomodo Piſiſtratus multò laudabiliùs tulerit injuriam in ſe illatam.
27 Proſciſſus.
28 Nec iratus eſt, nec verbum reſpondit.

buit,

buit, ut putares [1] ſatellitem à tyranno [2] male audire. [3] Abeuntem quoque, veritus ne propter mĕtum maturius ſe convivio ſubtraheret, [4] invitatione familiari cœpit retinere. Thraſippus [5] concitatæ temulentiæ impetu [6] evectus, os [7] ejus ſputo reſperſit: nec tamen in vindictam ſui [8] accendere potuit. [9] Ille verò etiam filios ſuos [10] violatæ patris majeſtati ſubvenire cupientes retraxit. [11] Poſtero quoque die Thraſippo [12] ſupplicium à ſe [13] voluntaria morte exigere volente, [14] venit ad eum, [15] dataque fide in [16] eodem gradu amicitiæ manſurum, [17] ab incepto revocavit. Si nihil aliud dignum honore vel memoria [18] geſſiſſet, [19] his tamen factis abunde ſe poſteritati commendaſſet.

3 Æque mitis animus Pyrrhi regis. Audierat quoſdam Tarentinorum in convivio parum honoratum de ſe ſermonem habuiſſe, [20] accerſitoſque, qui ei interfuerant, percontabatur, an ea, quæ ad aures ejus pervenerant, dixiſſent. Tùm ex his unus: Niſi, inquit, vinum nobis defeciſſet, iſta quæ tibi relata ſunt, [21] præ iis, quæ de te locuturi eramus, [22] luſus ac jocus fuiſſent. Tam urbana [23] crapulæ excuſatio, tamque ſimplex veritatis confeſſio, iram regis convertit in riſum. [24] Qua quidem clementia & moderatione aſſecutus [25] eſt, ut & [26] ſobrii ſibi Tarentini gratias agerent, & ebrii [27] bene precarentur. [28] Ab eadem altitudine humanitatis, legatis Romanorum, ad redimendos captivos caſtra ſua petentibus, quò tutiùs venirent, Lyconem Moloſſum obviam miſit: quoque honoratiùs exciperentur, ipſe cum ornato equitatu extra portam occur-

1 Miniſtrum.
2 Objurgari & conviciis proſcindi, id eſt, ac ſi ipſe Piſiſtratus tyrannus fuiſſet ſatelles Thraſippi.
3 Ab ire volentem.
4 Ut diutiùs maneret.
5 Commotæ ebrietatis.
6 Tranſportatus à ſtatu rationis.
7 Piſiſtrati tyranni.
8 Piſiſtratum.
9 Piſiſtratus.
10 A Thraſippo ebrio per ſputum & convicia.
11 Sequenti.
12 Ob injuriam illatam amico.
13 Quam ſibi ultrò inferre parabat.
14 Piſiſtratus.
15 Et factâ ſanctâ promiſſione.
16 In quo fuerat antè illatam injuriam.
17 A morte, quam ſibi inferre parabat.
18 Piſiſtratus.
19 Duobus.
20 Ad ſe vocatos.
21 Reſpectu, comparatione eorum.
22 Res nullius momenti.

23 Ingurgitationis non tam cibi, quam potus. 24 Laudat hanc regis humanitatem. 25 Pyrrhus. 26 Jejuni. 27 Ut Dii bona in illum conferant, qui tam clementer ignoverat. 28 De ejuſdem Pyrrhi humanitate loquitur.

rit. [1] Secundarum rerum [2] proventu non adeo corruptus, ut [3] officii [4] proſpectum in iis deponeret, qui tùm maximè armis cum eo diſſidebant.

4 Cujus tam mitis [5] ingenii debitum fructum ultimo [6] fati ſui tempore [7] recepit. Nam cùm [8] diris auſpiciis [9] Argivorum invaſiſſet urbem, [10] abſciſſumque caput ejus Alcyoneus, Antigoni [11] regis filius, ad [12] patrem [13] propugnatione laborantem lætus velut aliquod feliciſſimum victoriæ opus attuliſſet: Antigonus, [14] correpto juvene, quòd tanti viri ſubitæ ruinæ, immemor humanorum caſuum, [15] effuſo gaudio inſultaret: [16] humo caput ſublatum, [17] cauſeâ, qua velatum caput ſuum more Macedonum habebat, texit: [18] corporique Pyrrhi redditum, honoratiſſime cremandum curavit. Quinetiam filium [19] ejus Helenum captivum ad [20] ſe pertractum, & [21] cultum & animum gerere regium juſſit: oſſaque Pyrrhi ei aureâ [22] urnâ incluſa, Epirum in [23] patriam ad Alexandrum fratrem portanda dedit.

5 Campani autem exercitum noſtrum cum conſulibus apud [24] Caudinas furcas, ſub [25] jugum à Samnitibus miſſum, nec [26] inermem tantum, ſed etiam [27] nudum [28] urbem ſuam intrantem, perinde ac victorem, & ſpolia hoſtium [29] præ ſe ferentem venerabiliter exceperunt: Protinuſque conſulibus inſignia honoris, militibus veſtem, arma, equos, commeatum benigniſſimè præſtando, & inopiam & deformitatem Romanæ cladis mutarunt. Quo animo ſi pro imperio noſtro adverſus Annibalem quoque uſi fuiſſent, truculen-

1 Quales erant victoriæ de Romanis.
2 Felicitate & ſucceſſu.
3 Quod debebat legatis.
4 Reſpectum.
5 In Romanos.
6 Mortis ſuæ.
7 Pyrrhus.
8 Execrabilibus, & quaſi Deorum irà portentis, quia illic interimendus erat.
9 Argos.
10 A Zopyro.
11 Macedoniæ, qui Argivis miſerat auxilium.
12 Sc. *ſuum*, id eſt, Antigonum.
13 In defenſione urbis Argivæ periculosè verſantem.
14 Caſtigato.
15 Immoderatâ lætitiâ hoſtiliter illuderet.
16 E terrâ levatum caput Pyrrhi.
17 Velo capitis, quod circà caput geſtabant. Utebantur eâ pugnatores, ne oculi à ſolis radiis perſtringerentur.
18 Undè erat abſciſſum.
19 Pyrrhi.
20 Antigonum.
21 Ornatum.
22 Vaſculo, quod pro condendis defunctorum cineribus ſolebat adhiberi.
23 Pyrrhi, & Heleni.
24 Anguſtias montium, ſpeciem furcarum repræſentantium.
25 Haſtas diſpoſitas in ſpeciem patibuli, in ſignum extremæ ſubjectionis.
26 Quia arma hoſti tradiderat.
27 Quia ſpolia quoque ei detraxerant hoſtes.
28 Capuam.
29 Ante ſe.

tis ſecuribus materiam [1] ſæviendi non præbuiſſent.

6 Facta mentione [2] acerrimi hoſtis, manſuetudinis ejus operibus, quam Romano nomini præſtitit, [3] locum, qui inter manus eſt, finiam. [4] Annibal enim Æmilii Pauli apud Cannas trucidati [5] quæſitum corpus, quantum in ipſo fuit, inhumatum jacere paſſus non eſt. [6] Annibal Ti. Gracchum, Lucanorum circumventum inſidiis, cum ſummo honore ſepulturæ mandavit; & oſſa [7] ejus in patriam portanda militibus noſtris tradidit. Annibal M. Marcellum in agro Brutio, dum [8] conatus pœnorum cupidiùs, quàm conſideratiùs, [9] ſpeculatur, interemptum, legitimo jure [10] extulit: [11] Punicoque ſagulo, & [11] corona donatum [12] laurea, [13] rogo impoſuit. [14] Ergo humanitatis dulcedo etiam in [15] efferata [16] barbarorum ingenia [17] penetrat, torvoſque & truces hoſtium [18] mollit oculos, ac victoriæ inſolentiſſimos [19] ſpiritus flectit. Nec [20] illi difficile & arduum eſt, inter arma contraria, inter [21] diſtrictos cominus mucrones placidum iter reperire. [22] Vincit iram, proſternit odium, hoſtilemque ſanguinem hoſtilibus [23] lacrymis miſcet. Quæ etiam [24] admirabilem Annibalis vocem pro funeribus Romanorum Ducum [25] arbitria ſtatuentis [26] expreſſit. Quare aliquanto [27] ei plus gloriæ Paulus, Gracchus, & Marcellus ſepulti, quam [28] oppreſſi attulerunt: Siquidem

1 Tam ſævê in eorum magiſtratus animadvertendi.
2 Annibalis.
3 Tractatum hunc de humanitate & clementiâ abſolvam. Nam hæc ultima ſunt de humanitate exempla, & omnia quidem Annibalis.
4 Adfert ſecundum exemplum.
5 Ad ſepeliendum.
6 Adfert tertium exemplum.
7 Ti. Gracchi.
8 Molimina.
9 Explorat.
10 Ad ſepulturam efferendum curavit.
11 Veſte militari, quali Carthaginenſes tunc utebantur.
12 Ob virtutem bellicam: ſæpiùs enim victor evaſerat.
13 Igni ardenti.
14 Laudat Valerius vim humanitatis, quæ per efferatas quoque gentes tranſire audet.
15 Feritate naturali extra ſe lata.
16 Qualis erat Annibal.
17 Irrumpit & penitùs intrat.
18 Mitigat.
19 Ut in Antigono.
20 Humanitati.
21 Evaginatos, nudatos.
22 Humanitas.
23 Ut in Cæſare patuit erga Pompejum.
24 Quia mirum fuit, tantum humanitatis in pectore barbaro inveniri poſſe.
25 Arbitrariam ſententiam dantis: erat enim in ipſius poteſtate, cenſeret-ne ſepelienda interfectorum cadavera, an feris avibuſque relinquenda.
26 Extorſit, quaſi ab invito pectore.
27 Annibali.
28 Eò quòd victi erant ab eo.

illos [1] Pœnico aſtu decepit, [2] Romana manſuetudine [3] honoravit. [4] Vos quoque fortes, ac piæ umbræ, [5] non pœnitendas [6] ſortitæ eſtis exequias: nam ut optabiliùs in patria, ita ſpecioſiùs pro patria collapſæ, [7] ſupremi officii [8] decus infelicitate amiſſum, virtute recuperaſtis.

1 Fraude, verſutiâ Pœnis propriâ. 2 Romanis digna eiſque conſueta. 3 Honorificâ eos affecit ſepulturâ. 4 Paule, Gracche, & Marcelle. Apoſtrophen enim facit ad Imperatores Romanos, & eos quaſi hac oratione conſolatur, quòd non in patriâ illis mori contigerit, cùm glorioſiùs in acie, pro patriâ fortiter pugnando, ceciderint, & non pœnitendas exequias ab hoſte ſortiti fuerint. 5 Quia glorioſas. 6 Sorte quadam nactæ. 7 Exequiarum honorem. 8 Quam fortunâ adversâ funerationem in patria perdidiſtis, eandem apud hoſtes virtute veſtrâ inveniſtis.

## CAP. II.

# DE GRATITUDINE.

**ROMANORUM.**

1 Senatus Romani.
2 Iuventutis Romanæ.
3 Plebis Romanæ.
4 M. Minucii Rufi Mag. eq.
5 Q. Terentii Culeonis.
6 Civium è Græcia liberatorum.
7 Q. Metelli Pii *Cos.*
8 C. Marii *Cos. III.*
9 L. Syllæ Dictatoris.
10 Libitinariorum.

**EXTERNORUM Regum.**

1 Darii Perſarum.
2 Mithridatis Ponti.
3 Attali Aſiæ.
4 Maſiniſſæ Numidiæ.

1 GRatas verò ingrataſque animi ſignificationes, & facta libuit oculis ſubjicere, ut virtuti ac vitio juſta merces æſtimationis ipſa [2] comparatione accederet. Sed quoniam [3] contrario propoſito ſeſe [4] diſtinxerunt, noſtro quoque ſtylo ſeparentur: prioremque locum obtineant, quæ laudem, quàm quæ reprehenſionem merentur.

1 De Gratitudine dicturus, eam in comparationem cum ingratitudine adducturum eſſe pollicetur, ut ſua utrique æſtimationis merces; huic ſc. laus, illi vituperatio rependatur. 2 Ut, cum hinc virtus, indè vitium poſitum fuerit, cognoſcatur illius laus, & hujus vituperatio. 3 Quia virtus & vitium contraria ſunt. 4 Grati & ingrati.

1 [1] Atque ut à [2] publicis actis [3] ordiar: Marcium Coriolanum [4] patriam oppugnare conantem, admotoque portis Urbis ingenti Volſcorum exercitu, [5] funus ac tenebras Romano Imperio minitantem, Veturia [6] mater & Volumnia [7] uxor nefarium opus exequi precibus ſuis paſſæ non ſunt. In [8] quarum honorem ſenatus matronarum ordinem benigniſſimis decretis [9] adornavit. [10] Sanxit namque uti fœminis [11] ſemitâ viri cederent, [12] confeſſus plus ſalutis reip. in [13] ſtola, quam in [14] armis fuiſſe: [15] vetuſtiſque aurium inſignibus novum [16] vittæ diſcrimen adjecit: Permiſit quoque his purpurea veſte & aureis uti [17] ſegmentis. Super hæc ædem & aram Fortunæ Muliebri eo loco, quo Coriolanus exoratus fuerat, faciendum curavit, memorem beneficii animum ſuum [18] exquiſito religionis cultu [19] teſtando.

[20] Quem ſecundi etiam belli Punici tempore [21] exhibuit. Cùm enim à Fulvio Capua obſideretur, ac duæ Campanæ mulieres benevolentiam erga Romanos dimittere ex animis noluiſſent, Veſtia Opidia materfamilias, & Cluvia Facula meretrix; quarum [22] altera quotidie pro ſalute noſtri exercitus ſacrificavit, [23] altera captis militibus Romanorum alimenta ſubminiſtrare non deſtitit. Urbe illa [24] oppreſſa, ſenatus [25] his & libertatem & bona reſtituit: & ſi quid amplius præmii petiſſent, libenter ſe daturum aſſeveravit. [26] Vacaſſe in tanto [27] gaudio Patribus conſcriptis duabus humilibus fœminis referre gratiam, [28] nedum tam [29] præ ſe tuliſſe, mirandum.

1 Primum exemplum gratorum eſt ipſius Senatus in matronas Romanas occaſione Martii Coriolani.
2 Totius Senatus.
3 Narrationem gratorum.
4 Sc. *ſuum*, id eſt, Romam.
5 Excidium & ſummam deſolationem.
6 Marcii Coriolani.
7 Ejuſdem.
8 Matris & uxoris Coriolani.
9 Decoravit.
10 Firmavit.
11 De viâ.
12 Per hoc decretum.
13 Veſte matronarum, id eſt, precibus earum. Sicut toga mulierum, ita ſtola virorum erat.
14 Virorum.
15 Privilegio veteri, quo licebat matronis inaures habere.
16 Diſcerniculum ornamenti in capite.
17 Ornamentis colli. Nam *ſegmenta* dicuntur redimicula mulierum verſicoloria, quibus utuntur ad capitis ornamentum. *Segmentum* etiam dicitur monile, à collo in pectus deſcendens.
18 Accuratiſſimè invento & obſervato.
19 Probando.
20 Animum memorem beneficii.
21 Senatus.
22 Materfamilias.
23 Meretrix.
24 Vi captâ.
25 Duabus mulieribus
26 Curis cæteris vacuos intentos fuiſſe.
27 De receptâ Capuâ concepto,
28 Ne ſolum dicam,
29 Quibuſdam indiciis ſignificaſſe.

2 [1] Quid illa quoque juventute Romana gratius? quæ C. Nautio & Minutio Coss. ultro nomina ſua [2] militari ſacramento obtulit, ut [3] Tuſculanis, quorum fines [4] Æqui occupaverant, [5] præſidium ferrent: quia paucis ante menſibus conſtantiſſime & fortiſſimè imperium Romani populi [6] defenderant. Ergo quod auditu novum eſt, ne patriæ grata voluntas [7] ceſſaſſe videretur, exercitus ſe ipſe conſcripſit.

3 Magnum grati populi ſpecimen in Q. Fabio Maximo enituit: Nam cum quinque conſulatibus ſalutariter reip. adminiſtratis [8] deceſſiſſet, [9] certatim æs [10] contulit; quo major ac ſpecioſior ejus funeris pompa duceretur. [11] Elevet aliquis præmia virtutis, cùm animadvertat, [12] fortes viros felicius ſepeliri, quam vivere ignavos.

4 [13] Fabio alteri etiam incolumi ſumma cum gloria gratia relata eſt: [14] Dictatori ei magiſter equitum Minutius [15] ſcito plebis, [16] quod nunquam antea factum fuerat, æquatus, [17] partito exercitu [18] ſeparatim in Samnio cum Annibale conflixerat: Ubi temere initio certamine [19] peſtiferum habiturus exitum, ſubſidio Fabii conſervatus, & [20] ipſe [21] eum patrem appellavit, & à legionibus ſuis [22] patronum ſalutari voluit: Ac depoſito æqualis imperii [23] jugo, magiſterium equitum, ſicut par erat, dictaturæ ſubjecit: imprudentiſque vulgi errorem [24] gratæ mentis ſignificatione correxit.

1 Adfert poſt gratitudinem Senatus gratitudinem juventutis Romanæ ſub C. Nautio & Minutio Conſulibus erga Tuſculanos.
2 Aſſcriptioni militiæ juſtè gerendæ ſub juramento.
3 Populis vicinis Romæ.
4 Italiæ populi, Sabinis proximi.
5 Auxilium.
6 Expellendo ſervos de Capitolio.
7 Defuiſſe.
8 Mortuus eſſet.
9 Cum certamine, quis plus conferret,
10 Populus ſc. Romanus ad honeſtandum ejus funus.
11 Imminuat, vilipendat. Tranſlatio ſumpta à cumulo, de quo quantò plus elevaveris, tantò magis diminues.
12 Qualis erat Fabius Maximus.
13 Non ſolùm mortuo Fabio, ſed etiam vivo, ſecundi Punici belli tempore, populus ſe gratum exhibuit. Adfert enim exemplum gratitudinis magiſtri equitum & legionum in eundem Fabium 14 Fabio. 15 Decreto. 16 Ut magiſter equitum æquaretur in poteſtate Dictatori. 17 In duas partes diviſo. 18 A Dictatore ſc id eſt, ſine eo. 19 Perniciosum multis. 20 Minutius. 21 Fabium Dictatorem. 22 Donatorem libertatis, cùm in ſervitutem fuiſſent redigendæ. 23 Æquilibrio, onere gravi imperii ſc. æquati: nam ita uterque exercitum ducebat, ſicut duo boves unum jugum trahunt. 24 Grati animi.

5 [1] Tam hercle [2] probabiliter, quam Q. Terentius Culeo, [3] prætoria familia natus, & [4] inter paucos ſenatorii ordinis ſplendidus, optimo [5] exemplo Africani [6] ſuperioris currum, [7] triumphantis, quia captus à Carthaginienſibus ab [8] eo fuerat [9] recuperatus, [10] pileum capite gerens, ſecutus eſt. [11] Auctori enim libertatis ſuæ, tanquam patrono accepti beneficii, confeſſionem, ſpectante populo Romano, merito reddidit.

6 At Flaminii de Philippo [12] rege triumphantis currum, non unus, ſed duo millia civium Romanorum pileata comitata ſunt: [13] quæ [14] Punicis bellis [15] intercepta, & in Græcia ſervientia, cura ſua collecta, in [16] priſtinum gradum [17] reſtituerat. [18] Geminatum ea die [19] decus imperatoris, à [20] quæ ſimul & devicti hoſtes, & conſervati cives [21] ſpectaculum [22] patriæ præbuerunt. [23] Illorum quoque ſalus [24] dupliciter omnibus accepta fuit: & quia tam multi, & quia tam grati exoptatum libertatis ſtatum recuperaverunt.

7 Metellus verò Pius [25] pertinaci erga exulem [26] patrem amore, tam clarum [27] lachrymis, quàm alii victoriis, cognomen aſſecutus, non dubitavit conſul pro Q. Calidio [28] præturæ candidato ſupplicare populo, quòd Tribunus plebis legem, qua pater ejus in civitatem reſtitueretur, tulerat. Quinetiam patronum eum domus & familiæ ſuæ ſemper dictitavit.

1 Adfert gratitudinem Terentii Culeonis, hominis ſenatorii ordinis, in Africanum majorem liberatorem ſuum aut ſui, dicens: Sicut Minutius Fabium, ſic Q. Terentius Culeo Scipionem Africanum ſuperiorem patronum appellavit, eumque triumphantem ſecutus eſt pileo capiti impoſito, omniq; deinde vitâ: ut dignum erat, libertatis autorem coluit.
2 Minutius egit.
3 Preturis functa.
4 Q. d. Inter primos ordinis Senatorii.
5 Gratitudinis.
6 Majoris.
7 De Carthagine.
8 Scipione.
9 Receptus.
10 Tanquam libertate donatus. Nam *pileum gerere*, ſignum erat, fuiſſe libertate donatum: ſignifica-[bat] enim ſe virtute Scipionis tempeſtatem ſervitutis evaſiſſe. 11 Scipioni. [12] Macedoniæ. 13 Duo millia civium Romanorum. 14 Carthaginenſibus [15] Dolo capta. 16 Libertatem priorem. 17 Flaminius. 18 Populo-[ru]m Germaniæ. 19 Sc. *fuit*. 20 Imperatore. 21 Rem aſpectu læ-[t]am. 22 Populo Romano. Q. d. Duplicem laudem & gloriam Flaminius ex [h]ac victoria conſecutus eſt, alteram quòd hoſtes ſuperavit, alteram quòd cives [ſ]ervavit. 23 Civium liberatorum. 24 Duabus de cauſis. 25 Perſeve-[ra]nti & infrangibili. 26 Metellum Numidicum. 27 Pro patris reditu [f]uſis. 28 Petente in candido habitu præturam.

Nec [1] hac re de [2] principatu, quem procul dubio obtinebat, quicquam [3] decerpſit; quia non humili, ſed grato animo, longe inferioris hominis maximo merito eximiam ſummittebat [4] dignitatem.

8 Nam C. quidem Marii non ſolum præcipuus, ſed etiam præpotens gratæ mentis fuit impetus: Duas etiam Camertium cohortes, mira virtute vim [5] Cimbrorum ſuſtinentes, in ipſa acie, adverſus conditionem [6] fœderis civitate donavit: Quod quidem factum & vere & egregie excuſavit, dicendo, inter armorum ſtrepitum, [7] verba ſe juris civilis exaudire non potuiſſe. [8] Et ſane id tempus erat, quo magis defendere, quam audire leges oportebat.

9 C. Marii veſtigia ubique L. Sylla certamine laudis ſubſequitur: Dictator enim Pompejo etiam [9] privato caput adaperuit, & ſella aſſurrexit, & equo deſcendit: Eaque ſe libenter facere in concione prædicavit, memor ab eo [10] duodeviginti annis nato partes ſuas exercitu [11] paterno adjutas. Multa [12] inſignia Pompejo, ſed neſcio an hoc quicquam admirabilius contigerit, quod magnitudine beneficii Syllam [13] ſui obliviſci coëgit.

10 [14] Sit aliquis in ſummo ſplendore etiam [15] ſordidis [16] gratis locus. M. Cornuto prætore funus [17] Hirtii & Panſæ juſſu ſenatus locante, qui tunc [18] Libitinam exercebant, cùm [19] rerum ſuarum uſum, tùm miniſterium ſuum [20] gratuitum polliciti ſunt; quia [21] hi pro re-

1 Propter hanc cauſam, quod hominem plebejum ſibi patronum dictitavit.
2 Senatorio.
3 Detraxit, deminuit.
4 Domus ſuæ.
5 Populorum Germaniæ.
6 Cum Camertibus ſic icti, ut civitatem non peterent.
7 Q. d. tunc potiùs permittendum & ſervandum fuiſſe, quod utilitas expoſceret, quā quod verba legis caverent.
8 Significat majorem fuiſſe belli terrorem, quam legum obſervationem.
9 Nullo tunc magiſtratu fungenti.
10 Octodecim.
11 Patris Pompeji.
12 Sc. *contigerunt*.
13 Suæ naturæ ſuperbæ & ferocis.
14 Loquitur de gratitudine eorum, qui non adeò nobiles fuêre, ſed humili loco nati, & primò de pollinctorum gratitudine, quâ uſi ſunt in Hirtium & Panſam Romanos conſules.
15 Humili loco natis, ſordidum miniſterium exercentibus.
16 Dummodò fuerunt grati.
17 Romanorum Conſulum interfectorum pro libertate publicâ.
18 Miniſterium ſepeliendorum aut comburendorum cadaverum.
19 Ad funus pertinentium.
20 Sine mercede.
21 Hircius & Panſa.

publica dimicantes occiderant. Perſeverantique poſtulatione [1] extuderunt, ut exequiarum apparatus ſeſtertio nummo [2] ipſis præbentibus addiceretur: [3] Quorum laudem [4] adjectâ lege [5] conditio auget magis: quam extenuat: quoniam quidem quæſtum contempſerunt, nulli alii rei quam quæſtui viventes.

## EXTERNA.

[6] Pace cinerum ſuorum Reges gentium exterarum [7] ſecundum hunc tam contemptum [8] gregem referri ſe patientur: [9] qui aut non attingendus, aut non niſi in ultima parte domeſticorum exemplorum collocandus fuit. Sed dum honeſti actus etiam ab infimis editi, memoria non intercidant; licet, [10] ſeparatum locum obtineat: ut nec [11] his adjecti, nec [12] illis prælati videantur.

I Darius [13] privatæ adhuc fortunæ, [14] amiculo Syloſontis Samii delectatus, curioſiore [15] contemplatione fecit, ut [16] ultro ſibi, & quidem à [17] cupido daretur. Cujus muneris quam grata æſtimatio animo [18] ejus eſſet allapſa, [19] regno potitus oſtendit: totam namque urbem, & inſulam Samiorum, Syloſonti fruendam tradidit. Non enim pretium rei æſtimatum, ſed [20] occaſio liberalitatis eſt honorata; magiſque à [21] quo donum proficiſceretur, quam ad [22] quem perveniret, proviſum.

1 Extorſerunt per vim.
2 Id eſt, voluiſſent quidem penitùs gratis facerè funus, ſed quia id non licebat, petebant ut pretio ſeſtertii ſibi addiceretur, & reliqua facerent impenſis ſuis.
3 Libitinariorum.
4 Sc. quod gratis non fieret funus.
5 Vilitas ſtatus eorum.
6 Cum bonâ veniâ à defunctis obtentâ. Ne videatur injuriam facere regibus, quorum exempla ſequuntur, quaſi ac eis veniam petit. Dicit enim ſ: cùm in ſuperioribus exemplum poſuerim grati animi eorum, qui Libitinam exercebant, fortaſſe indignabuntur reges, quòd tam ſordido hominum generi eos ſubjiciam: ſed cur ita faciat, rationen ſubjungit.
7 Statim poſt.
8 Pollinctorum ſc.
9 Grex.
10 Utpote medium.
11 Nobilibus domeſticis.
12 Nobilibus externis.
13 Nondum Rex creatus.
14 Genere veſtimenti, ab *amiciendo* dicto.
15 Amiculi ſc. per quam Samius ille intellexit, quod ipſum nimis habere cuperet.
16 Priuſquam apertis ipſum precibus peteret.
17 Sc. dandi.
18 Darii.
19 Perſarum.
20 Quia tunc ille dedit, cùm talem remunerationem exſpectare non poterat.
21 Quia ab humili & pauper, ſed liberaliter dante.
22 Quia ad eum, qui poſteà Rex evaſit.

2 Mithridates quoque [1] rex magnifice gratus apparuit, quoniam pro Leonico acerrimo ſalutis ſuæ defenſore à Rhodiis navali pugna [2] excepto, omnes hoſtium captivos [3] permutavit: ſatius eſſe exiſtimans ab inviſiſſimis [4] circumveniri, quam benè merito gratiam non referre.

3 [5] Liberalis [6] populus Rom. magnitudine muneris, quod Attalo regi Aſiam dedit dono. Sed Attalus etiam teſtamenti æquitate gratus, qui eandem Aſiam populo Roman. [7] legavit. [8] Itaque nec [9] hujus munificentia, nec [10] illius tam memor beneficii animus tot verbis laudari poteſt; quot ampliſſimæ civitates vel amice datæ, vel [11] pie redditæ ſunt.

4 Ceterum neſcio an præcipuè Maſiniſſæ [12] regis pectus grati animi pignoribus fuerit refertum: Beneficio enim Scipionis & Romanorum amicitiæ, & perampli regni [13] modo liberaliter auctus; memoriam inclyti muneris ad ultimum vitæ finem, [14] longa etiam à Diis immortalibus ſenectute donatus, conſtantiſſimâ fide perduxit. Adeò ut [15] eum non ſolum [16] Africa, ſed etiam cunctæ gentes ſcirent amiciorem [17] Corneliæ familiæ, atque urbi Rom. quam ſibimet ipſi ſemper fuiſſe. [18] Ille, cùm gravi Carthaginienſium bello premeretur, ac vix [19] tutelæ ſui regni ſufficeret: tamen Scipioni Æmiliano, quia nepos Africani erat, bonam magnamque partem Numidici exercitus, quem ad Lucullum conſulem, à quo ad auxilia petenda [20] miſſus fuerat, in Hiſpaniam duceret, promptiſſima mente tradidit, [21] præſentique periculo reſpectum [22] priſtini beneficii antepoſuit. [23] Ille, cum jam ætate deficiente, magnas regni opes, quatuor & quinquaginta filiorum

1 Ponti.
2 Per inſidias capto.
3 In permutando dedit.
4 Decipi in rerum æſtimatione.
5 Uno eodemque exemplo de Romanorum liberalitate, & regis Attali gratitudine loquitur.
6 Sc. *fuit*.
7 Teſtamento reliquit.
8 Si quis tot verbis laudare voluerit utramque ſc. & liberalitatem populi Romani, & gratitudinem Attali regis, quot civitates datæ, & redditæ ſint, dicendo vix ſufficeret.
9 Populi Romani.
10 Attali.
11 Pio, id eſt, grato affectu
12 Numidiæ.
13 Menſurâ.
14 Quia ad centeſimum pervenit annum.
15 Maſiniſſam.
16 Africani.
17 In quâ erat Scipio.
18 Maſiniſſa.
19 Ad tutelam.
20 Æmilianus.
21 In quo erat propter bellum cum Carthaginenſibus.
22 Scipionis & populi Romani.
23 Idem Maſiniſſa.

nume-

numerum relinquens, in lectulo laberetur. M A. Manlium, qui [1] Proconſul Africam obtinebat, literis obſecravit, ut ad ſe Scipionem Æmilianum, ſub eo tunc militantem, mitteret: feliciorem mortem ſuam futuram ratus, ſi [2] in complexu dextræ ejus ſupremum ſpiritum ac [3] mandata poſuiſſet. [4] Ille adventum Scipionis [5] fatis ſuis præcurrentibus, hæc uxori liberiſque præceperat: [6] unum in terris populum Roman. & unam [7] in populo Rom. Scipionis domum [8] noſſe integra omnia Æmiliano ſe ſervare, eum [9] dividendi regno arbitrum haberent: quod is ſtatuiſſet, perinde ac teſtamento cautum, immutabile ac ſanctum [10] obtinerent. Tottamque variis rebus ſe Maſiniſſa [11] infatigabili pietatis ſerie ad centeſimum extendit annum. [12] His, & horum ſimilibus exemplis, beneficentia generis humani [13] nutritur atque augetur. [14] Hæ ſunt ejus faces, hi ſtimuli, propter quos juvandi & [15] emerendi cupiditate flagrat. Et ſane ampliſſimæ & ſpecioſiſſimæ divitiæ ſunt, feliciter [16] erogatis beneficiis, [17] latæ poſſe [18] cenſeri. [19] Quorum quoniam [20] religioſum cultum inſtituimus, nunc neglectum, [21] ſugillandi gratia, quo ſit [22] gratior, referemus.

1 In provincia conſulari fungens poteſtate.
2 Complectendo & tenenda dextram ejus.
3 Commiſſa teſtamentaria depoſuiſſet.
4 Maſiniſſa. Adfert tertium amicitiæ teſtimonium.
5 Morte præveniente adventum Scipionis, id eſt, morte accelerante, priuſquam Æmilianus adveniſſet.
6 Solum.
7 Inter Romanos.
8 Ultimam voluntatem ſuam.
9 Inter liberos.
10 Haberent.
11 Continuatâ pii affectus in populum Romanum domumque Scipionis proceſſione & oſtenſione.

12 Laudat hoc loco gratitudinem, cujus officio dicit benignitatem, beneficentiamque in hominum pectoribus nutriri pariter & augeri, incitarique plurimùm homines ad promerendum: contrà verò ingratitudine omnem pietatis fontem exhauriri, beneficentiæ & liberalitatis ardorem extingui: humanam denique ſocietatem facilè dirimi. 13 Conſervatur. 14 Huiuſmodi gratitudinis ſignificationes ſunt beneficentiæ incentiva. 15 Evidenter benè merendi de ſe mutuo. 16 Impenſis. 17 Collatæ. 18 Æſtimari. 19 Beneficiorum. 20 Anxiè & ſanctè obſervatum. 21 Vituperandi. 22 Cultus ſc. religioſe obſervatus.

## CAP. III.

# DE INGRATITUDINE.

### ROMANORUM.

1 Senatus Romani in Romulum.
2 Populi Romani in M. Camillum & alios.
3 P. Sextilii in C. Cæſarem oratorem.
4 Cn. Popilii in M. Ciceronem.
5 Cn. Pompeji Magni in Cn. Carbonem.

### EXTERNORUM.

1 Carthaginienſium in Annibalem.
2 Spartanorum in Lycurgum.
3 Athenienſium in Theſea & alios.

I [1] URbis noſtræ [2] parentem [3] ſenatus in ampliſſimo dignitatis gradu ab eo [4] collocatus in curia laceravit; nec duxit nefas ei vitam adimere, qui æternum Rom. Imperio ſpiritum ingeneraverat. [5] Rude nimirum illud & ferox ſeculum, conditoris [6] ſui cruore fæde maculatum, ne ſumma quidem [7] poſteritatis diſſimulare pietas poteſt.

2 Hunc ingratum lapſæ mentis errorem, [8] conſentanea noſtræ civitatis pœnitentia ſequitur. [9] Virium Romanarum & incrementum lætiſſimum, & tutela certiſſima Furius Camillus, in Urbe incolumitatem ſuam tueri non valuit; cujus ipſe ſalutem [10] ſtabilierat, felicitatem auxerat. Siquidem à L. Appulejo Tribuno pl. tanquam [11] depeculator [12] Vejentanæ prædæ reus factus, duris atque (ut ita di-

1 De ingratitudine populi Romani loquitur, qui Romulum, Urbis ſuæ conditorem, laceravit.
2 Romulum.
3 Romanus.
4 Quia primores urbis eos fecerat.
5 Sc. *fuit*. Excuſat quodammodò Valerius populum Romanum, qui tùm rudis eſſet & ferox, quippe paſtores & agreſtes omnis humanitatis eſſe expertes.
6 Suæ urbis & imperii.
7 Qui poſt Romulum & ejus æquales nati ſunt.
8 Quia conveniens fuit, ut pœniteret.
9 Quia Vejos, urbem eâ tempeſtate potentiſſimam, & imperii Romani æmulam, decem annos à Romanis obſeſſam eo tempore cepit, quo difficilior obſidentibus, quam obſeſſis, erat obſidio.
10 Confirmaverat.
11 Interceptor & defraudator, ad peculium ſuum, quod publicum eſſet, convertens.
12 Ex Vejis, ab eo captis, partæ.

cam) [1] ferreis ſententiis in exilium miſſus eſt. [2] Et quidem eo tempore, quo optimo juvene filio ſpoliatus, ſolatiis magis allevandus, quàm cladibus onerandus erat: Sed immemor patria tanti viri maximorum meritorum, [3] exequiis filii damnationem patris junxit. At, inquit, ærario abeſſe [4] Tribunus plebis querebatur quindecim millia æris: [5] tanti namque pœna [6] finita eſt. [7] Indignam ſummam, propter quam populus Rom. tali principe careret. [8] Priore adhuc [8] querela [9] vibrante, alia deinceps exurgit. Africanus [10] ſuperior, non ſolum contuſam & confractam [11] belli Punici armis Remp. ſed pene jam exſanguem, atque morientem, [12] Africæ dominam reddidit; [13] cujus clariſſima opera injuriis penſando cives, [14] vici eum ignobilis, ac deſertæ paludis accolam fecerunt: Ejuſque voluntarii exilii acerbitatem non tacitus ad inferos tulit, [15] ſepulchro ſuo inſcribi jubendo, INGRATA. [16] PATRIA. NE. OSSA. QUIDEM, MEA. HABES. Quid iſta aut [17] neceſſitate indignius, aut querela juſtius, aut [18] ultione moderatius? Cineres [19] ei ſuos negavit, quam in cineres collabi [20] paſſus non fuerat. Igitur hanc unam

1 Rigidis, immutabilibus.
2 Auget hanc ingratitudinem Valerius, quod eo tempore illum fuiſſe damnatum dicat, quo populus Romanus illum potiùs conſolari debuerat de morte filii.
3 Quia vix filii exequias celebraverat, cùm in exilium relegatus eſt.
4 L. Apulejus.
5 Sc. *æris*.
6 Definita.
7 Quæ quindecim millia æris ſunt ſumma indigna.
8 Sc. ingratitudine populi Romani, erga Scipionem Africanum ſuperiorem: quam eò graviorem oſtendit, quò plura illius merita in rempublicam & majora fuiſſe demonſtrat. Fuit autem accuſatus, quòd Antiochenſem prædam uſurpaſſet, & à rege Antiocho pecuniam accepiſſet, ut conditionibus gratioſis & mollibus pax cum eo populi Romani nomine fieret. 9 Micante, & ſeſe oſtentante. Tranſlatio ſumpta à telo, ſive ſagittâ, quod, cùm miſſum fuerit, vibratur, & antequam vibrari deſierit, aliud telum mittitur. 10 Major. 11 Contra Annibalem geſti. 12 Quia illam populo Romano tributariam fecit. 13 Africani. 14 Habitatorem juxta vicum ignobilem ac deſertam paludem. 15 Sic enim teſtamento legaverat, ut ſepulturæ ſuæ titulus ille inſcriberetur. 16 Romana ſc. 17 Sc juſtè querendi de patriâ: quia invitus de patriâ conqueſtus eſt. 18 Quia hoc modo, denegándo patriæ ſuæ oſſa, illam quodammodo ultus eſſe videtur. 19 Sc. patriæ ſuæ. 20 Cùm Annibal libenter flammas ei intuliſſet.

Scipionis vindictam ingrati animi urbs Roma ſenſit, [1] majorem me herculè Coriolani [2] violentia. [3] Ille enim metu [4] patriam pulſavit, [5] hic [6] verecundia: De [7] qua ne queri quidem tanta veræ pietatis conſtantia niſi poſt [8] fata ſuſtinuit. [9] Talia [10] paſſo (credo) quæ [11] fratri ejus accidere ſolatio eſſe potuerunt: [12] cui rex Antiochus devictus, & Aſia imperio populi Rom. adjecta, ſpecioſiſſimuſque triumphus, ut [13] peculatus reus fieret, & [14] in carcerem duci juberetur, [15] cauſam præbuit.

[16] Nihilo virtute [17] minor fuit poſterior Africanus: ſed ne [18] exitu quidem felicior: Duabus enim urbibus Numantia atque Carthagine imperio Romano [19] imminentibus, ex rerum natura [20] depulſis, raptorem ſpiritus domi invenit, mortis punitorem in foro [21] non reperit. [22] Quis ignorat, tantum laudis Scipionem Naſicam [23] toga, quantum armis [24] utrumque Africanum meruiſſe? Qui peſtifera Ti. Gracchi manu faucibus apprehenſam rempubl. [25] ſtrangulari [26] paſſus non eſt. Sed [27] is quoque propter iniquiſſimam virtutum ſuarum apud cives æſtimationem, [28] ſub titulo legationis [29] Pergamum [30] ſeceſſit. Et quod vitæ ſuperfuit, [31] ibi ſine ullo ingratæ patriæ deſiderio peregit.

2 [32] In eodem [33] nomine verſor, [34] necdum Corneliæ gentis querelas exhauſi. Nam P. Lentulus clariſſimus & amantiſſimus reipub. civis,

1 Sc. vindictam. 2 Quam fuerat Coriolani violentia. 3 Coriolanus. 4 Romam infeſtavit. 5 Scipio. 6 Quæ gravior eſt metu: quia metus cadit etiam in eum, qui non peccavit: verecundia non niſi in peccati ſui conſcium. 7 Patriâ. 8 Mortem ſuam jubendo, quod dictum eſt, ſepulchro ſuo inſcribi. 9 Documenta ingratitudinis. Infert exemplum ingratitudinis ejuſdem populi in L. Scipionem, fratrem dicti Scipionis. 10 Scipioni ſuperiori. 11 Lucio Scipioni. 12 L. Scipioni. 13 Defraudatæ reipublicæ accuſaretur. 14 Non tamen ductus eſt, vetante id Tiberio Graccho. 15 Occaſionem. 16 In nullo. 17 Inferior, ſc. quam ſuperior, aut L. Scipio. 18 Morte. 19 Inſidiantibus & infeſtis. 20 Deletis. 21 Quia nemo, à quo interfectus eſſet, diſquiſivit, nec quenquam ad ſupplicium expoſtulavit. 22 Perſeverat in continuandis exemplis unius domus Corneliæ ſeu Scipionum, quæ, cùm eſſet optimè merita de patriâ, iniquiſſimam ab eâ recepit mercedem. 23 Urbe, ubi togâ induebantur Romani. 24 Tam ſuperiorem quam poſteriorem. 25 Suffocari & exſtingui ab eâ. 26 Quia Ti. Gracchum interfecit. 27 Naſica. 28 Ut tutus iret. 29 Civitatem Aſiæ. 30 Abiit, tanquam in exilium. 31 Pergami. 32 Adfert quintum ejuſdem familiæ exemplum. 33 Scipionum, aut gentis Corneliæ. 34 Nondum querelas de ingratitudine patriæ, quas gens Cornelia facere poſſet, evacuavi & explevi.

cùm

cùm in [1] Aventino C. Gracchi nefarios conatus & [2] aciem, [3] pia ac [4] forti pugna, magnis vulneribus [5] exceptis fugaſſet: prœlii illius, quo leges, pacem, libertatemque in ſuo ſtatu retinuerat, hanc mercedem tulit, ne in urbe noſtra moreretur. Siquidem [6] invidia & obtrectatione compulſus, [7] legatione à ſenatu libera impetrata, habitaque [8] concione, quâ à Diis immortalibus petiit, ne unquam ad ingratum populum reverteretur, in Siciliam profectus eſt, ibique perſeveranter morando [9] compotem ſe voti fecit. [10] Quinque igitur [11] Cornelii [12] totidem ſunt notiſſima ingratæ patriæ exempla. Atque horum quidem [13] ſeceſſus voluntarii. [14] Ahala verò, cùm magiſter equitum Sp. Mœlium regnum affectantem occidiſſet; [15] cuſtoditæ libertatis civium, exilio ſuo pœnas pependit.

3 [16] Ceterùm ut ſenatus populique mens in modum ſubitæ tempeſtatis concitata, leni querela proſequenda eſt; ita ſingulorum ingrata facta liberiore indignatione [17] proſcindenda ſunt: Quia potentes conſilii, cùm [18] utrumque [19] ratione perpendere liceret, [20] ſcelus pietati prætulerunt. Quo enim [21] nimbo, [22] quâ procellâ verborum, impium Sextilii caput obrui meretur? quod [23] C. Cæſarem, à quo cùm [24] ſtudioſè, tùm etiam [25] feliciter graviſſimi cri-

1 In quem Gracchus & Fulvius, ejus collega, cùm cæteris conjuratis ſe receperant.
2 Inſtructam adverſus Patres Conſcriptos.
3 Quia pro ſalute Reipublicæ.
4 Quia contra maximam urbis partem.
5 Acceptis ab ipſo Lentulo.
6 Invidia eſt inter impares, cùm minor invidet majori; obtrectatio verò inter pares.
7 Profectione.
8 Oratione ad populum convocatum.
9 Quia nunquam deinde in patriam reverſus eſt.
10 Concludit hoc exemplum cum hac ingratæ civitatis notâ, ut dicat in quinque nobiliſſimos gentis Corneliæ viros, de ſe optimè meritos, ingratiſſimam extitiſſe. 11 Gentis Corneliæ viri. 12 Etiam quinque. 13 Abitiones in exilium. 14 Servilius. 15 Ab eo, id eſt, pro cuſtodiâ libertatis exilium recepit. 16 Poſtquam de publicâ ingratitudine dixit, tranſit ad privatam: & illam dicit majori notâ cenſendam, quòd in vulgo nulla ſit peritia, ſed in modum ſubitæ tempeſtatis concitetur. 17 Oneranda convitiis. 18 Utramque partem, tam gratam, quam ingratam. 19 Rationali diſcretione examinare, æſtimare. 20 Pro benefactis injuriam retulerunt, ingratitudinem gratitudini præpoſuerunt. 21 Impetu, vi, Invehitur igitur in eos, qui, cùm grati eſſe poſſent, & à nemine ad ingratitudinem impellerentur, ingrati eſſe maluerunt: & primò in P. Sextilium. 22 Quo turbine. 23 Oratorem eximium. 24 Diligenter. 25 Quia abſolutus fuit.

minis reus defenſus fuerat, [1] Cinnanæ proſcriptionis tempore profugum, præſidium ſuum in fundo [2] Tarquinienſi cladis [3] conditione implorare, [4] beneficii jure [5] repetere coactum, à ſacris perfidæ menſæ & altaribus [6] nefandorum Penatium [7] avulſum, [8] truculento victori jugulandum tradere non exhorruit. [9] Finge accuſatorem ejus, fortuna publica in [10] ſupplicis nomen converſum, tam luctuoſam illum opem [11] genibus annixum oraſſe, crudeliter tamen repulſus videretur: quia etiam quos [12] injuriæ inviſos faciunt, gratioſos miſeriæ reddunt. Verum Sextilius non accuſatorem, ſed [13] patronum ſæviſſimæ inimici violentiæ ſuis manibus objecit: [14] ſi [15] metu mortis, vita indignus: ſi præmii ſpe, morte digniſſimus.

4 Sed ut ad alium conſentaneum huic ingrati animi actum tranſgrediar, M. Cicero C. Popilium Lænatem, Picenæ [16] regionis, rogatu [17] M. Cœlii, non minore cura quàm eloquentia defendit: eumque cauſa admodum [18] dubia [19] fluctuantem, ſalvum ad penates ſuos remiſit. Hic Popilius poſtea nec re, nec verbo à Cicerone læſus, ultro [20] M. Antonium rogavit, ut ad [21] illum [22] proſcriptum perſequendum & jugulandum mitteretur: Impetratiſ-

1 Quam Cinna & Marius conjunctis copiis in Syllam, victores & urbis compotes effecti, fecerant.
2 Et ita in Hetruriâ.
3 Propter conditionem cladis, quia non ſuâ culpâ, ſed communi civium calamitate talia pateretur.
4 In Sextilium collati.
5 Quaſi debitum.
6 Quos ipſe Sextilius nefandus ſcelere contaminaverat.
7 Vi abſtractum.
8 Cinnæ.
9 Pone. Q. d. Si C. Cæſar accuſator fuiſſet, non defenſor, & in eâ fortunâ genibus provolutus opem in tantâ perturbatione ſuppliciter (imploraſſat, non niſi crudeliter repelli poſſe videbatur, cùm verò patronus & ſalutis defenſor tam impiè proditus fuerit, quantâ ingratitudine, quanto odio proſequendus eſt.
10 Supplicantis Sextilio.
11 Ad genua Sextilii provolutum.
12 Quas intulerunt.
13 Defenſorem.
14 Aut inquit, metu mortis prodidit patronum & hoſpitem ſuum Sextilius, aut ſpe alicujus præmii conſequendi: ſi metu mortis id fecit, indignus eſt qui vivat, qui turpitudini honeſtatem vitæ cupiditate præponere non dubitavit: ſi ſpe præmii alicujus conſequendi, multò magis morte dignus fuiſſe videtur.
15 Quia in tabellâ proſciptorum aſſcribuntur generali clauſulâ omnes, qui proſcriptos celaverint, protexerint, aut quavis ope juverint.
16 Italiæ ſc.
17 Qui amantiſſimus Ciceronis erat.
18 Periculosâ & incertâ de abſolutione.
19 In magno periculo verſantem. Tranſlatio à navi, quæ fluctibus agitatur.
20 Triumvirum, in quem Philippicas Cicero habuerat & ſcripſerat.
21 Ciceronem.
22 Ab Antonio.

que deteſtabilis miniſterii [1] partibus, gaudio exultans [2] Cajetam cucurrit, & [3] virum [4] omitto quod [5] ampliſſimæ dignitatis, certe ſalutis [6] ejus auctorem, ſtudio etiam [7] præſtantis officii privatim ſibi venerandum, [8] jugulum præbere juſſit: Ac protinus caput Romanæ eloquentiæ, & [9] pacis clariſſimam dexteram, per ſummum & [10] ſecurum otium amputavit. Eaque [11] ſarcina, [12] tanquam opimis ſpoliis, [13] alacer in Urbem reverſus eſt. Neque ei [14] ſceleſtum portanti onus [15] ſuccurrit, illud ſe caput ferre, quod pro capite [16] ejus quondam [17] peroraverat. Invalidæ ad hoc [18] monſtrum ſugillandum literæ: quoniam qui talem Ciceronis [19] caſum ſatis digne deplorare poſſit, [20] alius Cicero non extat.

5 Quo te nunc modo Magne Pompei [21] attingam, neſcio: Nam & amplitudinem fortunæ tuæ, quæ quondam omnes terras, & omnia maria fulgore ſuo occupaverat, intueor; & ruinam ejus majorem eſſe, quam ut manu mea [22] attentari debeat, memini. Sed nobis tamen tacentibus Cn. Carbonis, à quo admodum adoleſcens de paternis bonis in foro dimicans protectus es, juſſu tuo interempti mors animis hominum [23] obſervabitur, non ſine aliqua reprehenſione: quia [24] tam ingrato facto, plus L. Syllæ viribus, quàm propriæ indulſiſti verecundiæ.

1 Onere & munere.
2 Italiæ urbem.
3 Ciceronem.
4 Taceo.
5 Quia conſulatu functus, parens patriæ primus a, pellatus eſt.
6 Popilii.
7 Patrocinii præſtiti in tam dubiâ causâ.
8 Ut interficeret eum.
9 Quæ in pace triumphum meruit.
10 Et ita deditâ operâ.
11 Capitis & dextræ Ciceronis.
12 Quæ dux duci detraxerit in juſto bello, & Jovi Feretrio ea retulerit.
13 Lætus.
14 Ipſe ſceleſtus.
15 In mentem venit.
16 Popilii.
17 Orando vicerat.
18 Monſtruoſum hominem infamiâ denigrandum.
19 Cladem & ruinam.
20 Nullus tam eloquens poſt Ciceronem inventus eſt, ut fuerat Cicero.
21 Accuſem.
22 Perſcribi.
23 Repræſentabitur.
24 Nam ſi occidendo Carbonem vires tuas auxiſſes, tolerandum eſſet.

## EXTERNA.

1 [1] At ne [2] noſtra confeſſis [3] alienigenæ urbes [4] inſultent: Carthaginenſes [5] Annibalem, qui pro illorum incolumitate & victoria, [6] tot imperatores, totque exercitus noſtros trucidaverat; quot [7] gregarios milites hoſtium ſi occidiſſet, magnæ gloriæ foret; [8] è conſpectu ſuo ſubmovere in animum induxerunt.

2 Neminem Lycurgo aut majorem aut [9] utiliorem virum Lacedæmon genuit: utpote cui Apollo [10] Pythius [11] oraculum petenti reſpondiſſe fertur: Neſcire ſe utrum [12] illum hominum, an Deorum numero aggregaret. Huic tamen neque vitæ ſumma ſinceritas, neque [13] conſtantiſſimus erga patriam amor, neque leges [14] ſalutariter excogitatæ auxilio eſſe potuerunt, [15] quo minus infeſtos cives experiretur: Sæpe enim lapidibus petitus, aliquando furore [16] publico ejectus, etiam privatus oculo ad ultimum ipſa [17] patria pulſus eſt. Quid aliæ faciant urbes; ubi etiam [18] illa, quæ conſtantiæ, & moderationis, & gravitatis eximiam ſibi laudem [19] vendicat, tam ingrata adverſus tam benè meritum extitit?

3 [20] Detrahe Athenienſibus Theſea, [21] nullæ, aut non [22] tam claræ Athenæ erunt: Siqui-

1 Convenienter tranſit ad externa, & tranſitionis ſuæ rationem adfert: ne ſc. irrideantur ab externis populis, ſi ſoli ingrati Romani fuiſſe videantur. Primum autem exemplum de Carthaginienſibus adfert, qui adverſus Annibalem ingratiſſimi extiterunt.
2 Vitia ingratitudinis.
3 Externæ.
4 Irrideant nos.
5 Ducem ſuum.
6 Ut Q. Flaminium, Paulum Æmilium, M. Marcellum, T. Gracchum, aliosque complures.
7 Nullâ excellentia præditos.
8 Agere in exilium ſuſtinuerunt.
9 Propter leges ab eo latas.
10 Pythonis ſerpentis interemptor, cujus pelle tripodes in templo Delphico tectæ erant. Ovid. Met 1. *Inſtituit ſacros celebri certamine ludos, Pythia perdomitæ ſerpentis nomine dictos.*
11 Vaticinium ſuper re dubiâ.
12 Lycurgum.
13 Perſeverantiſſimus: exilium enim elegit, ne leges, quæ patriæ ſalubres erant, tolli poſſent.
14 Cum ſalute Lacedæmoniorum.
15 Ut non.
16 Totius civitatis.
17 In exilium actus eſt.
18 Lacedæmon.
19 Attribuit, appropriat.
20 Imaginare quòd Athenienſes nunquam habuerunt Theſea, & ita Theſeus nihil de illis meritus ſit. Taxat autem ingratitudinem Athenienſium in Theſea, quæ quò major videatur, Theſei in Athenas merita commemorat.
21 Non erunt dicendæ Athenæ.
22 Ut nunc ſunt.

dem

dem[1] ille [2] vicatim diſperſos cives ſuos in unam urbem contraxit; ſeparatimque & agreſti more viventi populo, ampliſſimæ civitatis formam atque imaginem impoſuit. [3] Idem ſæva potentiſſimi [4] regis Minois imperia vixdum ætate pubeſcente repulit. [3] Idem [5] effrænatam [6] Thebanorum inſolentiam domuit. Idem opem liberis [7] Herculis tulit, & quicquid ubique monſtri aut [8] ſceleris fuit, virtute animi ac robore dextræ comminuit. [9] Hujus tamen [10] ſummoti ab Athenienſibus, Scyros [11] exule minor inſula, oſſa mortui cepit. [12] Jam Solon, qui tam præclaras, tamque utiles Athenienſibus leges tulit, ut, ſi his perpetuo uti voluiſſent, ſempiternum habituri fuerint imperium: qui [13] Salamina velut hoſtilem arcem ex propinquo ſaluti [14] eorum [15] imminentem recuperavit, qui Piſiſtrati tyrannidem primus vidit orientem, & ſolus armis [16] opprimi debere, palam dictitare auſus eſt; ſenectutem [17] Cypri profugus exegit: neque ei in patria, de qua optimè meruerat, humari contigit. [18] Bene egiſſent Athenienſes cum Miltiade, ſi eum poſt trecenta millia [19] Perſarum, Marathone devicta, in exilium protinus miſiſſent, ac non in carcere & vinculis mori coëgiſſent. Sed ut puto, [20] hactenus ſævire adverſus optime [21] meritum, [22] abunde non duxerunt. Imò ne corpus quidem ejus, [23] ſic expirare coacti, ſe-

1 Theſeus.
2 Per vicos & pagos.
3 Theſeus.
4 Cretenſis, quia coëgerat eos ob mortem Androgei filii ſui & Athletæ fortiſſimi, ab Athenienſibus per invidiam interfecti, ſeptena quotannis corpora natorum ſuorum Minotauro monſtro, in Labyrintho incluſo, devoranda mittere, ad quem cum Theſeus, forte ductâ, miſſus eſſet, & conſilio Ariadnes, filiæ Minois, Theſei pulchritudine captæ, Minotauro interfecto, cæcas Labyrinthi ambages evaſiſſet, ad ſuos incolumis rediit, tributi horrendi finem reportans.
5 Indomitam.
6 Athenienſes vexantium.
7 Ab Hercule derelictis.
8 Scelerati hominis.
8 Theſei. 10 Pulſi. 11 Quam ut in eam ex ul talis mitteretur.
12 Proſequitur complures Athenienſium in optimos viros ingratitudines: & primùm in Solonem.
13 Salamin, & Salamis, & Salamina declinatur. Hæc inſula eſt in mari Euboïco poſita, in quâ Telamon, Ajacis & Teucri pater, regnavit.
14 Athenienſium.
15 Inſidiantem.
16 Sc. *eam*
17 In Cypro inſulâ.
18 Rem Miltiadi gratam feciſſent. Proſequitur autem Athenienſium in Miltiadem ingratitudinem.
19 Apud Marathona, civitatem Atticæ regionis.
20 Uſque ad mortem Miltiadis in carcere & vinculis.
21 Miltiadem.
22 Sc. *eſſe*.
23 Mori in carcere & vinculis

pulturæ prius mandari paſſi ſunt; quam filius ejus Cimon [1] eiſdem vinculis ſe conſtringendum traheret. Hanc hæreditatem paternam [2] maximi ducis filius, & futurus ipſe ætatis ſuæ dux maximus, ſolam ſe ſortitum, catenas ſcilicet & carcerem, gloriari potuit. [3] Ariſtides etiam, [4] quo totius Græciæ juſtitia cenſetur, continentiæ quoque eximium ſpecimen, patria excedere juſſus eſt. Felices Athenas, quæ poſt illius exilium invenire aliquem aut virum bonum, aut amantem [5] ſui civem potuerunt: cum quo tunc ipſa ſanctitas [6] migravit! [7] Themiſtocles eorum, qui [8] ingratam patriam experti ſunt, celeberrimum exemplum, cùm illam incolumem, claram, opulentam, [9] principem Græciæ reddidiſſet, eouſque ſenſit inimicam, ut ad Xerxis, quem paulò ante deſtruxerat, non debitam ſibi miſericordiam profugere [10] neceſſe haberet. [11] Phocion verò his dotibus, quæ ad pacandum hominem potentiſſimæ judicantur, eloquentia & integritate [12] inſtructiſſimus, non tantum in [13] eculeo ab Athenienſibus impoſitus eſt; ſed certè poſt obitum nullam Atticæ regionis, quæ oſſibus ejus injiceretur, [14] glebulam invenit: juſſus extra [15] fines projici, intra quos optimus civis vixerat. [16] Quid [17] obeſt igitur, quin publica dementia ſit exiſtimanda, ſummo [18] conſenſu maximas virtutes, quaſi graviſſima delicta punire, beneficiaque [19] injuriis [20] rependere? Quod cùm ubique, tùm præcipue Athenis intolerabile videri debet: in qua urbe adverſus ingratos actio conſtituta eſt. Et [21] re-

1 Quibus ipſe conſtrictus fuerat.
2 Miltiadis.
3 Narrat jam Atheniemſium in Ariſtidem ingratitudinem.
4 In quo, aut per quem.
5 Athenarum.
6 Aliò habitatum ivit.
7 Refert Athenienſium in Themiſtoclem ingratitudinem.
8 Ut ipſe Athenas.
9 Primariam urbem.
10 Cogeretur.
11 Proſequitur Athenienſium in Phocionem ingratitudinem.
12 Ornatiſſimus & quaſi armatiſſimus.
13 Inſtrumento tortorio.
14 Minimam partem terræ.
15 Atticæ regionis.
16 Invehitur in ingratos, & præcipuè in Athenienſes, qui etiam in mortuos ſævire non dubitaverunt.
17 Impedimento eſt. 18 Totius populi. 19 Ut ſunt vincula & exilia.
20 Recompenſare. 21 Sc. *actio conſtituta eſt.*

cte: quia dandi & accipiendi beneficii [1] commercium, ſine quo [2] vix vita hominum conſtat, perdit & tollit, quiſquis benè merito parem referre gratiam negligit. Quantam ergo reprehenſionem [3] merentur, qui cùm æquiſſima jura, ſed iniquiſſima haberent ingenia; [4] moribus ſuis, quam [5] legibus, uti maluerunt? [6] Quod ſi qua providentia Deorum effici poſſet, ut excellentiſſimi viri, quorum modò caſus retuli, legem, ingratorum [7] vindicem, retinentes, patriam ſuam in jus ad aliam civitatem pertraherent; nonne ingenioſum & garrulum [8] populum, mutum atque [9] elinguem hac [10] poſtulatione reddidiſſent? [11] Diſcordes foci tui, & pagis dividua tuguria, Græciæ facta ſunt [12] columen. [13] Lucet [14] Marathon [15] Perſicis trophæis: Salamis & Artemiſium [16] Xerxis naufragia [17] numerantur: [18] prævalidis manibus [19] exhauſta mœnia, pulchriobus operibus conſurgunt: harum rerum auctores [20] ubi vixerint, ubi jacent, [21] reſponde. [22] Nempe Theſea parvulo in [23] ſcopulo ſepeliri, & Miltiadem in carcere mori, & Cimona paternas induere [24] catenas, & Themiſtoclem [25] victorem [26] victi hoſtis [27] genua complecti, Solonemque cum Ariſtide & Phocione [29] penates ſuos [28] ingrata [29] fugere coëgiſti: cum interim cineribus veſtris [30] fæde ac miſerabili-

1 Mutuam pactionem & rationem.
2 Cùm ſummâ difficultate.
3 Athenienſes.
4 Pravis.
5 Suis rectis ſc.
6 Id eſt, Non haberent Athenienſes quod dicerent, ſi viri clariſſimi, ingratitudine affecti, reviviſcerent, & lege ingratitudinis agerent in ſuos cives.
7 Ultricem injuriarum ſibi illatarum.
8 Athenienſem.
9 Quaſi non habentem linguam, cùm non haberet, quid reſponderet.
10 Actione injuriarum, qualis ſequitur, ut ſc. dicant Theſeus, Miltiades, & cæteri, ô patria ingrata, &c.
11 Tam diſperſi per agros, ut ex eis nulla oriri poſſet diſcordia.

12 Faſtigium & ſummum decus. 13 Ductu Miltiadis. 14 Civitas in Atticâ regione poſita, haud procul Athenis, Perſarum clade nobilitata. 15 Perſis detractis ſpoliis. 16 Quæ coactus eſt Xerxes facere. 17 Inter victorias civium tuorum. 18 Perſarum & aliorum Barbarorum tam validis, ut Apollo Athenienſibus in muris tantùm ligneis, id eſt, in navibus ſalutem denuntiaret. 19 Evacuata & ſolo æquata mœnia tua, id eſt, Athenarum. 20 Q. d. in exiliis & in terris ignotis. 21 O patria. 22 Reſponſio accuſantium tacente patriâ. 23 Scyri inſulæ. 24 Ut patrem in catenis mortuum ſepeliri patereris. 25 Xerxis. 26 Ejuſdem Xerxis. 27 Implorare miſericordiam. 28 O ingrata patria. 29 Abire in exilia. 30 Quia in exiliis variis.

ter diſperſis, Oedipodis oſſa, cæde [1] patris, nuptiis [2] matris contaminata, inter ipſum [3] Areopagum, [4] divini atque [5] humani certaminis venerabile domicilium, & [6] excelſis præſidiis Minervæ arcem, honore aræ decorata quaſi ſacroſancta colis: Adeo tibi aliena [7] mala [8] tuis bonis gratiora ſunt. Lege itaque [9] legem, quæ te [10] jurejurando obſtrictam tenet; & quia benè meritis debita reddere præmia noluiſti, [11] læſis [12] juſta piacula exolve. Tacent mutæ illorum umbræ fati neceſſitate conſtrictæ, at immemores beneficiorum Athenas omnis lingua, ſermone licenti in reprehenſionem [13] ſoluta, non tacet.

1 Sc. ejus Laii. Nam Oedipus Laium patrem ſuum inſcius occiderat.
2 Jocaſtæ, Nam Oedipus Jocaſtam matrem ignarus duxit uxorem.
3 Martis vicum, locum nobiliſſimum in urbe Athenarum.
4 Quia ibi Neptunus & Pallas de nomine Athenis imponendo primùm certarunt, cùm ille equum, hæc verò olivam è terrâ miſit.
5 Quia Areopagitæ illic diſceptabant de rebus ad Remp. pertinentibus.
6 Quia divinis præditam: nam Dea ipſa arcem ſuam defendere credebatur.
7 Peccata aliena, utpote Oedipodis, cujus reliquias ſic honoraſti.
8 Virtute tuorum civium.
9 Contra ingratos latam.
10 Quia cùm referretur primùm, juravit totus populus ſe eam obſervaturum.
11 Nobis injuriam paſſis.
12 Juſtas recompenſationes pro injuriis illatis.
13 Effuſa ad loquendum, id eſt, quamvis umbræ taceant, viventes tamen ingratitudinem Athenienſium liberiùs taxabunt.

CAP.

# CAP. IV.

## DE PIETATE IN PARENTES.

Cujus EXEMPLA Romana ſunt. EXTERNA.

| Romana | Externa |
|---|---|
| 1 Cn. Marcius Coriolanus. | 1 Pero filia patrem mammâ nutriens. |
| 2 P. Scipio Africanus major. | 2 Cimon Athenienſis. |
| 3 T. Manlius Torquatus. | 3 Duo fratres Hiſpani. |
| 4 M. Aurelius Cotta. | 4 Cleobis & Bython, Amphinomus & Anapus. |
| 5 C. Flaminius trib. pl. | 5 Scythæ. |
| 6 Claudia virgo Veſtalis. | 6 Crœſi regis filius mutus. |
| 7 Filia matrem in carcere mammâ nutriens. | 7 Pulto Pinnenſis juvenis. |

[1] SEd omittamus ingratos, & potius de piis loquamur: aliquanto enim ſatius eſt [2] favorabili, quam [3] inviſæ rei, [4] vacare. [5] Venite igitur in manus noſtras proſpera parentum vota, felicibus auſpiciis [6] propagatæ ſoboles; quæ efficitis, ut & genuiſſe juvet, & generare libeat.

I [7] Coriolanus maximi vir animi, & altiſſimi conſilii, optimèque de republica meritus, [8] iniquiſſimæ damnationis ruina proſtratus, ad [9] Volſcos [10] infeſtos tunc Romanis confugit. [11] Magno ubique pretio virtus æſtimatur. Itaque quò [12] latebras quæſitum venerat, ibi brevi ſummum adeptus eſt imperium. Evenitque, ut quem pro ſe ſalutarem imperatorem cives habere noluerant, penè [13] peſtiferum adver-

1 Ad Pietatem tranſiturus, brevi quadam præfatione more ſuo utitur. Poſtquam ſatis diximus de ingratis, dicamus de pietate filiorum in parentes.
2 Ut eſt pietas.
3 Ut eſt ingratitudo.
4 Operam & ſtudium ſingulare impendere.
5 Invitat pios, qui ſe offerant, ut eorum laudes decantet, qui ſuâ virtute effecerunt, ut tales genuiſſe parentes non pœniteat, & alios incitent ad propagandum genus, credentes ſe illis ſimiles procreaturos. 6 Multiplicatæ & auctæ. 7 Adfert primum Coriolani inter pios in parentes exemplum. 8 Factæ per furorem populi malè inſtigati. 9 Italiæ populos. 10 Hoſtes & vim inferentes. 11 Sententia generalis ubique virtutem æſtimari, quod probat per Coriolanum, quem exulem hoſtes Imperatorem creavêre. 12 Exilii ſui. 13 Adferentem pernitiem.

ſus ſe ducem experirentur. Frequenter enim [1] fuſis exercitibus noſtris victoriarum ſuarum gradibus, [2] aditum juxta mœnia urbis Volſco militi ſtruxit. Quapropter [3] faſtidioſus ille in æſtimandis bonis ſuis populus, qui [4] reo non pepercerat, exuli coactus eſt ſupplicare. Miſſi ad eum [5] deprecandum legati, nihil profecerunt. Miſſi deinde ſacerdotes cum [6] infulis, æque ſine effectu redierunt. Stupebat Senatus, trepidabat populus, viri pariter ac mulieres exitium imminens lamentabantur. Tunc Veturia, Coriolani mater Volumniam uxorem [7] ejus, & [8] liberos ſecum trahens, caſtra Volſcorum petiit. [9] Quam ubi filius aſpexit, Expugnaſti, inquit, & viciſti iram meam, patria, precibus hujus admotis: cujus utero te, quamvis merito mihi inviſam, dono: Continuoque Romanum agrum hoſtilibus armis liberavit. Ergo [10] pectus dolore acceptæ injuriæ, ſpe [11] potiundæ victoriæ, verecundia [12] detrectandi miniſterii, metu mortis refertum, totum ſibi [13] pietas [14] vacuefecit: [15] uniuſque parentis aſpectus bellum atrox [16] ſalutari pace mutavit.

2 [17] Eadem pietas viribus ſuis inflammatum Africanum [18] ſuperiorem, vixdum annos puerilitatis egreſſum, ad opem patri in acie ferendam virili robore armavit. [19] Conſulem enim eum apud Ticinum fluvium [20] adverſis auſpiciis cum Annibale pugnantem graviter ſaucium, [21] interceſſu ſuo [22] ſervavit: neque illum aut ætatis infirmitas, aut militiæ [23] tyrocinium, aut infelicis prœlii etiam veterano bellatori pertimeſcendus exitus [24] interpellare va-

1 A Volſcis ejus ductu.
2 Acceſſum.
3 Superbus contemptor benè de republicâ meritorum.
4 Accuſato.
5 Flectendum precibus.
6 Ornatu ſacerdotali, præſertim in capite.
7 Coriolani.
8 Utriuſque ſc.
9 Matrem ſuam.
10 Coriolani. Q.d. Quamvis Coriolanus multa cogitaret, quæ illum in diverſa traherent, cogerentque in incepto permanere, pietas tamen omnia vicit.
11 Obtinendæ.
12 Recuſandi perficere miniſterium, ſc. cœptum, & Volſcis promiſſum.
13 In matrem.
14 Vacuum fecit.
15 Solius matris.
16 Quia Volſci tali duce deſtituti, pacem fecerunt.
17 Docet conſimilem pietatem, ſed in patrem fuiſſe Scipioni Africano majori.
18 Majorem.
19 Patrem ſuum.
20 Contrariis, quia vincebatur.
21 Interpoſitione ſua, quòd ſe medium inter patrem & hoſtem immiſit.
22 Scipio.
23 Novitas.
24 Impedire.

luit, [1] quo minus [2] duplici gloria conſpicuam [3] coronam, imperatore ſimul & patre ex ipſa morte [4] rapto, mereretur.

3 [5] Auribus [6] iſta tam præclara exempla Romana civitas [5] accepit, [7] illa [8] vidit oculis, L. Manlio Imperioſſo diem ad populum Pomponius tribunus pl. [9] dixerat, quòd occaſione [10] bene conficiendi belli ductus, [11] legitimum obtinendi imperii tempus exceſſiſſet. Quòdque [12] filium optimæ indolis juvenem [13] ruſtico opere gravatum [14] publicis uſibus ſubtraheret. [15] Id poſtquam [16] Manlius adoleſcens cognovit, protinus Urbem petiit, & ſe in [17] Pomponii domum [18] prima luce direxit: qui exiſtimans [19] in hoc eum veniſſe, ut patris crimina, à quò plus juſto [20] aſpere [21] tractabatur, [22] deferret, [23] excedere [24] omnes juſſit cubiculo, quò licentiùs, remotis [25] arbitris, [26] indicium [27] perageret. Nactus occaſionem opportunam [28] propoſito ſuo [29] juvenis, gladium, quem tectum attulerat, [30] diſtrinxit, tribunumque [31] minis ac [32] terrore compulſum jurare coëgit, à [33] patris ejus accuſatione [34] receſſurum [35] Eoque effectum eſt, ne [36] Imperioſſus [37] cauſam diceret. [38] Commendabilis eſt pietas, quæ [39] manſuetis parentibus præſtatur: ſed [40] Manlius quo [41] horridiorem patrem habuit, hoc laudabilus periculo ejus ſubvenit;

1 Ut non.
2 Quia Imperatorem liberaverat & patrem.
3 Civicam ſc. quæ dabatur his, qui cives ſervaſſent à morte.
4 Erepto.
5 Audiendo intellexit: quia extra urbem geſta ſunt.
6 Jam dicta exempla Coriolani & Scipionis.
7 Quæ ſequuntur.
8 Quia in urbe geſta ſunt.
9 Aſſignaverat.
10 Opportunè pugnandi cum hoſte inductus, motus.
11 Quia diutius fuiſſet in imperio, quam lex patiebatur, quia ultra ſex menſes.
12 Manlium.
13 Agriculturæ.
14 Reipublicæ, utpote bellicis.
15 Patri diem dictum eſſe.
16 Filius.

17 Tribuniplebis. 17 Principio diei. 19 Ad. 20 Duriter. 21 In opere ruſtico faciendo. 22 Indicaret per delationem. 23 Egredi. 24 Qui aderant. 25 Teſtibus. 26 Delationem paternorum criminum. 27 Manlius ſc. 28 Ei rei, quam propoſuerat facere. 29 Manlius. 30 Denudavit, aut è vaginâ traxit. 31 Ultionis ſc. in futurum. 32 Necis præſentis, ſi abnegaſſet. 33 Manlii. 34 Ipſum deſtiturum eſſe. 35 Et per id factum filii. 36 Pater ſc. 37 Quia Tribunus, ut juraverat, fecit. 38 Q. d. Si laudantur, qui parentibus humanis & indulgentibus pietatem præſtant, quantò majori laude dignus cenſendus eſt Manlius, qui patrem durum & inclementem expertus in eum pius eſſe voluit. 39 Mitibus & indulgentibus in liberos. 40 Junior. 41 Aſperiorem & rigidiorem.

quia ad [1] eum diligendum præter naturalem amorem nullo indulgentiæ blandimento invitatus fuerat.

4 [2] Hanc pietatem [3] æmulatus M. Cotta, eo ipſo die, quo [4] togam ſumpſit virilem, protinus ut è [5] Capitolio deſcendit, C. Carbonem, à quo pater ejus damnatus fuerat, [6] poſtulavit: [7] peractumque reum [8] judicio afflixit, & ingenium & adoleſcentiam [9] præclaro opere [10] auſpicatus.

5 Apud C. quoque Flaminium auctoritas [11] patria æque potens fuit. Nam cùm [12] tribunus pl. legem de [13] Gallico agro [14] viritim dividendo, invito & repugnante ſenatu promulgaſſet, precibus miniſque [15] ejus acerrime reſiſtens; ac ne exercitu quidem adverſus ſe [16] conſcripto, [17] ſi in eadem ſententia perſeveraret, abſterritus; poſtquam [18] pro Roſtris ei legem jam referenti pater [19] manum injecit; [20] privato fractus imperio, deſcendit è Roſtris, [21] ne minimo quidem murmure deſtitutæ [22] concionis reprenſus.

6 Magna ſunt hæc virilis pietatis opera, ſed neſcio an his omnibus valentius & animoſius Claudiæ [23] Veſtalis virginis factum. Quæ cùm patrem ſuum triumphantem è [24] curru violenta tribuni pl. manu detrahi animadvertiſſet; mira celeritate [25] utriſque ſe interponendo, [26] ampliſſimam poteſtatem inimicitiis [27] accenſam [28] depulit. Igitur alterum triumphum pater in [29] Capitolium, alterum [30] filia in ædem

1 Patrem ſuum tam aſperum.
2 Manlii in patrem ſuum.
3 Imitatus.
4 Quæ 17. anno ſumebatur, depoſitâ prætextâ.
5 Ubi togam illam ſumpſerat.
6 In jus vocavit.
7 Damnatum Carbonem. *Peragitur* enim *reus*, cùm damnatur.
8 Ad condemnationem perduxit.
9 Quia pio & magnifico.
10 Feliciter incipiens.
11 Paterna.
12 Sc. C. Flaminius.
13 In Gallicâ, Italis vicinâ, acquiſito.
14 Per ſingulos viros, æquis portionibus.
15 Senatus.
16 A Senatu.
17 Si vellet legem executioni mandare.
18 Ante Roſtra, ubi edicta publica fiebant.
19 Id eſt, poſtquam pater injiciendo manum, eum ab incepto retraxiſſet.
20 Privati patris, id eſt, nullum magiſtratum gerentis.
21 Nec etiam concio, quæ hujus legis cupida venerat, ne murmur quidem emiſit: ſed hanc pietatem tacita comprobavit.
22 Totius populi convocati.
23 Deæ Veſtæ conſecratæ.
24 Triumphali.
25 Patri & Tribuno plebis
26 Sc. Tribunitiam.
27 In patrem.
28 Ab injuria paterna.
29 Quia non erat impeditus ampliùs.
30 Claudia.

Veſtæ duxit. Nec diſcerni potuit, [1] utri plus laudis tribueretur, an cui victoria, an cui Pietas comes aderat.

7 [2] Ignoſcite [3] vetuſtiſſimi [4] foci, veniamque æterni date ignes; ſi à veſtro ſacratiſſimo templo ad neceſſarium magis, quam ſpecioſum urbis [5] locum contextus operis noſtri progreſſus fuerit. Nulla enim acerbitate fortunæ, nullis [6] ſordibus pretium charæ pietatis evileſcit; Quin etiam eò [7] certius, quò miſerius [8] experimentum habet. Sanguinis ingenui mulierem [9] prætor apud tribunal ſuum [10] capitali crimine damnatam, [11] triumviro in [12] carcere necandam tradidit. [13] Quam receptam, is qui [14] cuſtodiæ præerat, miſericordia motus non protinus ſtrangulavit. Aditum quoque ad eam filiæ, ſed diligenter [15] excuſſæ, ne quid [16] cibi [17] inferret, dedit: exiſtimans futurum, ut [18] ìnediâ conſumeretur. Cùm autem jam dies plures [19] intercederent, ſecum [20] ipſe quærens, quidnam eſſet, quòd tamdiu ſuſtentaretur, [21] curioſiùs obſervatâ filiâ, animadvertit, [22] illam exerto [23] ubere famem matris lactis ſui ſubſidio [24] lenientem. Quæ tam admirabilis ſpectaculi novitas ab [25] ipſo ad triumvirum, à triumviro ad Prætorem, à Prætore ad concilium judicum perlata, remiſſionem [26] pœnæ [27] mulieri

1 Duorum, id eſt, an patri, cui victoria aderat comitatrix, an filiæ, cui pietas aderat comes, plus laudis tribui deberet.

2 Quia poſt exemplum virginis Veſtalis, nobiliſſimę fœminæ, dicturus eſt de pietate virginis ignobilis, veniam petit à Deâ, cujus præſtandæ rationem ſtatim ſubjungit: quia, quamvis ſit ignobilis, virtus tamen, quâ uſa eſt, laudem meretur.

3 Quia à Trojâ traducti.

4 Veſtæ ſc. in quibus ignis æternus ſervabatur à Veſtalibus: ut à Numâ inſtitutum fuerat.

5 Carcerem dicit, urbi magis neceſſarium, quam honeſtum, ubi ſerventur nocentes.

6 Vilitate eorum, qui eam exercent.

7 Sc. eſt pretium pietatis.

8 Objectum.

9 Sc. urbanus.

10 Adulterio, aut (ut alii putant) veneficio.

11 Executori juſtitiæ. Erant enim Triumviri judices capitales, qui de nocentibus ſupplicia ſumebant.

12 Quia turpe videbatur publicum ſumi de muliere ſupplicium.

13 Mulierem ſcilicet receptam in carcerem

14 Carceris.

15 Exploratæ.

16 Alimenti.

17 In carcerem.

18 Nihil edendo periret.

19 Scilicet à tempore quo eam receperat.

20 Cuſtos ſcilicet inquirens.

21 Exploratâ cum majore curâ & diligentiâ.

22 Filiam.

23 Nudatâ, è ſinu tractâ mammâ.

24 Sedantem.

25 Cuſtode carceris.

26 Scilicet capitalis.

27 Matri.

impetravit. [1] Quò non penetrat, aut quid non [2] excogitat pietas, quæ in carcere ſervandæ genitricis [3] novam rationem invenit? Quid enim tam inuſitatum, quid tam inauditum, quam matrem natæ uberibus alitam? Putaret aliquis, hoc contra rerum naturam factum; niſi [4] diligere parentes prima naturæ lex eſſet.

## EXTERNA.

1 Idem de pietate Petrus exiſtimetur, quæ patrem ſuum [5] Cimona [6] conſimili fortuna affectum, parique cuſtodiæ traditum, jam ultimæ ſenectutis, velut infantem pectori ſuo admotum aluit. [7] Hærent ac ſtupent hominum oculi, cùm hujus facti pictam imaginem vident, caſuſque antiqui conditionem, præſentis ſpectaculi admiratione renovant; in illis mutis membrorum [8] lineamentis viva ac ſpirantia corpora intueri credentes. Quod neceſſe eſt animo quoque evenire, aliquanto efficaciore [9] pictura literarum vetera [10] pro recentibus admonito [11] recordari.

2 Ne [12] te quidem Cimon ſilentio involvam, qui [13] patri tuo ſepulturam [14] voluntariis vinculis emere non dubitaſti. Nam etſi maximo tibi poſtea & civi, & duci evadere contigit; plus tamen aliquantò laudis in carcere, quam in [15] Curia aſſecutus es. Ceteræ enim [16] virtutes admirationis tantummodò mul-

1 Ad quem locum. Laudat vim pietatis, quæ invenerit nova quædam, undè ſe oſtendere & patefacere voluerit, ſicut de filia: de quâ quid magis inauditum dici poteſt, quam filiam lac matri præbere, cùm contrà fieri ſoleat.
2 Quod mortis remedium non exquirit.
3 Admirabilem & inſolitam viam.
4 Nam cùm habeant eſſe à parentibus filii, lex jubet ut eos ament.
5 Virum Græcum, ſed non eum, qui carcerem ſpontè ſubivit, ut Miltiades ejus pater ſepulturæ mandaretur; de quo in ſequenti exemplo dicturus eſt.
6 Ob crimen condemnatum.
7 Si quis, inquit, videret picturam filiæ, ſenem patrem uberibus lactantis atque illum, tanquam alumnum, à filiæ collo pendentem, præ admiratione ſtupeſceret quodammodo.
8 Quia ex lineamentis pictura conſiſtit.
9 Scriptura aliquantò validiore ſc. ad pathos movendum, quam picturâ lineamentorum.
10 Tanquam ſint recentia.
11 Ut recordetur.
12 Pietatem tuam.
13 In carcere defuncto.
14 Subeundo vincula, quibus ille ligatus fuerat.
15 Athenienſium ſcilicet.
16 Scilicet *tuæ*.

tum,

tum, pietas verò etiam [1] amoris plurimum meretur.

3 Vos quoque fratres [2] memoriâ complectar, quorum animus [3] origine fuit nobilior. Siquidem, admodum [4] humiles in Hiſpania nati, pro parentum alimentis ſpiritum [5] erogantes, ſpecioſo exitu vitæ [6] inclaruiſtis. Duodecim enim millia nummûm, quæ poſt mortem veſtram [7] his darentur, à [8] Paciæcis pacti; ut [9] eorum patris interfectorem Epaſtum [10] gentis ſuæ tyrannum occideretis :. Nec auſi ſolum inſigne facinus eſtis, ſed etiam ſtrenuo ac forti exitu clauſiſtis. Iiſdem enim manibus [11] Paciæcis ultionem, Epaſto pœnam, genitoribus alimenta, vobis [12] glorioſa fata peperiſtis. Itaque [13] tumulis etiam nunc vivitis, quia parentum ſenectutem tueri, quàm veſtram expectare, ſatius eſſe duxiſtis.

4 [14] Notiora ſunt fratrum paria, Cleobis & Biton, Amphinomus & Anapus: [15] illi, quòd ad ſacra Junonis peragenda [16] matrem [17] vexerunt: [18] hi, quòd patrem & matrem humeris per medios ignes [19] Ætnæ portarunt: ſed [20] neutris pro ſpiritu parentum expirare propoſitum fuit.

5 Nec ergo Argivam [21] detrecto laudem, [22] aut Ætnæi montis gloriam involverim: verùm obſcuriori propter ignorantiam [23] pietati [24] notitiæ lumen admoveo: ſicut [25] Scythis libenter pietatis teſtimonium reddo. [26] Dario

1 Ut omnes plurimùm ament.
2 Memorabo.
3 Nam quibus parentibus geniti ſint, neſcitur.
4 Humilibus & modicis parentibus.
5 Exhibentes, tradentes.
6 Valdè clari effecti eſtis.
7 Parentibus veſtris.
8 Eſt autem Paciæcorum nobiliſſima familia apud Hiſpanos.
9 Paciæcorum.
10 Qui patriam ſuam per tyrannidem occupaverat.
11 Quia ejus interfectorem interfeciſtis.
12 Glorioſam mortem.
13 Monumentis, ſepulchris.
14 Quam prædicti Hiſpani, qui tamen inſignius opus ediderunt.
15 Priùs dicti, Cleobis & Biton.
16 Sc. *ſuam*, ſacerdotem Junonis.
17 Cum jumenta, gravi peſtilentiâ abſumpta, deeſſent.
18 Poſteriùs dicti, Amphinomus & Anapus.
19 Montis Siciliæ, perpetuo ardore flagrare ſoliti.
20 Nec Argivis illis, nec Siculis.
21 Diminuo, id eſt, non inficias eo, quin Argivi illi, Cleobis & Biton, pietate ſuâ egregiam laudem meruerint.
22 Aut nolim involviſſe gloriam, quam Amphinomus & Anapus, portando parentes per Ætnæas flammas, meruerunt.
23 Fratrum Hiſpanorum.
24 Claritatem.
25 Populis Septentrionalibus: qui præter cætera illud diligentiſſimè ſervant, ut ſepulchra parentum, quæ voluerunt habere communia, intacta, inviolataque permaneant, quæ non minùs venerantur, quam ſacra Deorum.
26 Perſarum regi.

enim

enim totius regni ſui viribus in [1] eorum regiones [2] ſubindè [3] impetum facienti, paulatim cedentes, ad ultimas Aſiæ ſolitudines pervenerant. Interrogati deinde ab [4] eo per legatos, quem fugiendi finem, aut quod initium pugnandi facturi eſſent; reſponderunt, Se nec urbes ullas, nec [5] agros cultos, pro quibus dimicarent, habere. Ceterùm cùm ad [6] parentum ſuorum [7] monumenta [8] veniſſent, [9] ſciturum [10] quemadmodum Scythæ prœliari ſolerent. Quo quidem uno tam pio [11] dicto, immanis & barbara gens ab omni ſe feritatis crimine [12] redemit. [13] Prima igitur & optima rerum natura pietatis eſt magiſtra, quæ nullo vocis miniſterio, nullo uſu literarum indigens; propriis ac [14] tacitis viribus charitatem parentum pectoribus liberorum infundit. Quid [15] ergo doctrina proficit? ut [16] politiora ſcilicet, non ut meliora fiant ingenia: quoniam quidem [17] ſolida virtus naſcitur magis, quam [18] fingitur.

6 Quis enim [19] plauſtris vagos, & ſilvarum lateribus corpora ſua tegentes, in modumque ferarum [20] laniatu pecudum viventes, Dario [21] ſic reſpondere docuit? [22] Illa nimirum, quæ etiam Crœſi filium loquendi uſu [23] defectum, ad protegendam [24] patris [25] incolumitatem miniſterio [26] vocis [27] inſtruxit. Captis enim à [28] Cyro [29] Sardibus, cùm unus è numero Perſarum, [30] ignarus viri in cædem [31] ejus conci-

1 Scytharum. 2 Aliquando, aut per intervalla. 3 Incurſum. 4 Dario. 5 Quia lacte & ſanguine equino victitant. 6 Majorum. 7 Sepulchra. 8 Sc Fugiendo. 9 Darium. 10 Quo modo. 11 Reſponſo. 12 Purgavit. Q. d. hoc tam pio reſponſo Scythæ, tametſi barbari & crudeliſſimi eſſe dicantur, ſe tamen piiſſimos & humaniſſimos ſignificarunt. 13 Natura, inquit, docet ſine ullis literarum ſtudiis pietatem colere. 14 Neque vocibus, neque literis inſinuatis, ſed pectoribus inſcriptis. 15 Si natura docet ſine ullis literarum ſtudiis pietatem colere. 16 Exornatiora, ſc. per doctrinam. 17 Integra & firma, ſeu naturalis. 18 Operâ diſciplinæ. 19 Vehiculis vagari ſolitos, cùm fixas non habeant domos. 20 Dilacerando pecudes crudas dentibus ſuis in modum ferarum. 21 Tam piè. 22 Sc. natura docuit Scythas ſic reſpondêre. 23 Privatum, deſtitutum, id eſt, mutum à nativitate in ea uſque tempora. 24 Crœſi. 25 Salutem & vitam. 26 Illi ſubitò præbitæ. 27 Ornavit & habilem fecit. 28 Perſarum rege. 29 Urbe Aſiæ, regiâ Crœſi, Lydorum regis. 30 Neſciens eum, quem occidere parabat, eſſe Crœſum regem. 31 Crœſi.

tato ferretur impetu: velut [1] oblitus, [2] quid ſibi naſcenti fortuna denegaſſet, ne Crœſum regem occideret, proclamando, penè jam impreſſum [3] jugulo mucronem [4] revocavit. Ita qui ad id tempus mutus ſibi vixerat, [5] ſaluti parentis vocalis factus eſt.

7 Eadem [6] charitas Italico bello [7] Pinnenſem juvenem, cui Pultoni erat cognomen, tanto animi corporiſque robore armavit: Ut cùm [8] obſeſſæ [9] urbis ſuæ [10] clauſtris præſideret, & Romanus Imperator patrem [11] ejus captivum, in conſpectu ipſius conſtitutum, [12] diſtrictis militum gladiis circumdediſſet, [13] occiſurum ſe minitans, niſi [14] irruptioni ſuæ iter [15] præbuiſſet, ſolus [16] è manibus [17] ſenem rapuerit, duplici pietate [18] memorandus, quòd & patris ſervator, nec patriæ fuerit proditor.

1 Filius Crœſi ſc.
2 Hoc eſt, quod natura mutus eſſet.
3 Crœſi.
4 Retrahi fecit.
5 Ad ſalutem patris ſui Crœſi voce & loquelâ uſus eſt.
6 In patrem.
7 Pinnæ, Italiæ oppidi, natum.
8 A Romanis.
9 Pinnæ.
10 Sc. portarum.
11 Pultonis.
12 Nudatis.
13 Sc. patrem ejus.
14 Quâ in urbem irrumpere poſſet.
15 Filius.
16 Tot militum.
17 Sc. patrem.
18 Dignus qui memoretur.

## CAP. V.

## DE BENEVOLENTIA FRATERNA.

1 P. Africani majoris.
2 M. Fab. Vibulani. *Cos.*
3 Ti. Cæſaris Auguſti.
4 Militis cujuſdam.

[1] HAnc pietatem [2] proximus [3] fraternæ benevolentiæ gradus excipit. Nam ut meritò primum amoris vinculum [4] ducitur, plurima & maxima beneficia [5] accepiſſe: ita proximum judicari debet, [6] ſimul accepiſſe,

1 Sc. filiorum in parentes. Dicturus de pietate erga fratres, eam multis rationibus laudat.
2 Secundus. Nam primus pietatis gradus eſt filiorum in parentes: ſecundus fratrum inter ſe: tertius parentum in filios: de quo paulò poſt dicturus eſt.
3 Quam frater exhibuit, aut exhibet fratri.
4 Æſtimatur.
5 Sc. à parentibus.
6 Sc. cum altero.

Quam

Quam copioſæ enim ſuavitatis illa recordatio eſt! In [1] eodem domicilio, antequam naſcerer, habitavi: in iiſdem incunabulis infantiæ tempora peregi: [2] eoſdem appellavi parentes, eadem [3] pro me [4] vota [5] excubuerunt: [6] parem ex majorum imaginibus gloriam traxi. [7] Chara eſt uxor, dulces liberi, jucundi amici, accepti affines: ſed [8] poſteà cognitis nulla benevolentia accedere debet, quæ [9] priorem [10] exhauriat.

1 Atque hoc teſte Scipione Africano loquor, qui tametſi [11] arctiſſima familiaritate Lælio junctus erat, attamen ſenatum ſupplex oravit, ne [12] provinciæ ſors, [13] fratri ſuo erepta, ad [14] eum transferretur: legatumque ſe [15] L. Scipioni in Aſiam iturum promiſit, & major natu [16] minori & fortiſſimus imbelli, & gloria excellens [17] laudis inopi, & quod ſuper omnia eſt, [18] nondum Aſiatico, jam [19] Africanus. Itaque [20] clariſſimorum cognominum [21] alterum ſumpſit, [22] alterum [23] dedit: triumphique [24] prætextam [25] hujus [26] excepit, [27] illius tradidit: [28] miniſterio aliquantò major, quam frater [29] imperio.

2 M. verò Fabius conſul [20] inclyta pugna Etruſcis, & Vejentibus ſuperatis; [31] delatum ſibi ſummo ſenatus populique ſtudio triumphum ducere [32] non ſuſtinuit: quia eo prœlio Q. Fabius frater ejus [33] conſularis fortiſſimè

1 In quo & frater, id eſt, eodem ventre matris.
2 Quos ille.
3 Pro ſalute meâ.
4 Sc. parentum.
5 Vigilaverunt.
6 Cum fratre.
7 Per comparationem oſtendit fraternam charitatem maximam eſſe.
8 Ut jam dictis, uxori, liberis, amicis, & affinibus.
9 Charitatem ſc. quæ eſt in fratrem paulò poſt nos natum.
10 Evacuet, abſumat, id eſt, prior charitas extingui non debet, aliâ ſuperveniente.
11 Adeò ut inter pauca illa amicorum paria, quæ tantoperè admiratur antiquitas, Scipionem & Lælium Cicero dicat eſſe connumerandos.
12 Aſiæ.
13 Lucio. 14 Lælium. 15 Fratri ſuo. 16 Juniori. 17 Fratri ſc. quia nihil adhùc glorioſum geſſerat. 18 Quia nondum debellaverat Aſiam. 19 Ab Africâ devictâ ſic dictus. 20 Africani ſc. & Aſiatici. 21 Sc. cognomen Africani ex Africâ devictâ.. 22 Sc. cognomen Aſiatici. 23 Fratri: quia ejus conſilio & interceſſione Aſia devicta eſt. 24 Triumphalem veſtem. 25 Africani triumphi. 26 Induit. 27 Aſiatici triumphi prætextam fratri ſuo tradidit. 28 Fungens officiò legati, qui miniſter erat Imperatoris ſeu Conſulis in bello. 29 Fungens imperio totius exercitus: nam major erat miniſter, quam frater cum imperio. 30 Nobili. 31 Oblatum. 32 Non eſt paſſus. 33 Sc. *vir*, id eſt, qui aliquando conſul fuerat.

dimicans

dimicans [1] occiderat. Quantum in eo [2] pectore pietatem fraternæ charitatis habitaſſe exiſtimemus, propter [3] quam [4] ampliſſimi honoris tantus fulgor extingui potuit.

3 [5] Hoc exemplo [6] vetuſtas, [7] illo ſeculum [8] noſtrum ornatum eſt: [9] cui contigit, [10] fraternum jugum [11] Claudiæ prius, nunc etiam [12] Juliæ gentis intueri decus: Tantum enim [13] amorem princeps parenſque [14] noſter inſitum animo, fratris Druſi habuit; ut cùm [15] Ticini, [16] quo victor [17] hoſtium ad complectendos [18] parentes venerat, gravi [19] illum & [20] periculoſa valetudine in Germania [21] fluctuare cognoſſet, protinus [22] indè [23] metu attonitus [24] erumperet. Iter quoque quam rapidum & præceps [25] velut uno ſpiritu corripuerit, [26] eo patet; quòd [27] Alpes Rhenumque tranſgreſſus, [28] die ac nocte mutato [29] ſubinde equo, ducenta millia paſſuum, per [30] modò devictam Barbariam, Antabagio [31] duce ſolo comite contentus, evaſit. Sed [32] eum tunc maximo labore & [33] periculo implicatum, [34] mortaliumque frequentia defectum, ſanctiſſimum [35] pietatis numen; & Dii [36] fautores eximiarum virtutum, & fideliſſimus Romani imperii cuſtos Jupiter comitatus eſt. Druſus quoque, quanquam [37] fato jam ſuo, quā [38] illius officio, [39] pro-

1 Interfectus erat.
2 M. Fabii.
3 Pietatem.
4 Qualis eſt triumphus.
5 Fabii jam dicti.
6 Priſca ætas.
7 Exemplo quod dicturus eſt.
8 Præſentis ævi
9 Sæculo noſtro.
10 Parem ſocietatem.
11 Id eſt, qui fratres, ſc. Tiberius Nero & Druſus Germanicus, antè adoptionem factam ab avunculo, erant de domo Claudiâ.
12 In quam per adoptionem acciti erant.
13 Druſi fratris.
14 Urbis noſtræ Romæ, id eſt, Tiberius Cæſar.
15 In eâ urbe ad Ticinum flumen, quæ nunc Papia dicitur.
16 Ad quam urbem.
17 Ligurum.
18 Auguſtum vitricum & Liviam matrem.
19 Fratrem ſuum Druſum.
20 Quia ſuper crus ejus delapſus fuerat equus.
21 Inter vitam & mortem ancipitem verſari.
22 E Ticino.
23 De valetudine fratris.
24 Vi exiliret.
25 Continuo.
26 Ex eo
27 Montes illos altiſſimos, Italiam in eâ parte à Germaniâ dirimentes.
28 Irrequieto curſu.
29 Per intervalla.
30 Paulò antè devictam à Druſo barbaram Germanorum terram.
31 Itineris.
32 Tiberium principem.
33 Quia Barbariam, modò victam, tranſiit. More ſuo Tiberio adulatur Valerius, cùm dicat, numen pietatis, cœleſteſque omnes, & Jovem omnipotentem illi ſemper in labore adfuiſſe, eumque incolumem conſervaſſe, ut eſſet, qui Romanum imperium piè ſanctèque regeret.
34 Ab hominum multitudine deſtitutum.
35 In fratrem ſuum.
36 Adjutores.
37 Morti ſuæ.
38 In illum, id eſt, in fratrem ſuum Tiberium exhibendo.
39 Vicinior, propinquior.

pior erat, [1] vigore ſpiritus & corporis viribus collapſus; [2] eo ipſo tamen, quo vita & mors diſtinguitur, momento, legiones cum inſignibus ſuis fratri obviam procedere juſſit, ut imperator [3] ſalutaretur. Præcepit etiam dextra in parte [4] prætorium [5] ei ſtatui, & conſulare & imperatorium nomen obtinere voluit. Eodemque tempore & [6] fraternæ majeſtati [7] ceſſit, & vita [8] exceſſit. [9] His ſcio equidem nullum aliud quam [10] Caſtoris & Pollucis [11] ſpecimen [12] conſanguineæ charitatis [13] convenienter adjici poſſe.

4 Sed [14] omnis memoriæ [15] clariſſimis imperatoribus profecto non erit ingratum, ſi militis ſumma erga fratrem ſuum pietas huic voluminis parti [16] adhæſerit. [17] Is namque in caſtris Cn. Pompeji [18] ſtipendia peragens, cùm [19] Sertorianum militem, acriùs ſibi in acie inſtantem, [20] cominùs interemiſſet, [21] jacentemque ſpoliaret: ut fratrem germanum eſſe cognovit, [22] multum ac [23] diu [24] convitio Deos ob donum [25] impiæ victoriæ inſectatus, prope caſtra [26] tranſtulit, & pretioſa veſte [27] opertum, rogo impoſuit. Ac deinde ſubjecta [28] face, protinus eodem gladio, quo [29] illum interemerat, pectus ſuum tranſverberavit: ſeque ſuper corpus fratris proſtratum, communibus flammis cremandũ tradidit. Licebat [30] ignorantiæ beneficio innocenti vivere: ſed ut ſua potius pietate, quam aliena [31] venia uteretur, [32] comes fraternæ neci non defuit.

1 Quia tunc, cùm hæc juberet, in exiguâ ſpe ſpiritum trahebat.
2 In extremo vitæ ſuæ.
3 Tiberius.
4 Habitaculum Prætoris, id eſt, ejus, qui jus militibus diceret, ſc. Imperatoris.
5 Tiberio conſtitui.
6 Quem imperatorem conſtitui voluit.
7 Locum aſſignavit.
8 Mortuus eſt.
9 Jam dictis Principibus Romanis, Tiberio & Druſo. Excuſat ſe Valerius, quòd proximum exemplum Druſo & Tiberio non conveniat: nam exemplum Druſi & Tiberii comparari poſſet & Pollucis & Caſtoris pietati.
10 Quorum alter immortalis, mortalem fratrem ſuæ immortalitatis voluit eſſe participem.
11 Specioſum approbamentum. 12 Eodem ſanguine genitorum. 13 Decenter. 14 Quorum extat memoria. 15 Tiberio & Druſo. 16 Annexa ſit. 17 Miles. 18 In ære merens. 19 Sub Sertorio ſtipendia facientem. 20 Conjunctis manibus pugnantem. 21 Proſtratum. 22 Ad quantitatem refertur. 23 Ad tempus refertur. 24 Execratione. 25 Quòd fratrem interfeciſſet. 26 Sc. cadaver ejus. 27 Tectum. 28 Ut cremaretur cadaver. 29 Fratrem ſuum. 30 Quia ignorans fratrem eſſe, eum occiderat. 31 Ignorantiâ. 32 Quia ſtatim fraternæ neci ſuam ſubjecit.

CAP.

## CAP. VI.

# DE PIETATE ERGA PATRIAM.

1 L. Junii Bruti primi *Coſ*,
2 M. Curtii eq. Rom.
3 M. Genutii Cipi Præt.
4 Q. Ælii Præti Prætoris.
5 P. Decii Q. F. *Coſ*.
6 P. Decii P. F. *Coſ*.
7 P. Africani majoris.
8 Civium Romanorum.

EXTERNORUM.

1 Codri regis Athenienſium.
2 Thraſibuli Athenienſis.
3 Themiſtoclis Athenienſis.
4 Philœnorum fratrum.
5 Ariſtotelis Stagiritæ.

1 ARctiſſimis ſanguinis vinculis [2] pietas [3] ſatisfecit: reſtat nunc [4] ut patriæ exhibeatur: [5] Cujus majeſtati, etiam illa quę Deorum [6] numinibus æquatur, auctoritas parentum [7] vires ſuas ſubjecit: fraterna quoque charitas æquo animo ac libenti cedit, ſumma quidem cum ratione. Quia everſa domo, [8] intentatus reip. ſtatus manere poteſt: urbis ruina, [9] penates omnium trahat ſecum neceſſe eſt. Verum [10] quid attinet verbis iſta complecti? [11] quorum tanta vis eſt, ut [12] aliqui ea [13] ſalutis ſuæ impendio teſtati ſint.

I [14] Brutus conſul primus cum Arunte, Tarquinii Superbi, [15] regno expulſi, filio, in [16] acie ita equo concurrit; ut [17] pariter illatis haſtis,

1 Ut parentum & liberorum, inter quos eſt primum vinculum, & fratrum inter ſe, quorum docuit eſſe proximum. De Pietate dicturus erga patriam, laudat eam per comparationem, & probat hanc pietati in parentes aut fratres præferendam, quia omnia in ſervatâ patria ſervantur: nam everſâ familiâ, in qua patres & filii continentur, ſtare poteſt patria: ſed everſâ patria, domus & familia ſtare non poteſt. 2 Narratio de pietate. 3 In ſuperioribus exemplis. 4 Ut adferamus exempla eorum, qui in patriam ſuam pii fuêre. 5 Patriæ. 6 Divinis potentiis. 7 Quia vult, ut plus patriæ, quam ſibi, tribuatur. 8 Intemeratus. 9 Domos privatas. 10 Quid ad rem facit docere patriæ ſalutem parentum ſaluti præferendam? 11 Quarum rerum. 12 Non pauci. 13 Vitæ ſuæ impenſione, damno, quæ charior eſſe poſſet, quam parentum. 14 Sc. Junius. 15 Ob ſuperbiam, & Lucretiæ per filium ejus violationem. 16 Conflictu. 17 Pari impetu.

uterque mortifico vulnere [1] ictus, [2] exanimis proſterneretur. Meritò adjecerim, populo Romano libertatem [3] magno ſtetiſſe.

2 Cùm autem in media parte [4] fori [5] vaſto ac [6] repentino hiatu terra [7] ſubſideret, [8] reſponſumque eſſet; re [9] illum tantummodo compleri poſſe, qua populus Rom. plurimum valeret: Curtius & animi & generis nobiliſſimus adoleſcens, interpretatus, Urbem noſtram virtute armiſque præcipuè excellere; militaribus inſignibus ornatus, equum conſcendit, eumque vehementer admotis calcaribus [10] præcipitem [11] in illud profundum egit. Super [12] quem univerſi cives honoris gratiâ [13] certatim fruges injecerunt, continuoque terra [14] priſtinum habitum recuperavit. [15] Magna poſtea [16] decora in foro Romano fulſerunt: nullum tamen hodiè quod pietate Curtii erga patriam clarius obſervatur exemplum: [17] cui principatum gloriæ obtinenti, [18] conſimile factum ſubnectam.

3 Genucio Cipo Prætori [19] paludato [20] portam egredienti, novi & inauditi generis prodigium incidit. Namque in capite ejus ſubitò [21] veluti cornua [22] emerſerunt: reſponſumque eſt, regem eum fore, ſi in Urbem revertiſſet. [23] Quod ne accideret, voluntarium ſibimet ac perpetuum indixit exilium. Dignam pietatem, quæ quod ad [24] ſolidam gloriam atti-

1 Ab altero ſc. 2 Animâ ſpoliatus, aut jamjam ſpoliandus. 3 Quia auctorem libertatis amiſit. 4 Romani. 5 Valdè amplo, ita ut impleri nequiret. 6 Subito orto ſpecu ac voragine. 7 Ad imum tenderet, & abyſſum faceret. 8 A vatibus. 9 Hiatum. 10 In caput cadentem. 11 In illam voraginem vi impulit. 12 Curtium. 13 Quaſi cum certamine, quis primus aut plurimùm injiceret. 14 Priorem diſpoſitionem: quia ſpecus ille partim oppletus, & partim coitione terræ clauſus eſt. 15 Extollit hanc rem: multa, inquit, præclara exempla commemorari poſſent in foro edita; nullum tamen cum Curtii facto conferendum. 16 Ornamenta, ut ſtatuæ equeſtres 17 Curtio, aut Curtii exemplo. 18 Conſimilis charitatis in patriam. 19 Veſte Imperatoris, in bellum proficiſcentis, ornato. 20 Urbis ſc. quæ Raudusculana deinde dicta eſt. 21 Quia non reverà cornua fuerunt, ſed propter dæmonum illuſiones cornua eſſe videbantur: de quibus Ovid. Met. 15. *Cornuaque æratis miram referentia formam Poſtibus inſculpunt, longum manſura per ævum.* 22 Extiterunt. 23 Ne Rex fieret, & ita libertatem patriæ opprimeret. 24 Sinceram, veram, & non adumbratam.

net, [1] ſeptem regibus præferatur. Cujus teſtandæ rei gratia capitis effigies [2] ærea, quâ [3] exceſſerat, portæ incluſa eſt: dictaque Rauduſculana, quod olim *æra raudera* dicebantur.

4 Genucius [4] laudis hujus, qua major excogitari vix poteſt, ſucceſſionem Ælio Prætori tradidit. Cui jus dicenti, cùm in capite picus conſediſſet, aruſpiceſque affirmaſſent, conſervato [5] eo, fore domus ipſius ſtatum feliciſſimum, reip. miſerrimum: occiſo, [6] in contrarium utrumque ceſſurum: eveſtigio picum morſu ſuo in conſpectu ſenatus necavit: Decem & ſeptem milites ſuæ familiæ, eximiæ fortitudinis viros, [7] Cannenſi prœlio amiſit: reſp. [8] procedente tempore ad ſummum imperii [9] faſtigium exceſſit. Hæc [10] nimirum exempla, [11] Sylla & Marius, & Cinna tanquam ſtulta [12] riſerunt.

5 [13] Decius, qui conſulatum in familiam ſuam primus intulit, cum [14] Latino bello Romanam aciem inclinatam, & penè jam proſtratam videret; [15] caput ſuum pro ſalute reip. [16] devovit: Ac protinus concitato equo, in medium hoſtium agmen, patriæ ſalutem, ſibi mortem petens, irrupit: factaque ingenti [17] ſtrage, plurimis telis obrutus, [18] ſuper corruit. Ex cujus vulneribus & ſanguine inſperata victoria [19] emerſit.

6 Unicum [20] talis imperatoris [21] ſpecimen eſſet, niſi [22] animo ſuo reſpondentem filium genuiſſet. [23] Is namque in quarto conſulatu patris exemplum ſecutus, [24] devotione [25] ſimili, [26] æque ſtrenua pugna, conſentaneo [27] exitu

1 Quotquot Romæ regnarant.
2 Ex ære facta.
3 Genucius Cipus.
4 Fugiendi regni.
5 Pico.
6 Id eſt, ſtatum ipſius fore infeliciſſimum, & Reip. feliciſſimum.
7 Cum Annibale commiſſo.
8 Succeſſu temporis.
9 Culmen imperii.
10 Haud dubiè.
11 Qui poſteà Remp. oppreſſerunt, & cives Romanos proſcripſerunt.
12 Hi enim avidi imperii fuerunt.
13 Tres fuêre Decii, qui pro republicâ ſe devovêre. Pater bello Latino & Gallico; filius bello Hetruſco; nepos bello Pyrrhi, quod geſſit pro Tarentinis. Sed de patre tantùm & filio Valerius mentionem facit.

14 Quod cum Latinis gerebat. 15 Vitam ſuam. 16 Voto & ſolennibus verbis addici fecit morti & inferis. 17 Hoſtium. 18 Stragem à ſe factam, & vim telorum in ſe immiſſam. 19 Exorta eſt. 20 Decii. 21 Pietatis in patriam. 22 Ejuſdem charitatis in patriam. 23 Filius Decii. 24 Addictione ſui per votum, & verba ſolennia morti & inferis. 25 Devotioni paternæ. 26 Ut erat paterna. 27 Fine vitæ.

labantes perditaſque vires Urbis noſtræ [1] correxit. Itaque [2] dignoſci arduum eſt, utrum Romana civitas [3] utilius habuerit Decios duces, an amiſerit: quoniam vita eorum, ne [4] vinceretur, obſtitit, mors fecit, ut [5] vinceret.

7 Non eſt [6] extinctus pro rep. ſuperior Scipio Africanus: ſed admirabili virtute, ne reſpub. [7] extingueretur, [8] providit. Siquidem cum afflicta [9] Cannenſi clade urbs noſtra, nihil aliud quam præda victoris eſſe Annibalis videretur: ideoque reliquiæ proſtrati exercitus, deſerendæ Italiæ, [10] auctore L. Metello, conſilium agitarent, [11] tribunus militum admodum juvenis, [12] ſtricto gladio [13] mortem [14] unicuique minitando, jurare omnes, nunquam ſe relicturos patriam, coëgit: pietatemque non ſolum ipſe pleniſſimam [15] exhibuit, ſed etiam ex pectoribus aliorum [16] abeuntem revocavit.

8 [17] Age, ut à [18] ſingulis ad univerſos tranſgrediar; quanto, & quam æquali amore patriæ tota civitas [19] flagravit! cùm ſecundo Punico bello exhauſtum ærarium, ne Deorum quidem cultui ſufficeret, & [20] publicani ultrò [21] aditos cenſores hortati ſunt, ut omnia ſic [22] locarent, tanquam reſpub. pecunia abundaret, ſeque præſtituros cuncta; nec ullum aſſem,

1 Inſtauravit, & ad priſtinum robur direxit.
2 Diſcerni difficile eſt, utrum mors an vita Deciorum reipublicæ magis profuerit; nam viventes Decii non paſſi ſunt patriam ſuperari; morientes verò ſpecioſam victoriam illi pepererunt.
3 Quia multas ſunt conſecuti victorias.
4 Civitas Romana.
5 Factâ devotione: patriam enim ſalvarunt, ſe pro illâ devovendo.
6 Occiſus.
7 Ab Annibale.
8 Cavit.
9 Apud Cannas, vicum Apuliæ, acceptâ.
10 Qui dicebat fieri non poſſe, ut è tantis malis emergeret oppreſſa patria.
11 Scipio ſc.
12 Evaginato.
13 Necem præſentem.
14 Qui de patriâ deſerendâ conſentiret, aut ulteriùs ageret.
15 Patriæ.
16 Pietatem patriæ ſcilicet quia de republicâ & patriâ deſperabant, & ideò omnis ejus juvandæ pietas ex eorum pectoribus abierat.
17 Adfert ſex exempla: primum de Publicanis; ſecundum de dominis ſervorum; tertium de equitibus & centurionibus. quartum de univerſis civibus ejuſdem temporis; quintum de iis, qui tempore belli Vejentani fuerunt; & ſextum de iis, qui urbe à Gallis captâ
18 In patriam piis. Q. d. diximus de ſingulis, dicamus de univerſis civibus.
19 Arſit.
20 Qui publicam aut publicè pecuniam tractabant, ut ſunt vectigalium & impoſitionum collectores.
21 A ſe, id eſt, poſtquam eos adierant.
22 Conducerent ad uſum belli.

niſi bello [1] confecto, petituros polliciti ſunt. Domini quoque ſervorum, quos Sempronius Gracchus ob inſignem pugnam [2] Beneventi manumiſerat, [3] pretia ab imperatore exigere [4] ſuperſederunt: in caſtris etiam non eques, non centurio ſtipendium dari ſibi deſideravit. Viri atque fœminæ, quicquid auri argentive habuerunt: item pueri [5] inſignia ingenuitatis ad ſuſtentandam temporis difficultatem contulerunt: Ac ne beneficio ſenatus, (qui muneribus functos, [6] tributi onere liberaverat) quiſquam uti voluit; ſed inſuper [7] id omnes promptiſſimis animis præſtiterunt. Non ignorabant enim, captis [8] Vejis, cum [9] decimarum nomine, quas Camillus voverat, aurum Apollini Delphico mitti oporteret, neque emendi [10] ejus facultas eſſet, matronas [11] ornamenta ſua in [12] ærarium retuliſſe. Similiterque audierant, mille pondo auri, quæ Gallis [13] obſidione Capitolii promiſſa debebantur, [14] earum cultu expleta. Itaque & [15] proprio ingenio, & exemplo vetuſtatis [16] admoniti, nulla ſibi in [17] re ceſſandum exiſtimaverunt.

## EXTERNA.

I [18] Sed & externa [19] ejuſdem propoſiti exempla attingam. Rex Athenienſium Codrus, cum ingenti hoſtium exercitu Attica regio debilitata, ferro ignique vaſtaretur, [20] diffidentia humani auxilii ad Apollinis [21] Delphici [22] oraculum confugit; perque legatos ſciſcitatus

1 Peracto.
2 Apud Beneventum editam.
3 Servorum, quos emerant.
4 Omiſerant.
5 Prætextam & bullam auream, quâ ſignificabant omnes eos nobiles eſſe atque patritios.
6 Pendendi ſc. ob impendium belli.
7 Tributum.
8 A Camillo.
9 Sc. prædæ.
10 Tanti auri.
11 Ut inaures, fibulas, aurum crinale, monilia, &c.
12 Theſaurum publicum.
13 Sc. *pro*.
14 Sc. Matronarum ornamento ad plenum pondus ac numerum perducta eſſe
15 Ad ſubveniendum patriæ propenſo.
16 Sc. Romani tempore ſecundi belli Punici.
17 Quæ Reip. uſui foret.
18 Ad externa exempla tranſit, & Codri, regis Athenienſium, primum proponit exemplum. 19 Moriendi pro patriâ, ac ſubveniendi patriæ. 20 Quia & ſuis viribus diffidebant, & aliorum auxilia deſperabant. 21 Apud Delphos reſponſa dantis. 22 Vaticinium & reſponſum de exitu belli.

 eſt,

eſt, quonam modo illud tam grave bellum [1] diſcuti poſſet. Reſpondit Deus, Ita finem [2] ei fore, ſi ipſe hoſtili manu [3] occidiſſet. [4] Quod quidem non ſolum totis Athenis, ſed in caſtris etiam [5] contrariis [6] percrebuit. Eoque factum eſt, ut [7] ediceretur, ne quis Codri corpus vulneraret. [8] Id poſtquam [9] cognovit, depoſitis inſignibus imperii, [10] familiarem cultum induit, ac pabulantium hoſtium [11] globo ſeſe objecit: unumque ex [12] his [13] falce percuſſum, in cædem [14] ſuam compulit: Cujus interitu, [15] ne Athenæ occiderent, effectum eſt.

2 Ab eodem fonte [16] pietatis Thraſybuli quoque animus manavit. Is cùm Athenienſium urbem triginta tyrannorum [17] teterrima dominatione liberare cuperet, [18] parvaque manu maximæ rei [19] molem aggrederetur; & quidam è conſciis dixiſſet: Quantas tandem tibi Athenæ, per te libertatem conſecutæ, gratias debebunt? reſpondit: Dii faciant, ut [20] quantas ipſe illis debeo, videar retuliſſe. [21] Quo affectu inclytum deſtructæ tyrannidis opus laude [22] cumulavit.

3 Themiſtocles autem, quem virtus ſua [23] victorem; injuria patriæ [24] Imperatorem Perſarum fecerat; ut ſe ab [25] ea oppugnanda abſtineret, inſtituto ſacrificio, exceptum [26] patera tauri ſanguinem hauſit: & ante ipſam aram, quaſi quædam Pietatis clara victima, concidit. Quo quidem tam memorabili ejus exceſſu, ne Græciæ [27] altero Themiſtocle opus eſſet, effectum eſt.

1 De collo dejici.
2 Bello.
3 Mortuus caderet.
4 Oraculum aut reſponſum.
5 Hoſtilibus, ſc. Dorienſium.
6 Divulgatum eſt.
7 In caſtris hoſtilibus.
8 Edictum.
9 Codrus.
10 Militis gregarii.
11 Multitudini. Eſt enim globus multitudo in orbem collecta.
12 Hoſtibus.
13 Quam tanquam frumentator aut fœniſeca in manu tenebat.
14 Pro ſui.
15 Quia cognita ejus cæde, ſtatim hoſtes oraculo territi aufugerunt.
16 In patriam ſc.
17 Turpiſſimâ.
18 Parvis copiis & auxiliariis
19 Pondus aut difficultatem.
20 Quia quilibet patriæ plurimum debet.
21 Quâ bonâ voluntate.
22 Auxit.
23 Quia apud Salaminam Perſarum regem ſuperavit.
24 Cùm patriâ pulſus ad regem confugit, & ab eo conſtitutus eſt Imperator.
25 Patria ſua Athenis.
26 Vaſe patente, quo libaverat.
27 Imperatore tam valido, ut fuerat Themiſtocles. Quia ſi, ut regi promiſerat, Perſas duxiſſet in Græciam, Athenæ alterum rurſus Themiſtoclem deſideraſſent, qui deviceret Perſas.

4 Sequitur [1] ejuſdem generis exemplum. Cum inter [2] Carthaginem, & Cyrenas, de [3] margine agri pertinaciſſima contentio eſſet; [4] ad ultimum placuit [5] utrimque, [6] eodem tempore juvenes mitti, & locum, in quem ii conveniſſent, [7] finem ambobus [8] haberi populis. Verùm hoc pactum Carthaginienſium duo fratres, nomine Philæni, [9] perfidia præcurrerunt; [10] citra conſtitutam horam [11] maturato greſſu in longius [12] promotis terminis. Quod cùm intellexiſſent [13] Cyrenenſium juvenes, diu de fallacia [14] eorum queſti; poſtremo acerbitate [15] conditionis [16] injuriam [17] diſcutere conati ſunt. Dixerunt namque ſic eum [18] finem [19] ratum fore, ſi Philæni vivos ſe ibi obrui paſſi eſſent. Sed conſilio eventus [20] non reſpondit: [21] illi enim nulla interpoſita mora, corpora ſua [22] his terra [23] operienda tradiderunt. [24] Qui quoniam patriæ, quam vitæ ſuæ, longiores terminos eſſe maluerunt; [25] bene jacent, manibus & oſſibus ſuis Punico dilatato imperio. [26] Ubi ſunt ſuperbæ Carthaginis alta mœnia? ubi [27] maritima gloria [28] inclyti portus? ubi cunctis littoribus [29] terribilis claſſis? ubi [30] tot exercitus? ubi [31] tantus equitatus? ubi [32] immenſo Africæ ſpatio non contenti [33] ſpiritus? [34] Omnia iſta [35] duobus Scipionibus Fortuna

1 Pietatis in patriam. 2 Duas potentiſſimas urbes Africæ. 3 Finibus & extremitate agri intermedii finiendi. 4 Demùm, poſtquam ambæ partes defeſſæ erant. 5 Ab utraque urbe. 6 Sc. exire cupientes. 7 Ditionis. 8 Habendum eſſe. 9 Non ſervatâ, ſed violatâ fide præcurrendo vitiaverunt. 10 Antè. 11 Feſtinato egreſſu, aut curſu. 12 Promotis. 13 A Cyrenenſibus emiſſi. 14 Philænorum. 15 Quam propoſuerunt eligendam. 16 Sibi & ſuis illatam. 17 Diſſolvere. 18 Sc. ditionis, ad quem Carthaginenſes pervenerant. 19 Approbatum. 20 Putabant enim Philænos eam conditionem nequaquam accepturos. 21 Philæni. 22 Cyrenenſibus. 23 Obruenda. 24 Philæni. 25 Feliciter. 26 Nunc per comparationem exaggerat horum juvenum laudem: dicit enim, quamvis magna quondam & potens fuerit Carthago, & copiis militum cæteras gentes excelleret, tamen illa omnia perierunt; horum autem gloria ſtabilis & æterna permanſit. 27 Sc. rerum in mari geſtarum. 28 Glorioſi portus: qui penitùs ſublatus & funditùs everſus eſſet. 29 Sc. Athenienſium: quia Sicilia & Hiſpania tota deleta eſt. 30 Haſdrubalis, Magonis, Giſgonis, Amilcaris, & Annibalis. 31 Quantùs olim fuit. 32 Quia etiam Italiam ſuæ ditioni adjicere moliebantur. 33 Animi Carthaginenſium. 34 Reſponſio. 35 Sc. Majori, qui Carthaginem tributariam fecit, & Minori, qui eam funditùs evertit.

partita eſt. At Philænorum egregii facti memoriam ne patriæ quidem interitus extinxit. [1] Nihil eſt igitur, excepta virtute, quod mortali [2] animo ac manu [3] immortale [4] quæri poſſit.

5 Juvenili ardore plena hæc [5] pietas. Ariſtoteles vero [6] ſupremæ vitæ reliquias ſenilibus ac rugoſis membris in ſummo literarum [7] otio [8] vix cuſtodiens, adeò valenter pro [9] ſalute patriæ incubuit, ut eam hoſtilibus [10] armis ſolo æquatam, [11] in lectulo Athenienſi jacens, Macedonum de manibus, quibus objecta erat, eriperet. Ita non tam [12] urbs Stagira everſa, [13] Alexandri, quam [14] reſtituta Ariſtotelis [15] notum eſt opus. Patet ergo, quàm benignæ, quamque profuſæ pietatis erga patriam, omnium ordinum, omnis ætatis homines extiterint; ſanctiſſimiſque [16] naturæ legibus mirificorum etiam [17] exemplorum clara mundo [18] ſubſcripſerit veritas.

1 Nihil eſt, inquit, quod humano ingenio & opera comparari poſſit, æternum & immortale, niſi virtus.
2 Animoſitate.
3 Æternum.
4 Acquiri.
5 Philænorum.
6 Extremæ.
7 Quòd Athenis philoſophabatur.
8 Cùm difficultate.
9 Conſervatione Stagiræ annixus eſt.
10 Macedonum.
11 In quo præſenio recubabat.
12 Stagyra.
13 Victoris.
14 Civibus ſuis.
15 Nobile. Q. d. Plus laudis & gloriæ meritus eſt Ariſtoteles in reſtituendâ patriâ, quam Alexander in evertendâ.
16 Quas natura præſcripſit de charitate patriæ.
17 Sc. eorum, qui primos illos imitati ſunt.
18 Aſſenſum præbuerit.

CAP.

## CAP. VII.

# DE PATRUM AMORE & Indugentia in Liberos.

| ROMANORUM. | EXTERNORUM REGUM. |
| --- | --- |
| 1 Q. Fabii Max. Rulliani. | |
| 2 Cæſetii Flavi. | 1 Seleuci Syriæ. |
| 3 Octavii Balbi. | 2 Ariobarzenis Cappadociæ. |

[1] DEt nunc [2] vela pii & placidi affectus parentum erga [3] liberos indulgentia; ſalubrique [4] aura provecta gratam ſuavitatis ſecum [5] dotem afferat.

1 Fabius Rullianus quinque conſulatibus ſumma cum gloria peractis, omnibuſque & virtutibus & vitæ meritis ſtupendus, [6] legatus ire Fabio Gurgiti [7] filio ad bellum difficile & periculoſum [8] conficiendum gravatus non eſt; pene ipſo duntaxat animo ſine corpore militaturus: utpote propter ultimam ſenectutem [9] lectuli otio, quàm labori prœliorum, [10] habilior. [11] Idem [12] triumphantis currum, equo inſidens, ſequi, [13] quem ipſe parvulum triumphis ſuis geſtaverat, in maxima voluptate poſuit: nec [14] acceſſor glorioſæ illius [15] pompæ, ſed [16] auctor ſpectatus eſt.

2 Non [17] tam Cæſetii ſpecioſa equitis Romani ſors: ſed patria par indulgentia: Qui à Cæſare, omnium jam externorum & domeſti-

1 Poſtquam de pietate erga patriam dixit: nunc de parentum indulgentiâ dicturus: pulchrâ utitur tranſlatione à nautis ſumptâ. Primum autem exemplum eſt Fabii Romani.
2 Proſperam navigationem. Tranſlatio à nautis ſumpta.
3 Legentibus.
4 Favore.
5 Munus.
6 Tanquam miniſter.
7 Suo.
8 Finiendum.
9 Ut in lectulo recubet.
10 Aptior.
11 Fabius Rullianus.
12 Filii ſui Fabii Gurgitis.

13 Inſtitutum enim fuit apud majores, ne quis inter conſulem & proximum lictorem intercederet, præter parvulum filium. 14 Sc. tanquam ſocius aut particeps. 15 Quam filius in triumpho duxit. 16 Augmentator. 17 Ut Fabii Rulliani: quia Fabius vir patritius fuit; hic equeſtris ordinis.

corum hoſtium victore, cùm [1] abdicare [2] filium ſuum juberetur, quòd [3] is tribunus plebis cum Marullo collega, [4] invidiam ei, tanquam [5] regnum affectanti, fecerat: in hunc modum reſpondere ſuſtinuit: Celeriùs tu mihi Cæſar omnes filios meos eripies, quam ex [6] his ego unum [7] nota pellā mea. [8] Habebat autem duos [9] præterea optimæ indolis filios, quibus Cæſar ſe incrementa dignitatis benigne largiturum [10] pollicebatur. Hunc patrem tametſi ſumma [11] divini principis clementia tutum præſtitit; quis tamen non [12] humano ingenio majus auſum putet, quod [13] cui totus terrarum orbis ſuccubuerat, non [14] ceſſit?

3 Sed neſcio an Octavius Balbus concitatioris & ardentioris erga filium benevolentiæ fuerit. [15] Proſcriptus à [16] triumviris, cùm [17] domo poſticâ [18] clam eſſet egreſſus, [19] jamque fugæ expeditum initium haberet: poſtquam [20] intus filium trucidari falſus clamore è vicinia accepit, ei ſe neci, quam evaſerat, obtulit, occidendumque [21] militibus tradidit. [22] Pluris [23] nimirum illud [24] momentum, quo illi præter ſpem videre filium incolumem contigerat, quam [25] ſalutem ſuam, æſtimans. Miſeros adoleſcentis oculos, quibus amantiſſimum [26] ſui patrem [27] ipſius opera ſic expirantem intueri neceſſe fuit.

1 Familia ejicere, patrimonio privare, & à bonis repellere. Eſt enim abdicare, filium à bonis repellere, dùm vivit pater; *exhæredare* verò poſt mortem.
2 Unum è tribus.
3 Filius ejus.
4 Populi.
5 Quia coronam capiti ejus impoſuerat Antonius.
6 Filiis meis.
7 Signo meo.
8 Cæſetius.
9 Præter eum, quem poſtulaverat ad vindictam Cæſar.
10 Si tertium ſc. abdicaſſet.
11 Cæſaris. Non ſine adulatione hoc dicit: quamvis, inquit, Cæſar clementiâ & benignitate præſtaret, ut hunc hominem ita reſpondentem facilè tulerit, Cæſetiùs tamen exiſtimandus eſt rem majorem auſus fuiſſe, quam humano ingenio conveniret cui enim totus terrarum orbis parebat, ipſe non ceſſit: tantum valuit paterna indulgentia.
12 Quod eſt contemnere vitam & opes.
13 Sc. Julio Cæſari.
14 Sc. *ei.*
15 Propoſitâ tabula, in quâ ſcripto declaratus erat poſſe impunè occîdi, ubicunque occurrerit.
16 Auguſto, Antonio, & Lepido, qui inter ſe imperium partiti erant.
17 Per oſtium ſuum poſterius.
18 Ignorantibus id perſecutoribus ejus.
19 Et cùm jam eſſet ita progreſſus, ut videretur poſſe liberè effugere.
20 In domo ſua; quam dereliquerat.
21 A triumviris ad hoc miſſis.
22 Q. d. pater magis lætatus eſt in incolumitate filii, quam ſi ipſe evaſiſſet.
23 Haud dubiè.
24 Temporis.
25 Conſervationem vitæ propriæ.
26 Oculorum adoleſcentis, id eſt, ipſius adoleſcentis.
27 Patris ſpontaneâ reverſione.

## EXTERNA.

1 Ceterū ut ad jucundiora cognitu veniamus. Seleuci [1] regis filius Antiochus novercæ Stratonices infinito amore correptus, memor quam [2] improbis facibus arderet, impium pectoris [3] vulnus pia diſſimulatione contegebat. Itaque [4] diverſi affectus iiſdem viſceribus ac medullis incluſi, ſumma cupiditas, & maxima verecundia, ad ultimam [5] tabem corpus ejus redegerunt. Jacebat [6] ipſe in lectulo, [7] moribundo ſimilis: lamentabantur [8] neceſſarii: [9] pater mœrore [10] proſtratus, de obitu unici filii, deque ſua miſerrima [11] orbitate cogitabat: totius [12] domus [13] funebris magis, quam [14] regius erat vultus. Sed hanc triſtitiæ nubem Leptinis [15] mathematici, vel, [16] ut quidam tradunt, Eraſiſtrati medici [17] providentia diſcuſſit: Juxta enim Antiochum ſedens, ut eum [18] ad introitum Stratonices rubore perfundi, & [19] ſpiritu increbreſcere, eaque egrediente pallere, & [20] excitatiorem anhelitum [21] ſubinde recuperare animadvertit; [22] curioſiore obſervatione ad [23] ipſam veritatem penetravit. Intrante enim Stratonice, & rurſus abeunte, brachium adoleſcentis [24] diſſimulanter apprehendendo; [25] modò vegetiore, modò [26] languidiore pulſu venarum comperit, [27] cujus morbi æger eſſet: protinuſque [28] id Seleuco expoſuit. [29] Qui chariſſima ſibi conjuge filio [30] cedere non dubitavit: Quòd in [31] amorem [32] incidiſſet, [33] fortunæ ac-

1 Totius Aſiæ.
2 Nefando amore.
3 Amorem illum.
4 Diverſæ paſſiones.
5 Corruptionem per exhauſtionem ſucci, & lentam conſumptionem ſanguinis.
6 Antiochus filius Seleuci.
7 Jam jamque morituro.
8 Conſanguinei & affines.
9 Seleucus.
10 Ad terram dejectus, afflictus.
11 Carentiâ aut privatione liberorum.
12 Familiæ.
13 Lugubris & quaſi funere occupatus.
14 Regalis, quia regius vultus hilaris eſſe ſolet.
15 Aſtrologi. *Mathematicus* dicitur, qui diſciplinarum peritus eſt, Geometriæ, Arithmeticæ, Muſicæ, & Aſtrologiæ: quæ omnes in demonſtratione conſiſtunt: nam in præceptis & arte verſantur reliquæ, ſc. Grammatica, Rhetorica, Logica. 16 Nam Plutarchus Eraſiſtratum fuiſſe dicit. 17 Provida ſolertia diſpulit. 18 Quoties Stratonice introibat. 19 Habere ſpiritum ardentiorem & pulſum frequentiorem. 20 Commotiorem flatum. 21 Per intervalla. 22 Diligentiore. 23 Veram cauſam morbi pervenit. 24 Quaſi aliud ageret. 25 Interdum, ſc. eâ intrante. 26 Infirmiore, ſc. eâ egrediente. 27 Quia amoris. 28 Amorem filii ejus in uxorem ejus. 29 Seleucus. 30 Concedere. 31 Novercæ ſuæ. 32 Filius. 33 Fortunæ imputans, attribuens.

ceptum referens: quòd diſſimulare [1] eum uſque ad mortem paratus eſſet, [2] ipſius pudori imputans. Subjiciatur [3] animis [4] ſenex, [5] rex, [6] amans: jam patebit quam multa, quamque difficilia paterni affectus indulgentia ſuperavit.

2 At Seleucus quidem [7] uxore, Ariobarzanes autem filio ſuo Cappadociæ regno ceſſit, in conſpectu Cn. Pompeji. [8] Cujus cùm [9] tribunal [10] conſcendiſſet, invitatuſque ab [11] eo in [12] curuli ſella ſediſſet; poſtquam filium [13] in cornu ſcribæ [14] humiliorem fortuna ſua locum obtinentem conſpexit, non [15] ſuſtinuit [16] infra ſe collocatum intueri: Sed protinus [17] ſella deſcendit, & [18] diadema in caput [19] ejus tranſtulit: hortarique cœpit, ut [20] eo tranſiret, unde ipſe ſurrexerat. Exciderunt lachrymæ juveni, cohorruit corpus, [21] dilapſum diadema eſt, nec, quò [22] juſſus erat, progredi potuit: Quodque pene fidem veritatis excedit, [23] lætus erat, qui regnum deponebat: [24] triſtis, cui dabatur: Nec ullum finem tam egregium certamen habuiſſet, [25] niſi patriæ voluntati auctoritas Pompeji adfuiſſet. Filium enim & regem [26] appellavit, & diadema ſumere juſſit, & in curuli ſella [27] conſidere coëgit.

1 Amorem.
2 Filii.
3 Legentium aut audientium iſta.
4 Qui naturâ querulus, moroſus, ac zelotypus eſſe ſolet, & rei charæ tenaciſſimus.
5 Qui, quæ amat, conſervare poteſt, ſi habet ea, &, ſi non habet, rapere.
6 In quo maxima vis eſt.
7 De poſſeſſione uxoris.
8 Pompeji.
9 Sedem prætoriam.
10 Ariobarzanes.
11 Pompejo.
12 Quâ primi tantum magiſtratus utebantur.
13 In eâ parte exercitus, ubi ſcriba locum habebat.
14 Inferiorem, viliorem, quam filium regis deceret.
15 Paſſus eſt.
16 In loco inferiori quam ipſe.
17 Curuli.
18 Inſigne regni, cui corona ſuperponi ſolebat.
19 Filii ſui, id eſt, declaravit eum regem.
20 In eum locum.
21 E capite ejus.
22 Sc. à patre progredi, ſc. in ſellam curulem.
23 Sc. pater.
24 Sc. filius erat.
25 Niſi Pompejus comprobaſſet & quodammodò juſſiſſet factum patris.
26 Pompejus.
27 Simul cum patre ſedere.

CAP.

## CAP. VIII.

# QUI SEVERI ADVERSUS LIBEROS.

**ROMANORUM.**

1 L. Junius Brutus primus *Cos.*
2 Caſſius Viſcellinus.
3 T. Manlius Torquatus Juriſcos.
4 M. Æmilius Scaurus.
5 A Fulvius.

1 [1] Comicæ lenitatis [2] hi patres, [3] tragicæ aſperitatis [4] illi. Par Romulo gloria L. Brutus, quia [5] ille urbem, [6] hic libertatem Romanam condidit: [7] filios ſuos, [8] Tarquinii [9] dominationem à ſe expulſam reducentes, [10] ſummum imperium obtinens, [11] comprehenſos, [12] proque tribunali virgis cæſos, & ad [13] palum religatos [14] ſecuri percuti juſſit. [15] Exuit patrem, [16] ut conſulem ageret: [17] orbuſque vivere, quàm publicæ vindictæ deeſſe maluit.

2 [18] Hujus æmulatus exemplum [19] Caſſius, [20] filium, qui [21] tribunus plebis [22] Agrariam legem primus tulerat, multiſque aliis rebus [23] populariter animos hominum amore ſui [24] devinctos tenebat; poſtquam [25] illam poteſtatem depoſuit, adhibito propinquorum & amicorum conſilio, affectati regni crimine domi damnavit: [26] verberibuſque affectum, [27] necari juſſit: ac [28] peculium ejus Cereri [29] conſecravit.

1 Jucunde, qualem habent patres in Comœdiis. Brevis præfatio eſt ad ſequentem. narrationem.
2 Jam dicti ſc. fuerunt, aut ſunt.
3 Severæ, tragœdiâ dignæ rigiditatis.
4 De quibus proximè dicemus.
5 Romulus.
6 Brutus.
7 Titum & Tiberium.
8 Superbi.
9 Superbum regnum.
10 Sc conſulare.
11 Captos.
12 Antè tribunal.
13 Stipitem.
14 Decollari.

15 Brutus depoſuit amorem & affectum paternum. 16 Ut debitè fungeretur officio conſulari: nam conſulatus adminiſtratio exigebat, ut ſupplicium de his ſumeret, qui libertatem opprimere voluerant. 17 Sine liberis 18 Bruti. 19 Spurius. 20 Sp. Caſſium Viſcellinum. 21 Cùm fuiſſet tribunus plebis. 22 De agro, quem populus Romanus bello acquiſiverat, æquis portionibus dividendo. 23 Sc. *factis*, id eſt, in favorem aut gratiam populi. 24 Obnoxios. 25 Sc. tribunitiam. 26 Cæſum. 27 Percuti ſecuri. 28 Quod proprium & extra patris poteſtatem, utpote caſtrenſe, poſſederat. 29 Tanquam ſacrum addixit Cereri.

T. autem

T. autem Manlius Torquatus, præter egregia multa [1] raræ dignitatis, juris quoque civilis,& [2] ſacrorum pontificalium peritiſſimus, in [3] conſimili facto ne concilio quidem [4] neceſſariorum indigere ſe credidit. Nam cùm ad ſenatum Macedonia de filio [5] ejus D. Silano, qui eam provinciam obtinuerat, querelas per legatos detuliſſet; à Patribus conſcriptis [6] petiit, ne quid ante de ea re ſtatuerent, quam ipſe [7] Macedonum filiique ſui cauſam inſpexiſſet: Summo deinde cùm [8] ampliſſimi ordinis, tùm etiam eorum, qui [9] queſtum venerant, conſenſu [10] cognitione [11] ſuſcepta, domi conſedit, ſoluſque utrique parti per totum biduum [12] vacavit, ac tertio pleniſſime die diligentiſſimeque auditis teſtibus, ita pronuntiavit: Cùm Silanum filium meum pecunias à ſociis accepiſſe mihi probatum ſit, & repub. eum & domo mea indignum judico, protinuſque è conſpectu meo abire jubeo. Tam triſti patris ſententia perculſus Silanus, [13] lucem ulterius intueri non ſuſtinuit, ſuſpendioque ſe proxima nocte [14] conſumpſit. [15] Peregerat jam Torquatus [16] ſeveri & religioſi judicis partes, ſatisfactum erat reip. habebat ultionem Macedonia, potuit tam [17] verecundo obitu filii patris [18] inflecti rigor: at [19] ille neque adoleſcentis exequiis interfuit, & cùm [20] maximè funus ejus duceretur, [21] conſulere ſe volentibus, [22] vacuas aures accommodavit. Videbat enim, ſe in [23] eo atrio conſediſſe, in

1 Excellentis, quæ raris hominibus contigit, ut omnibus Reip. muneribus perfunctus eſſet.
2 Quæ ad jus pontificium pertinebant ac pertinent.
3 De damnatione filii.
4 Conſanguineorum & affinium.
5 Titi Manlii.
6 Manlius pater.
7 Hoc eſt, illorum accuſationem, & hujus purgationem.
8 Senatorii.
9 Ad querendum de filio ejus, id eſt, legatorum Macedoniæ.
10 Inquiſitione de jure utriuſque patris.
11 A Tito patre.
12 Audientiam, ut ajunt, dedit.
13 Diutiùs vivere non potuit.
14 Peremit.
15 Plenè egerat & impleverat. Exaggerat hanc ſeveritatem Valerius: ſatis, inquit, fuerat damnaſſe filium, & abdicatum à ſe coëgiſſe laqueo vitam finire, ſeveritas hæc magna: ſed illa major, quòd nec funeri quidem voluerit intereſſe, omnibuſque, illum eo die conſultantibus, vacaverit.
16 Judicis ſequentis verum & anxiè ſervantis jusjurandum, quo judices obligari ſolent, debitum officium.
17 Qui obierat præ verecundiâ.
18 Mitigari.
19 Severiſſimus pater.
20 Præcipuâ pompâ.
21 Conſilium petere.
22 Nullo negotio occupatus.
23 Priſcorum Torquatorum.

quo [1] illius Imperioſſi Torquati ſeveritate conſpicua [2] imago poſita erat: Prudentiſſimoque viro ſuccurrebat, effigies majorum cum titulis [3] ſuis idcirco in prima ædium parte poni ſolere, ut eorum virtutes poſteri non ſolùm legerent, ſed etiam imitarentur.

4 M. verò Scaurus, lumen ac decus patriæ, cùm apud Atheſim flumen impetu Cimbrorum Romani equites pulſi, deſerto Procos. Catulo, [4] Urbem pavidi repeterent; [5] conſternationis ejus participi filio ſuo [6] miſit, qui dicerent libentius [7] ſe in acie [8] ejus interfecti oſſibus occurſurum, quam ipſum tam deformis fugæ reum viſurum. [9] Itaque ſi quid modo reliquum in [10] pectore verecundiæ ſupereſſet, [11] conſpectum [12] degenerati patris vitaret: recordatione enim [13] juventæ ſuæ, qualis M. Scauro aut [14] habendus aut [15] ſpernendus eſſet, filius admonebatur. Quod nuncio accepto, juvenis coactus eſt [16] fortius adverſus ſemetipſum gladio uti, quam adverſus hoſtes uſus fuerat.

5 [17] Nec minùs animosè A. Fulvius vir ſenatorii ordinis, euntem in [18] aciem filium retraxit, quam Scaurus è prœlio [19] fugientem increpuit. Namque [20] juvenem & ingenio [21] & literis & forma [22] inter æquales nitentem, pravo

1 Qui Imperator ac Conſul filium ſecuri percuti juſſit, quòd contrà imperium ſuum in hoſtem egreſſus, etiam feliciter pugnam commiſiſſet.
2 In atriis ſolebant veteres majorum ſuorum, qui gloriâ & rebus geſtis clari fuiſſent, imagines collocare: quibus ſæpè ad virtutes & rerum gerendarum gloriam incendebantur, ut illorum imitatione clariores fierent.
3 Suorum præclarorum geſtorum.
4 Romam.
5 Perturbationis & formidinis ejus, qui ob conſimilem conſternationem cum aliis fugerat.
6 Nuncios.
7 Scaurum patrem. 8 Filii. 9 Sc. *dicere juſſit*. 10 Filii. 11 Ergo formula illa fuit peculiaris, quâ patres filios abjiciunt: *E conſpectu meo abeas*. Sic Torquatus paulò antè: *Et Republicâ eum & domo meâ indignum judico, protinuſque è conſpectu meo abire jubeo*. 12 Per degenerationem filii vilioris effecti. 13 Diſciplinæ, quam à patre in juventa acceperat. 14 Si probus & fortis. 15 Si improbus & meticuloſus. 16 Quia in ſe gladium convertit, ſeſe occidendo, quem ab hoſtibus averterat fugiendo. 17 Sall. in Cat. *Fuêre*, inquit, *complures, qui ad Catilinam ab initio profecti ſunt: in his erat Fulvius, Senatoris hominis filius, quem retractum ex itinere parens necari juſſit*. 18 Sc. conjuratorum in patriam. 19 Sc. filium. 20 Sc. filium ſuum. 21 Significat illum & animi & corporis dotibus à naturâ fuiſſe donatum, quibus patri charior eſſe potuerit. 22 Inter coætaneos ſuos fulgentem.

conſilio amicitiam [1] Catilinæ ſecutum, inque caſtra [2] ejus temerario impetu ruentem, medio itinere [3] abſtractum ſupplicio mortis affecit: [4] præfatus, Non ſe Catilinæ [5] illum adverſus patriam, ſed patriæ adverſus Catilinam genuiſſe. Licuit, donec civilis belli rabies præteriret, [6] incluſum [7] arcere: verum [8] illud [9] cauti patris narraretur [8] opus, [10] hoc [11] ſeveri refertur.

1 Principis conjurationis. 2 Catilinæ. 3 Ab incepto. 4 Prælocutus, antequam eum ſupplicio mortis afficeret. 5 Filium ſuum. 6 Carcere. 7 Prohibere ab exercitu Catilinæ. 8 Sc. tenentis tantiſper, donec rabies belli ſedaretur, filium in carcere. 9 Callidi & providi. 10 Sc. quod fecit, filium occidendo. 11 Sc. patris opus.

## CAP. IX.

## QUI MODERATI ERGA ſuſpectos liberos.

1 L. Gallius Poplicola. 2 Q. Hortenſius orator. 3 Fulvius quidam. 4 Pater quidam.

[1] SEd ut hanc [2] incitatam & aſperam [3] ſeveritatem [4] mitiores relatu patrum mores [5] clementiæ ſuæ miſtura temperent, [6] exactæ pœnæ [7] conceſſa venia [8] jungatur.

1 L. Gellius, omnibus [9] honoribus [10] ad cenſuram defunctus, cùm [11] graviſſima crimina de filio, cum noverca commiſſum ſtuprum, & parricidium [12] cogitatum, propemodum [13] explorata haberet; non tamen ad vindictam

1 Brevis eſt præfatio in narrationem de moderatione parentum erga ſuſpectos liberos. Patrum, inquit, ſeveritas dura nimis & aſpera eſt aliquâ moderatione lenienda eorum, qui mites fuerunt. 2 Imperioſam. 3 Patrum. 4 Leniores & minùs aſperi. 5 Tranſlatio ſumpta ab aquâ, quæ validiori infuſa vino illud mitius reddit. 6 Nimis exquiſitæ. 7 A parentibus. 8 Id eſt, narretur poſt eam. 9 Magiſtratibus. 10 Ita ut nihil ei reſtaret expetendum præter cenſuram. 11 Graviſſimorum ſcelerum criminationes. 12 Animo conceptum. 13 Comperta.

pro-

procurrit continuo, ſed pene univerſo ſenatu adhibito in conſilium, expoſitis [1] ſuſpicionibus, defendendi ſe adoleſcenti poteſtatem fecit. [2] Inſpectaque diligentiſſime cauſa, [3] abſolvit eum de [4] concilii, tum etiam [5] ſententia ſua: Quòd ſi impetu iræ [6] abſtractus [7] ſævire feſtinaſſet, [8] admiſiſſet magis ſcelus, quam vindicaſſet.

2 Q. autem [9] Hortenſii, qui ſuis temporibus ornamentum Romanæ eloquentiæ fuit, admirabilis in filio patientia extitit. Cùm enim euſque impietatem [10] ejus ſuſpectam, & [11] nequitiam inviſam haberet, ut Meſſallam, ſuæ ſororis filium, hæredem habiturus, [12] ambitus [13] reum defendens, judicibus diceret. Si [14] illum damnaſſent, nihil ſibi præter oſculum [15] nepotum, in quibus acquieſceret, ſuperfuturum: Hæc ſcilicet ſententia, quam etiam [16] editæ orationi inſeruit, filium potiùs in [17] tormento animi, quàm in voluptatibus [18] reponens: tamen ne naturæ [19] ordinem [20] confunderet, non nepotes, ſed filium hæredem reliquit. Moderatè uſus affectibus ſuis: quia & vivus moribus [21] ejus verum [22] teſtimonium, & mortuus ſanguini honorem debitum reddidit.

3 [23] Idem fecit clari generis, magnæque dignitatis vir Fulvius, ſed in filio aliquantum [24] tetriore. Nam cùm auxilium ſenatus imploraſſet, ut [25] ſuſpectus [26] in parricidio, & ob

1 De ſcelere filii.
2 Conſideratâ, examinatâ.
3 Ab omni ſuſpicione & punitione tanquam innocentem.
4 Ferè univerſi Senatus.
5 Proprio conſilio.
6 Sc. L. Gellius abuſu rationis. Laudat hujus patris maturitatem, qui noluerit temerè in filium animadvertere, ſed cauſam priùs diligenter cognoſcere: nam ſi nimiâ irâ percitus filium occidiſſet, ſcelus potiùs commiſiſſet, quam ſuam injuriam vindicaſſet.
7 In filium.
8 Quia innocentem ob ſuſpicionem, licet vehementem, occidiſſet.
9 Fuit hic nobilis orator, & cum Q. Cæcilio Metello conſul.
10 Filii.

11 Libidinem ejus. 12 Petiti magiſtratus per largitionem aut alias malas artes crimine. 13 Meſſallam. 14 Meſſallam. 15 Liberorum filii. Quibus verbis innuebat, ſe non filium habere præter Meſſallam, quem hæredem ſuum fore jam animo conſtituerat. 16 A ſe. 17 Cruciatu. 18 Collocans. 19 Quo filii patribus ſuccedunt. 20 Exhæredando filium, & ſubſtituendo nepotes hæredes. 21 Filii ſui. 22 Teſtatus eos ſibi maximè diſplicere. 23 Quod Hortenſius fecerat. 24 Turpiore. 25 Filius. 26 Quod Fulvium patrem ſuum occidere pararet.

id [1] latens, per [2] triumvirum conquireretur. ac juſſu Patrum conſcriptorum [3] comprehenſus eſſet; non ſolum [4] eum non [5] notavit, ſed etiam [6] decedens, dominum [7] omnium eſſe voluit: Quem ſibi genuerat, hæredem inſtituens, [8] non quem expertus fuerat.

4 [9] Magnorum virorum clementibus [10] actis [11] ignoti patris novæ atque inuſitatæ rationis conſilium adjiciam: qui cùm à filio [12] necti ſibi inſidias comperiſſet, [13] nec inducere in animum poſſet, ut [14] verum ſanguinem ad hoc [15] ſceleris progreſſum crederet, [16] ſeductam uxorem ſuppliciter rogavit, ne ſe ulterius celaret, ſed diceret: ſive illum adoleſcentem [17] ſubjeciſſet, ſive ex alio concepiſſet: [18] Aſſeveratione deinde [19] ejus, & jurejurando, ſe nil tale debere ſuſpicari, perſuaſus; in [20] locum deſertum filio perducto, gladium, quem ſecum [21] occultum attulerat, tradidit, ac jugulum feriendum præbuit; nec veneno, nec latrone ei ad peragendum parricidium opus eſſe affirmans; Quo [22] facto non [23] paulatim, ſed magno impetu [24] recta cogitatio pectus juvenis [25] occupavit; continuoque abjecto gladio, Tu verò inquit, pater vive: & ſi tam [26] obſequens es, ut hoc præcari filio permittas, me quoque [27] exupera. Sed tantum quæſo, ne meus erga te amor eò ſit vilior, quòd à pœnitentia ori-

1 Occultans ſeſe.
2 Cujus erat, criminis convictos in carcerem trahere, & ſupplicium de eis ſumere.
3 Captus.
4 Filium.
5 Fulvius ſc. infamiâ.
6 Moriens, id eſt, poſteà cum moreretur.
7 Sc. rerum ſuarum.
8 Non habendo reſpectum, quòd eum expertus fuerat in ſe parricidium paraſſe.
9 Poſt illuſtrium virorum exempla, dicit ſe de patre quodam dicturum, cujus nomen propter ignobilitatem ad poſteros non pervenit, qui incredibili manſuetudine & moderatione in filium uſus eſt.
10 In filios.
11 Ignobilis, cujus nomen ignoratur.
12 Strui. 13 Et non poſſet ſibi perſuadere. 14 Filium verè à ſe genitum. 15 In patrem, ſi verus eſſet. 16 Seorſum, id eſt, in locum ſecretum ductam. 17 Inventitium pro vero ſibi ſub oculos jeciſſet. 18 Perſeveranti affirmatione. 19 Uxoris. 20 Solitudinem. 21 Abſconditum ſub veſte. 22 Patris. 23 Succeſſivè. 24 Juſta exiſtimatio de pietate patri debitâ. 25 Invaſit. 26 Sequens votum filii. 27 In vitâ, id eſt, vive diutiùs, quam ego victurus ſum.

tur. [1] O [2] ſolitudinem [3] ſanguine meliorem, pacatioreſque [4] penatibus ſilvas, & [5] alimentis [6] blandius ferrum, ac [7] mortis [8] oblatæ, quam datæ vitæ, [9] felicius beneficium!

1 Oſtendit rem admonitione dignam, ut, quem non ſanguis, non penates, non alimenta à parricidio deterrere potuerant, ſolitudo ſylvæ & ferrum ſubitò revocarint. 2 Locum deſertum, in quem filium deduxerat. 3 Naturali inclinatione: quia qui priùs per naturam patrem non obſervavit, nunc propter ea, quæ in ſolitudine acciderunt, eum amare incipit. 4 Paternis. 5 A patre benignè præbitis. 6 Gladium efficaciorem ad conciliandam benevolentiam. 7 Paternæ. 8 Filio ſc. porrigendo jugulum. 9 Meliorem exitum ſortitum.

## CAP. X.

## QUI FILIORUM OBITUM forti animo tulerunt.

| ROMANI. | EXTERNI. |
|---|---|
| 1 M. Horatius Pulvillus *Cos.* | 1 Pericles Athenienſis. |
| 2 L. Æmilius Paulus *Procos.* | 2 Xenophon. |
| 3 Q. Marcius Rex. *Cos.* | 3 Anaxagoras. |

Commemoratis patribus, qui injurias filiorum patienter exceperunt, referamus eos, qui mortes æquo animo tolerarunt.

1 Horatius Pulvillus, cùm in [1] Capitolio Jovi [2] Opt. Max. ædem pontifex dedicaret, interque [3] nuncupationem ſolemnium [4] verborum [5] poſtem tenens, mortuum eſſe filium ſuum [6] audiſſet: neque manum à poſte removit, ne tanti templi dedicationem interrumperet: neque vultum [7] à publica religione ad privatum [8] dolorem deflexit; ne patris magis, quam pontificis, [9] partes egiſſe videretur. Tolle, inquit, cadaver.

1 Arce Tarpejâ. 2 Summo Deorum bonorum. 3 Prolationem. 4 Ad conſecrationem pertinentium, & quæ mutare nefas erat. 5 Ligneam partem ædis. 6 Hanc vocem ab amicis Publicolæ jactatam ferunt, ut Horatium à dedicando templo averterent, quia ægrè ferebant ei ſortem obtigiſſe dedicandæ ædis. 7 Quæ exigebat, ut vultum haberet cum gravitate hilarem in re tam feſtivâ. 8 De morte filii. 9 Officia.

2 Clarum

2 Clarum exemplum: nec minus tamen illuſtre quod ſequitur. Æmilius Paulus, [1] nunc [2] feliciſſimi, [3] nunc [4] miſerrimi patris [5] clariſſima repræſentatio, ex quatuor filiis formæ inſignis, egregiæ indolis, duos jure adoptionis in Corneliam, Fabiamque gentem tranſlatos, ſibi [6] ipſe denegavit: duos ei [7] fortuna abſtulit. [8] Quorum alter triumphum patris [9] funere ſuo [10] quartum ante diem præceſſit: alter in triumphali [11] curru conſpectus, [12] poſt diem tertium expiravit. Itaque qui ad [13] donandos uſque liberos [14] abundaverat, in [15] orbitate ſubito [16] deſtitutus eſt. Quem [17] caſum quo robore animi ſuſtinuerit, oratione, quam de rebus à ſe geſtis apud populum habuit, [18] hanc adjiciendo clauſulam, nulli ambiguum reliquit: Cùm in maximo [19] proventu felicitatis noſtræ, Quirites, timerem, ne quid mali fortuna moliretur; [20] Jovem Opt. Max. Junonemque reginam, & Minervam precatus ſum, ut ſi adverſi quid populo Romano immineret, totum in meam domum converteretur. Quapropter bene ſe res habet: [21] annuendo enim votis meis id [22] egerunt, ut vos potius [23] meum caſum doleatis, quam ego [24] veſtro ingemiſcerem.

3 Uno [25] etiam nunc domeſtico exemplo [26] adjecto, in [27] alienis luctibus orationi meæ vagari permittam. Q. Marcius [28] Rex ſuperior, Catonis in conſulatu collega, filium ſummæ [29] pietatis & [30] magnæ ſpei, [31] & quæ non

1 Uno tempore.
2 Turbâ filiorum, quos quatuor habebat.
3 Paulò poſt.
4 Illorum orbitate, quos intrà breviſſimum tempus amiſit.
5 Evidentiſſimum ſpeculum.
6 Suâ ſponte.
7 Mors inopina.
8 Duorum filiorum, quos ei fortuna abſtulit.
9 Pompâ funebri, ſibi, dùm ad rogum aut ſepulturam efferretur, inſtructo.
10 Id eſt, quarto die, antequam pater triumpharet, elatus eſt.
11 Patris ſc.
12 Tertio die poſt triumphum patris.
13 Quia duos in alienam familiam per adoptionem dederat.
14 Liberis.
15 Privatione liberorum.
16 Derelictus eſt à filiis.
17 Orbitatis.
18 Claudendo orationem his verbis: nam clauſula eſt finis orationis. 19 Succeſſu: nam provinciam totam Macedoniam conſilio, & armis ſubegerat, regem Perſem ceperat, & in triumphum duxerat. 20 Quia tres in Capitolio colebantur, & magni Dii habebantur. 21 Conſentiendo. 22 Dii 23 Orbitatem meam. 24 Caſui ſc. 25 Adhùc. 26 Superioribus ſc. antè externa. 27 Externarum gentium funeribus. 28 Quòd ſacrificulorum rex eſſet. 29 In patrem. 30 Futuræ virtutis. 31 Et quæ res fuit magna additio & augmentatio miſeriæ.

parva calamitatis acceſſio fuit, unicum amiſit. Cùmque ſe obitu ejus ſubrutum, & everſum videret; ita dolorem altitudine conſilii coërcuit, ut [1] à rogo juvenis protinus Curiam peteret: ſenatumque, quem eo die lege habere oportebat, [2] evocaret. [3] Quod niſi fortiter mœrorem ferre ſciſſet, [4] unius diei lucem inter [5] calamitoſum patrem, & [6] ſtrenuum conſulem, [7] neutra in parte ceſſante officio, [8] partiri non potuiſſet.

## EXTERNA.

1 Princeps Athenienſium Pericles intra [9] quatriduum duobus [10] mirificis adoleſcentibus filiis ſpoliatus; [11] iis ipſis diebus & vultu [12] priſtinum habitum retinente, & oratione nulla ex parte [13] infractiore [14] concionatus eſt. [15] Ille verò caput quoque ſolito more coronatum gerere [16] ſuſtinuit, ut nihil ex vetere ritu propter domeſticum vulnus [17] detraheret. Non ſine cauſa igitur tanti roboris animus [18] ad Olympii Jovis cognomen aſcendit.

2 Xenophon autem, quod ad [19] Socraticam diſciplinam attinet, [20] proximus à Platone felicis ac beatæ facundiæ gradus, cùm ſolenne ſacrificium [21] perageret, è duobus filiis majorem natu nomine Gryllum, apud Mantineam in prœlio cecidiſſe cognovit: nec

1 Quo filii cadaver urendum curaverat.
2 E domibus privatis expreſsâ voce in curiam vocaret.
3 Non potuiſſet unum diem & filio & Reip. communicare, niſi didiciſſet fortiter ferre dolorem.
4 Diem, quo filii funus peregerat.
5 Proſequendo funus filii.
6 Diem, quo conſulis partes exequeretur. *Strenum* dicit, ſc. vocando Senatum in curiam.
7 Licet utrumque non feciſſet uno die.
8 Dividere, aut diſtinguere.
9 Spatium quatuor dierum.
10 Mirâ naturæ induſtriâ & Dei dono factis.
11 Quibus illa ſpoliabatur.

12 Priſtinam diſpoſitionem. 13 Debiliùs prolatâ. 14 Sermonem habuit ad populum. 15 Emphaticè, q. d. talia paſſus. 16 Potuit. 17 Diminueret. 18 Ita ut *Jupiter Olympius* vulgò diceretur. Res enim maximas geſſit, & humanos caſus virtute inferiores duxit. 19 Cujus præcipuus imitator Plato, proximus Xenophon. 20 Secundus poſt Platonem. Conſtat enim in Socraticâ diſciplinâ primum locum obtinuiſſe Platonem, ſecundum verò Xenophontem. Plato eloquentiâ ſuperior, Xenophon gravitate melior. 21 Athenis ſc.

[1] ideo [2] inſtitutum Deorum cultum omittendum putavit, ſed tantummodo [3] coronam deponere contentus fuit. [4] Quam ipſam, percunctatus quonam modo occidiſſet, ut audivit fortiſſime [5] pugnantem interiiſſe, [6] capiti repoſuit; numina, quibus ſacrificabat, [7] teſtatus, majorem ſe ex [8] virtute [9] filii voluptatem, quam ex [10] morte [11] amaritudinem ſentire. [12] Alius removiſſet [13] hoſtiam, abjeciſſet [14] altaria, lacrymis reſperſa thura disjeciſſet; Xenophontis corpus [15] religioni immobile ſtetit, & animus in conſilio prudentiæ ſtabilis manſit: Nam [16] dolori ſuccumbere, [17] ipſa clade, quæ nunciata erat, [18] triſtius duxit.

3 Nec [19] Anaxagoras quidem [20] ſupprimendus eſt. Audita namque morte filii, Nihil, inquit, mihi [21] inexpectatum aut novum nuntias: ego enim illum ex [22] me natum ſciebam eſſe mortalem. [23] Has voces utiliſſimis præceptis [24] imbuta virtus [25] mittit: quas ſiquis [26] efficaciter auribus perceperit, non ignorabit ita liberos eſſe procreandos, ut meminerit, [27] his à [28] rerum natura, & accipiendi [29] ſpiritus, & reddendi, [30] eodem momento temporis legem dici: atque ut mori neminem ſolere, qui non vixerit, ita nec vivere aliquem quidem poſſe, [31] qui non ſit moriturus.

1 Propter mortem filii.
2 Inceptum.
3 Quâ coronatus ſacra obibat.
4 Coronam.
5 Filium.
6 In caput ſuum.
7 In teſtimonium veritatis invocans.
8 Fortitudine.
9 Qui ita ceciderat.
10 Ejus.
11 Doloris.
12 Mortem filii cognoſcens.
13 Diis offerendam.
14 Ornatum eorum.
15 A religione non motum.
16 A dolore vinci.
17 Quam eſſet ipſa clades, ſc. filii.
18 Pejus & magis dolendum.
19 Hic Hegeſibulo patre natus eſt, Anaximenis auditor, Philoſophus ſuo tempore inclytus.
20 Suppreſſâ voce aut ſtilo tacendus, aut prætereundus.
21 Quod non exſpectaveram priùs.
22 Viro mortali.
23 Quales viri prudentes, jam dicti, emiſerunt.
24 A teneris annis inſtituta.
25 Emittit.
26 Cum efficacia.
27 Liberis.
28 Sc. parente.
29 Vitalis.
30 Quia eodem momento, quo vivere incipiunt, deſinere vivere poſſent.
31 Nam ſtatutum eſt omnibus ſemel mori.

VALE-

# VALERII MAXIMI

## LIBER SEXTUS.

### CAP. I.

### DE PUDICITIA.


QUAM COLUERE ROMANI.

1 Lucretia Sp. F. L. Collatini.
2 L. Virginius.
3 Pontius Aufidianus eq. Rom.
4 P. Mænius.
5 Q. Fabius Max. Servilianus.
6 P. Atilius Philiſcus.
7 M. Claudius Marcellus ædilis curulis.
8 Q. Metell. Celer. trib. pleb.
9 T. Veturius T. F. Calvinus.
10 C. Peſcennius Triumvir capitalis.
11 Cominius trib. plebis.
12 C. Marius *Coſ. II.*
13 Privati qui adulteria deprehenſa vindicarunt.

EXTERNI.

1 Hippo fœmina Græca.
2 Chiomara Orgiagontis reguli.
3 Teutonorum uxores.


1 VNdè te virorum pariter ac fœminarum præcipuum ² firmamentum Pudicitia evocem? Tu enim ³ priſca religione conſecratos ⁴ Veſtæ focos incolis. ⁵ Tu Capitolinæ Junonis pulvinaribus incubas. Tu palatii columen, ⁶ auguſtos penates, ſanctiſſimumq; ⁷ Juliæ ⁸ ge-

1 E quo ſacello. In hujus libri ſexti procemio de Pudicitiâ locuturus, eam more ſuo extollit laudatque. 2 Corroboramentum ad fugam vitiorum, & complexum virtutum: pudicitia enim confirmat decus virorum ac fœminarum. 3 Prioris ſæculi: quia ab Aſcanio morem ſervandi ignis æterni accepêre Romani: nam Veſtales perpetuam virginitatem ſervabant. 4 Deæ ſc. 5 Matrimonium ſervas incolume. Nam Juno dicebatur præeſſe conjugiis. Virg. *Junoni antè omnes, cui vincla jugalia curæ.* 6 Augurio conſecratos, utpote Imperatorum Romanorum. 7 Auguſti Cæſaris filiæ, & uxoris Tiberii. 8 Quo liberis generandis opera datur. *Al. Juliæ gentis genialem thorum.* Impudentiſſimè enim adularetur alioqui Valerius, cùm Julia, Auguſti filia, libidine atque adulteriis toto orbe terrarum fuerit infamis.

nialem thorum aſſidua ſtatione celebras: Tuo præſidio puerilis ætatis inſignia munita ſunt. Tui numinis reſpectu [1] ſincerus juventæ flos permanet. Te cuſtode [2] matronalis ſtola [3] cenſetur. [4] Ades igitur, & [5] cognoſce quæ fieri ipſa voluiſti.

1 [6] Dux Romanæ pudicitiæ Lucretia, cujus virilis animus, [7] maligno errore fortunæ, muliebre corpus ſortitus eſt, à Sex. Tarquinio, regis Superbi filio, per vim ſtuprum pati coacta, cùm graviſſimis verbis injuriam [8] ſuam in conſilio [9] neceſſariorum deploraſſet; [10] ferro ſe, quod veſte tectum attulerat, interemit. Cauſamque tam animoſo interitu imperium conſulare pro regio [11] permutandi, populo Rom. præbuit.

2 Atque hanc illatam injuriam non tulit Virginius plebeii generis, ſed [12] patricii vir ſpiritus, ne [13] probro contaminaretur domus ſua, [14] proprio ſanguini non pepercit. Nam cum Ap. Claudius decemvir, filiæ ejus virginis ſtuprum, [15] poteſtatis viribus [16] fretus, [17] pertinaciùs expeteret, deductam in forum puellam occîdit, [18] pudicæque interemptor, quam [19] corruptæ pater eſſe maluit.

3 [20] Nec alio robore animi præditus fuit Pontius Aufidianus, eques Rom. qui poſtquam comperit filiæ ſuæ virginitatem à [21] pædagogo [22] proditam Fannio Saturnino, non con-

1 Integer & inviolatus.
2 Matrisfamilias veſtis uſque ad imos pedes demiſſa.
3 Sc. digna, quæ pudicis tribuatur.
4 O pudicitia.
5 Per ſequentia exempla.
6 Aut quia prima fuit, cujus pudicitia explorata eſt, cùm antè Conſules fuerit, aut quia præcipua fuit.
7 Videretur erraſſe fortuna, quæ tam virilem animum fœmineo corpori incluſerit. Q. d. ſi ei fortè virile corpus contigiſſet, multò majora facturus fuiſſet.
8 Sibi illatam.
9 Viri Collatini, patris Tricipitini, Publii Valerii, & Junii Bruti.
10 De hoc Lucretiæ facto ſic Auguſtinus diſputat: *Si adultera, cur laudatur? Si pudica, cur occiditur?*
11 Quia propter hujus ſtuprum exacti ſunt reges, annui magiſtratus, & conſulare imperium factum, mutatuſque eſt Reip. ſtatus. 12 Patritio ſanguine digni animi. 13 Dedecore ſtupri illati filiæ ab Appio Claudio. 14 Quia cultro lanii, id eſt, carnificis Virginiam filiam interfecit. 15 Decemviratus. 16 Confiſus. 17 Quia primum precibus, & pollicitis, deinde minis, & demum fraude graſſatus eſt. 18 Filiæ. 19 Stupratæ. 20 Eodem, quo Virginius. 21 Ejus ductore in ludum literarium. 22 Vulgatam.

tentus

tentus [1] ſceleratum ſervum affeciſſe ſupplicio, etiam ipſam puellam necavit. Itaque ne turpes ejus [2] nuptias celebraret, acerbas exequias duxit.

4 Quid P. [3] Mænius? quam ſeverum pudicitiæ cuſtodem egit! In libertum namque gratum admodum ſibi [4] animadvertit, quia eum nubilis jam ætatis filiæ ſuæ oſculum dediſſe cognoverat, cùm præſertim non [5] libidine, ſed [6] errore [7] lapſus videri poſſet. Ceterùm amaritudine [8] pœnæ, teneris adhuc puellæ ſenſibus, caſtitatis diſciplinam ingenerari magni æſtimavit. [9] Eique tam [10] triſti exemplo præcepit, ut non ſolum virginitatem [11] illibatam, ſed etiam oſcula ad virum [12] ſincera perferret.

5 Q. verò Fabius Maximus Servilianus [13] honoribus, quos [14] ſplendidiſſimè geſſit, cenſuræ gravitate [15] conſummatis, exegit à filio unico pœnas [16] dubiæ caſtitatis: Is eas [17] pependit, [18] voluntario ſeceſſu conſpectum patris vitando.

6 Dicerem [19] cenſorium virum nimis acerbum extitiſſe, niſi P. Atilium Philiſcum in pueritia corpore quæſtum à [20] domino facere coactum, tam ſeverum [21] poſtea patrem cernerem. Filiam enim ſuam, quòd ea ſe ſtupri crimine coinquinaverat, interemit. [22] Quam ſanctam igitur in civitate noſtra pudicitiam fuiſſe exiſtimare debemus, in qua etiam [23] inſtitores libidinis, tam ſeveros ejus vindices evaſiſſe animadvertimus?

7 Sequitur [24] excellentis nominis, ac [25] memorabilis facti exemplum. M. Claudius

1 Perfidum illum pædagogum, qui filiam vitiaverat.
2 Cum corruptore: quia potuiſſet Saturninum cogere, quam vitiarat, ducere.
3 Sc. *egit*.
4 Morte punivit.
5 Quia caſta poſſunt eſſe oſcula.
6 Malæ conſuetudinis.
7 Peccaſſe: putando etiam nubilem poſſe oſculari, quam parvulam oſculatus fuerat.
8 Capitalis.
9 Filiæ ſuæ.
10 Severo.
11 Intactam.
12 Pura, aut incorrupta.
13 Magiſtratibus.
14 Cum ſummâ laude & gloriâ.
15 Completis & emeritis: nam omnibus honoribus perfunctus fuerat.
16 Quia rumor erat, eum amiſiſſe pudicitiam.
17 Perſolvit.
18 Exilio ſponte aſſumpto.
19 Fabium Maximum Servilianum.
20 Lenone.
21 Quam libertate donatus fuerat.
22 Intendit argumentum: Si miniſtri libidinis, inquit, tam ſeveri violatæ pudicitiæ extiterunt, quales cæteros fuiſſe exiſtimabimus?
23 Negotiatores libidinis, & quæſtum ex eâ facere ſolitos, ut fecerat Philiſcus.
24 Quia in magnum virum animadverſum eſt.
25 Digni memoriâ.

Marcellus ædilis curulis C. Scantinio Capitolino trib. pl. diem [1] ad populum dixit, quod filium ſuum de [2] ſtupro [3] appellaſſet: [4] Eoque aſſeverante ſe cogi non poſſe ut [5] adeſſet, quia [6] ſacroſanctam poteſtatem haberet, & ob id [7] tribunitium auxilium implorante; totum collegium tribunorum negavit ſe intercedere, [8] quò minùs pudicitiæ quæſtio perageretur. Citatus itaque Scantinius [9] reus, [10] uno teſte, qui tentatus erat, damnatus eſt. Conſtat, juvenem productum in [11] Roſtra, defixo in terram vultu perſeveranter tacuiſſe, [12] verecundoque ſilentio plurimùm in [13] ultionem ſuam valuiſſe.

8 Metellus quoque Celer [14] ſtuproſæ mentis acer punitor extitit, Cn. Sergio Silo [15] promiſſorum matrifamiliæ nummorum gratia diem ad populum dicendo, eumque hoc uno crimine damnando: Non enim factum tunc, ſed animus in [16] quæſtionem adductus eſt: pluſque [17] voluiſſe peccare nocuit, quam [18] non peccaſſe profuit.

9 [19] Concionis [20] hæc, [21] illa [22] Curiæ gravitas. T. Veturius, filius ejus Veturii, qui [23] in conſulatu ſuo Samnitibus, ob [24] turpiter ictum fœdus, [25] deditus fuerat: cùm propter [26] domeſticam ruinam, & [27] grave æs alienum C. Plotio [28] nexum ſe dare admodum adoleſcentulus coactus eſſet: [29] ſervilibus ab [30] eo verberibus, quia ſtuprum pati noluerat, affe-

1 Ut ſe purgaret, ſi poſſet, coram populo.
2 Illi inferendo.
3 Sollicitaſſet.
4 Scantinio.
5 Ad cauſæ dictionem.
6 Tribunitiam poteſtatem: quæ *ſacroſancta* ideò dicebatur, quia lex erat, qui Tribunum violaſſet, ejus caput ſacrum foret.
7 A contribunis ſuis præſidium.
8 Ut de pudicitiâ violatâ aut ſollicitatâ inquiſitio non uſque ad ſententiam ultimam ageretur.
9 Defenſurus ſe.
10 Puero ipſo Marcelli filio.
11 Ubi verba ad populum haberi ſolebant.
12 Quia, qui tacet, conſentire videtur.
13 Quam pater de ſe fecit.
14 Libidinoſæ ac ſtupri inferendi plenæ voluntatis. 15 A ſe. 16 Inquiſitionem atque examen. Videbant enim illi non defuiſſe voluntatem, ſed facultatem. 17 Promittendo ſc. nummos. 18 Actu ipſo. 19 Totius populi, ad quem ſuperioribus dies dictus fuit. 20 Gravitas jam dicta ſc. fuit. 21 Quæ ſequitur. 22 Ipſius Senatus. 23 Cùm eſſet conſul. 24 Cum ſummâ ignominiâ exercitus Romani, ad furcas Caudinas ſub jugum miſſi. 25 In poteſtatem datus. 26 Quia res familiaris perierat. 27 Debitum contractum ex ære alieno. 28 In vincula, ut in compedibus opus faceret ipſi creditori. 29 Servo dignis, aut inferri ſolitis. 30 C. Plotio.

ctus

ctus querelam ad conſules detulit. A quibus [1] hac de re certior factus ſenatus, Plotium in carcerem duci juſſit. In qualicunque enim [2] ſtatu poſitam Romano ſanguini pudicitiam tutam eſſe voluit.

10 Et quid mirum, ſi [3] hoc univerſi P. C. cenſuerunt? C. Peſcennius triumvir Capitalis Cornelium fortiſſime militiæ [4] ſtipendia [5] emeritum, virtutiſque [6] nomine quater honore [7] primipili ab imperatoribus donatum; quòd cum ingenuo adoleſcentulo ſtupri [8] commercium habuiſſet, publicis vinculis oneravit: A [9] quo [10] appellati tribuni, [11] cùm de ſtupro nihil negaret, ſed [12] ſponſionem ſe facere paratum diceret, quòd adoleſcens ille palam atque apertè corpore [13] quæſtum factitaſſet, [14] interceſſionem ſuam interponere noluerunt. Itaque Cornelius in carcere mori coactus eſt. Non putarunt tribuni pleb. remp. noſtram cum [15] fortibus viris [16] paciſci oportere, ut [17] externis periculis [18] domeſticas delicias emerent.

11 [19] Libidinoſi centurionis ſupplicium, M. Lætorii Mergi tribuni militaris, æque fædus exitus ſequitur: [20] Cui Cominius trib. pleb. diem ad populum dixit, quòd [21] cornicularium ſuum ſtupri cauſâ [22] appellaſſet. Nec [23] ſuſtinuit [24] ejus rei ſententiam Lætorius, ſed ſe ipſe ante judicii tempus fuga prius ſubtraxit, deinde etiam morte punivit Naturæ. [25] mo-

1 De turpi ſævitiâ C. Plotii.
2 Q. d. etiam in compedibus habito.
3 Pudicitiam Romanam in quocunque ſtatu debere eſſe tutam.
4 Æra.
5 Uſque ad remiſſionem meritum.
6 Ratione & titulo.
7 Anteſignani: aut qui primum pilum ferret.
8 Conſuetudinem aut conventionem, & pactum.
9 Cornelio.
10 Contra Triumviri violentiam, ne paterentur civem Romanum in vincula conjici.
11 Cùm fateretur ſe ſtuprum commiſiſſe.
12 Cautionem ad omne damnum reponendum, ſi in probatione defecerit.
13 Lucrum turpe.
14 Tribuni noluerunt ejus incarcerationem impedire auctoritate ſuâ.
15 Qualis erat Cornelius iſte.
16 Factum facere.
17 Quæ obirent, dùm in bello eſſent.
18 Turpem voluptatem ac libidinem cum ingenuis, dùm domi eſſent, id eſt, ut pro rebus benè geſtis concederet domi turpiter vivere.
19 C. Cornelii in carcere exſtincti.
20 M. Lætorio.
21 Commentarienſem militem, id eſt, qui comminiſcebatur ſeu fingebat aliquid, quia tanquam miniſter erat: *cornicularius* autem dicebatur, quòd unà cum ſuis decurionibus in cornibus acierum ſtatuebatur.
22 Sollicitaſſet.
23 Potuit exſpectare.
24 Litis aut accuſationis.
25 Menſuram, id eſt, quantum per naturam in eum ſæviri permittebatur, quia uſque ad mortem.

dum expleverat: [1] fato tamen [1] functus, univerſæ plebis ſententia crimine impudicitiæ damnatus eſt: Signa illum militaria, [2] ſacratæ aquilæ, & certiſſima Romani imperii cuſtos ſevera [3] caſtrorum diſciplina, uſque ad inferos perſecuta eſt. Quoniam [4] cujus [5] magiſter eſſe debuerat, ſanctitatis corruptor tentabat exiſtere.

12 [6] Hoc movit C. Marium Imperatorem, tùm cùm C. Luſcium ſororis ſuæ filium tribunum militum à C. Plotio [7] manipulario milite jure cæſum pronunciavit, quia eum de ſtupro [8] compellare auſus fuerat.

13 [9] Sed ut eos quoque, qui in [10] vindicanda pudicitia [11] dolore ſuo [12] pro publica lege uſi ſunt, [13] ſtrictim percurram: Sempronius Muſca C. Gallium deprehenſum in [14] adulterio flagellis cecîdit: C. Memmius L. Octavium ſimiliter [15] deprehenſum [16] nervis contudit: Carbo Accienus à Vibieno, item Pontius à P. Cernio [17] deprehenſi caſtrati ſunt. Cn. etiam Furium Brochum quidam [18] deprehendit, & [19] familiæ ſtuprandum objecit: [20] Quibus iræ ſuæ indulſiſſe, [21] fraudi non fuit.

## EXTERNA.

1 Atque ut [22] domeſticis externa ſubnectam Græca fœmina, nomine Hippo, cùm hoſtium claſſe eſſet [23] excepta, in mare ſe, ut morte pudicitiam [24] tueretur, abjecit: Cujus corpus [25] Erechteo littori appulſum, proxima undis humo ſepulturæ mandatum, ad hoc tempus tumulus contegit: Sanctitatis verò gloriam [26] æternæ traditam memoriæ, Græcia

1 Mortuus.
2 Jovi.
3 In caſtris exerceri ſolita
4 Se cornicularii ſui.
5 Doctor verbo & exemplo.
6 Exemplum ſeveræ ultionis in impudicum
7 Qui ſub eodem manipulo cum aliis militabat.
8 Sollicitare.
9 Nonnullos obiter tangit, qui irâ perciti ſuo dolore uſi ſunt pro lege.
10 Ulciſcendo eos, qui pudicitiam violaverint.
11 Vehementi telo.
12 Loco legis publicæ.
13 Paucis verbis
14 Cum uxore Sempronii.
15 In adulterio.
16 Loris.
17 In adulterio
18 In adulterio uxoris.
19 Hic ſcelus ſcelere vindicavit.
20 Qui deprehenſos propriâ auctoritate punierunt.
21 Damno, aut pœnæ. 22 Romanis exemplis. 23 Capta. 24 Servaret. 25 Ad Erechteum littus. 26 Quia in hiſtoriis celebratur.

laudibus ſuis celebrando, quotidie florentiorem effecit.

2 [1] Vehementius hoc, illud [2] conſideratius exemplum pudicitiæ. Exercitu & copiis [3] Gallogræcorum à Cn. Manlio conſule in Olympo monte ex parte deletis, ex parte captis, Oriagontis [4] reguli uxor miræ pulchritudinis, à centurione, cui cuſtodienda tradita erat, ſtuprum pati coacta. Poſtquam ventum eſt [5] in eum locum, in quem conſulis juſſu centurio, miſſo nuntio, [6] neceſſarios mulieris pretium, quo eam redimerent, afferre juſſerat: Aurum [7] expendente centurione, & in ejus pondus animo occuliſque intento, Gallogræcis lingua gentis ſuæ [8] imperavit, ut [9] eum occiderent. [10] Interfecti deinde caput [11] abſciſſum manibus retinens ad [12] conjugem venit; abjectoque ante pedes ejus, & [13] injuriæ & [14] ultionis ſuæ ordinem expoſuit. [15] Hujus fœminæ quid aliud quiſquam, quam corpus in poteſtatem hoſtium veniſſe dicat? Nam neque animus vinci, nec pudicitia capi potuit.

3 [16] Teutonorum verò conjuges Marium victorem orarunt, ut ab eo virginibus Veſtalibus dono mitterentur, affirmantes æque ſe, atque illas virilis concubitus expertes futuras. Eaque re non impetrata, laqueis ſibi nocte proxima [17] ſpiritum eripuerunt. Dii [18] melius, quòd [19] hunc animum viris earum in acie non dederunt. Nam ſi mulierum ſuarum virtutem imitari voluiſſent, [20] incerta Teutonicæ victoriæ trophæa reddidiſſent.

1 Quia ſequentis exempli mulier mori noluit.
2 Temperatiore animo factum: quia exſpectavit occaſionem vindictæ.
3 Illorum populorum è Gallis ortorum, & in Græciæ parte regnantium.
4 Gallogræcorum.
5 Locus deputatus fuerat, quò ejus neceſſarii ad redimendam eam venirent.
6 Proximos ſanguine mulieris.
7 Pendendo exquirente.
8 Mulier.
9 Centurionem.
10 Centurionis.
11 A Gallogræcis.
12 Maritum ſuum.
13 Quam paſſa fuerat.
14 Quam in Centurionem fecerat.
15 Si quis diligenter inſpexerit, quanto animi robore ulta ſit pudicitiam ſuam Oriagontis uxor, facilè intelliget corpus, non animum capi, nec pudicitiam violari potuiſſe.
16 Interfectorum à Mario.
17 Anhelitum.
18 Benignius cum Romano imperio fecerunt.
19 Tam fortem.
20 Dubia.

## CAP. II.

# QUÆ LIBERE DICTA AUT FACTA.

### A ROMANIS.

1 Legato Privernatium.
2 L. Marcio Philippo *Coſ.*
3 Scipione Æmiliano.
4 Cn. Calpurnio Piſone.
5 M. Catone Uticenſi.
6 Cn. Lentulo Marcellino *Coſ.*
7 M. Favonio.
8 Helvio Mancia Formiano.
9 Diphilo Tragædo.
10 M. Caſtricio Placentino.
11 Ser. Sulpicio Galba.
12 A. Cæſellio juriſcons.

### AB EXTERNIS.

1 Machæra Macedonica muliere.
2 Syracuſana quadam.
3 Theodoro Cyrenæo.

1 Libertatem autem 2 vehementis ſpiritus dictis pariter ac factis 3 teſtatam, ut non invitaverim; ita ultro venientem non 4 excluſerim. 5 Quæ 6 inter virtutem 7 vitiumque poſita, ſi ſalubri modo ſe temperaverit, laudem: ſi quo non debuit, profuderit, repræhenſionem meretur. Atque vulgi ſic auribus gratior, quàm ſapientiſſimi cujuſque animo 8 probabilior eſt. Utpote frequentius 9 aliena venia, quam ſua providentia tuta. Sed quia humanæ vitæ 10 partes perſequi propoſitum eſt; noſtra 11 fide, 12 propria æſtimatione referatur.

I 13 Priverno 14 capto, interfectiſque qui id oppidum ad rebellandum incitaverant: ſe-

1 Dicturus de libertate loquendi & agendi, dicit eam non eſſe affectandam, ſed ſi ſe nobis obtulerit, non eſſe reſpuendam.
2 Quia libertas dicendi à vehementi & magno animo proficiſcitur.
3 Teſtificatam.
4 Ab hoc opere.
5 Libertas.
6 Si moderata fuerit.
7 Si nimia fuerit.

8 Probata, id eſt, plus gratiæ habet hujuſmodi libertas in animo vulgi, quam approbationis in animo ſapientis: nam periculosè ſæpè fit, & iram potius, quam pacem, conciliat, licet interdum eâ feliciter quidam uſi ſint. 9 Eorum, in quos dicta aut facta ſunt nimis liberè. 10 Mores. 11 Fidelitate in vera dicendo: quia hiſtorici proprium eſt fideliter omnia narrare. 12 Ut, ſicut eſt, ita æſtimemus, ſc an laudabilis, an verò vituperabilis debeat dici. 13 Oppido in Latio. 14 A C. Plautio.

natus

natus indignatione accenſus [1] conſilium agitabat, quidnam ſibi de reliquis quoque Privernatibus faciendum eſſet. [2] Ancipiti igitur [2] caſu ſalus eorum fluctuabat, eodem tempore & victoribus & iratis ſubjecta. Ceterùm cùm auxilium unicum in precibus reſtare [3] animadverterent, [4] ingeniti Italici ſanguinis obliviſci non potuerunt. Princeps enim eorum in [5] Curia interrogatus, quam pœnam [6] mererentur, reſpondit: Quam merentur, qui ſe dignos libertate judicant. Verbis [7] arma ſumpſerat: exaſperatoſque Patrum conſcript. animos [8] inflammaverat. Sed Plautius conſul favens Privernatium cauſæ, [9] regreſſum [10] animoſo ejus dicto obtulit; quæſivitque, qualem cum [11] eis Romani pacem habituri eſſent, [12] impunitate donata. At [13] is conſtantiſſimo vultu, Si bonam dederitis, inquit, [14] perpetuam: ſi malam, non diuturnam. [15] Qua voce perfectum eſt, ut victis non ſolùm venia, ſed etiam jus & beneficium noſtræ civitatis daretur.

2 Sic in ſenatu [16] Privernas loqui auſus eſt. L. verò Philippus conſul adverſus eundem [17] ordinem [18] libertatem exercere non dubitavit. Nam ſegnitiem [19] pro Roſtris exprobrans, alio ſibi ſenatu opus eſſe dixit: tantumque à pœnitentia dicti abſuit, ut etiam L. Craſſo ſummæ dignitatis & eloquentiæ viro, id in Curia graviter ferenti, manum injici juberet. [20] Ille [21] rejecto lictore, [22] Non es, inquit, mihi Philippe conſul, quia nec ego quidem tibi ſenator ſum.

1 Conſultabat.
2 Dubiâ fortunâ, quia alii perdendos, alii ſervandos judicabant, & quia Romani victores illis erant infenſi.
3 Conſiderarent ſc. Privernates.
4 Non potuerunt, quin, ut ingenuos decet, liberè loquerentur, etiamſi moriendum eſſet.
5 Senatu.
6 Privernates ſc. ob defectionem.
7 Ad defendendam libertatem. Hoc dicit, ut majorem oſtendat illorum fuiſſe libertatem.
8 Ad iram.
9 Revocationem, emendationem per ſecundum reſponſum.
10 E nimis libero animo profectæ ejus reſponſioni.
11 Privernatibus.
12 Si remiſerit Senatus eis culpam.
13 Princeps Privernatum. 14 Sc habituri eſtis pacem. 15 Tam liberâ. 16 Princeps Privernatum. 17 Senatorium, 18 Loquendi. 19 Antè roſtra, id eſt, in publicâ concione. 20 L. Craſſus. 21 Repulſo miniſtro conſulis, miſſo ad eum conjiciendum in vincula. 22 Non debeo tibi parêre ut conſuli meo: quia non honoras me ut Senatorem.

3 [1] Quid? populum ab incurſu ſuo tutum libertas reliquit? imò & ſimiliter aggreſſa, & æquè experta eſt patientem. [2] C. Carbo trib. pleb. [3] nuper ſepultæ Gracchanæ ſeditionis turbulentiſſimus vindex, idemque orientium civilium malorum fax ardentiſſima, [4] P. Africanum à Numantiæ [5] ruinis ſummo cum gloriæ fulgore venientem, [6] ab ipſa penè porta in [7] Roſtra perductum, quid de Ti. Gracchi morte, cujus [8] ſororem in matrimonio habebat, ſentiret, interrogavit: ut auctoritate [9] clariſſimi viri, inchoato jam incendio multum [10] incrementi adjiceret: Quia non dubitabat, quin propter tam arctam affinitatem, aliquid pro interfecti [11] neceſſarii memoria [12] miſerabiliter eſſet locuturus. At [13] is jure [14] eum cæſum videri reſpondit. Cui dicto cùm [15] concio [16] tribunitio furore [17] inſtincta violenter [18] ſucclamaſſet, Taceant, [19] inquit, quibus Italia [20] noverca eſt. [21] Orto deinde murmure, Non efficietis, [22] ait, ut [23] ſolutos verear, quos [24] alligatos adduxi. Univerſus populus iterũ ab uno contumelioſè correptus erat. Quantus eſt honos [25] virtutis: [26] tacuit actutum: [27] Re-

1 Sc. *libertas fecit?*
2 Hic amiciſſimus fuerat C. Gracchi, qui, cùm legem agrariam ferret, à L. Opimio occiſus eſt.
3 Seditioſiſſimus ultor eorum, qui ſeditionem Gracchanam, paulò antè ſopitam, excitaverant.
4 Qui propter hanc de Graccho ſententiam proximâ nocte fuit interfectus in cubiculo ſuo.
5 Everſione.
6 Q. d. priuſquam ſe in ædes proprias recepiſſet.
7 Locum concionis.
8 Semproniam.
9 Scipionis.
10 Ardentioris furoris. Multum enim auxiſſet populi furorem ſuâ autoritate Scipio, ſi Gracchum impiè cæſum dixiſſet.
11 Affinis Tiberii Gracchi.
12 Ad comiſerationem faciens.
13 Scipio.
14 Tiberium Gracchum.
15 Tota multitudo quæ coïverat.
16 Tribuni Carbonis.
17 Inſtigata.
18 Subſequenter inclamaſſet.
19 Scipio.
20 Non vera parens, ſc. aut quòd non veri cives Italiæ forent, quippe captivi paulò antè in triumphum adducti, aut certè qui non aliter Italiam diligerent, ac ſi ſibi noverca foret, id eſt, qui nihilo plus amant Italiam, quam privigni novercam.
21 A concione, negante Italiam ſibi novercam.
22 Scipio.
23 Liberos effectos.
24 Cùm ligati priùs eſſent timore, parùm abfuit, quin ab hoſte ligarentur, ego hoſtium victor reverſus ab imminente ſervitute liberavi. Multos enim ex plebe Romanâ, qui in Carthaginenſium & Numantinorum ſervitutem venerant, liberaverat, & libertate donaverat.
25 Qui virtuti impenditur.
26 Univerſus populus ſtatim tacuit.
27 Quia paulo antè redierat delatâ Numantiâ.

cenſ victoria [1] ipſius Numantina, & [2] patris Macedonica, devictæque Carthaginis ſpolia [3] avita, ac duorum regum, [4] Syphacis & [5] Perſæ, ante [6] triumphales currus catenatæ cervices, tunc totius [7] fori frementis ora clauſerunt: Nec [8] timori [9] datum eſt ſilentium, ſed quia beneficio [10] Æmiliæ & Corneliæ gentis, multi metus Urbis atque Italiæ finiti erant, plebs Romana [11] libertatis Scipionis libera non fuit.

4 Quapropter minus mirari debemus, quòd ampliſſima Cn. Pompeji auctoritas toties cum [12] libertate [13] luctata eſt: nec ſine magna [14] laude, quoniam omnis generis hominum licentiæ ludibrio eſſet, [15] quieta fronte tulit. Cn. Piſo, [16] cùm Manilium Criſpum reum ageret, eumque evidenter nocentem gratia [17] Pompeji videret [18] eripi; juvenili impetu ac ſtudio accuſationis [19] provectus, multa & gravia crimina præpotenti defenſori objecit. Interrogatus deinde ab [20] eo, cur [21] ſe quoq; non accuſaret: Da, inquit, [22] prædes reip. te, ſi [23] poſtulatus fueris, civile bellum non excitaturum; etiam de tuo prius, quam de Manilii capite in conſilium judices mittam. Ita [24] eodem judicio duos [25] ſuſtinuit reos: accuſatione Manilium, libertate Pompejum: & eorum [26] alterum [27] lege peregit, [28] alterum [29] profeſſione, qua ſolum [30] poterat.

5 Quid ergo [31] libertas ſine Catone? non magis quam Cato [32] ſine libertate. Nam cùm in [33] ſenatorem nocentem & infamem reum

1 Scipionis.
2 Sc. ejus pauli Æmilii, qui eum in familiam Scipionum per adoptionem tranſtulit.
3 Africani Majoris, qui avus Æmiliani fuit.
4 Regis Aſiæ, quem avus ejus adoptivus Africanus Major ceperat.
5 Regis Macedoniæ, quem in triumphum duxit.
6 In quibus domus Cornelia triumphaverat.
7 Concionis ſtantis in foro. Continens pro contento.
8 Ejus.
9 Aſcriptum eſt ſilentium totius populi.
10 Ad quas. Scipio attinebat.
11 Reſpectu libertatis Scipionis. Non enim palam mutire auſa eſt.
12 Aliorum in ſe.
13 Certavit.
14 Ejus.
15 Minimè commotâ.
16 Cùm Manilii Criſpi in judicio accuſator eſſet.
17 Qui defenſor Manilii apud judices plurimùm valebat.
18 A condemnatione.
19 Piſo
20 Pompejo.
21 Pompejum.
22 Vades, qui pro te periculum ſubeant, ſi ſecus feceris.
23 In jus vocatur.
24 Eâdem lite.
25 Piſo.
26 Manilium.
27 Secundum legem accuſando ad condemnationem uſque perduxit.
28 Pompejum.
29 Proteſtatione ſe accuſaturum, ſi poſſet aut auderet.
30 Sc. Pompejum reum agere.
31 Potius ſc.
32 Quia, ſeclusâ libertate, Cato eſſe noluiſſet.
33 Scaurus, qui à Tribuno plebis accuſabatur, quòd pecuniam accepiſſet à Jugurthâ, cum princeps legationis eſſet.

judex ſediſſet, tabellæque [1] Cn. Pompeji, laudationem [2] ejus continentes, [3] prolatæ eſſent, [4] procul dubio [5] efficaces futuræ, protinus ſubmovit eas è [6] quæſtione, legem recitando, qua cautum erat, ne ſenatoribus [7] tali auxilio uti liceret. Huic facto [8] perſona admirationem ademit. Nam quæ in alio audacia videretur, in Catone [9] fiducia cognoſcitur.

6 Cn. Lentulus Marcellinus conſul, cùm in [10] concione de Magni Pompeji nimia potentia quereretur, aſſenſuſque ei clara voce univerſus populus eſſet: Acclamate, inquit, Quirites, acclamate, [11] dum licet: jam enim vobis impune [12] facere non licebit. [13] Pulſata eſt tunc [14] eximii civis potentia, [15] hinc invidioſa querela, [16] hinc lamentatione miſerabili.

7 [17] Cui candida [18] faſcia crus alligatum habenti, Favonius, Non refert, inquit, qua in parte corporis ſit [19] diadema: [20] Exigui panni [21] cavillatione regias [22] ejus vires exprobrans. At [23] is [24] neutram in partem mutato vultu, utrumque cavit, ne aut hilari fronte libenter agnoſcere [25] potentiam, aut triſti iram profiteri videretur: Eaque patientia inferioris etiam generis & fortunæ hominibus aditum adverſus ſe dedit: E quorum [26] turba duos retuliſſe abunde erit.

8 Helvius Mancia [27] Formianus, [28] Libertini filius, ultimæ ſenectutis, [29] L. Libonem apud cenſores accuſabat: in quo certamine cùm Pompejus Magnus [30] humilitatem [31] ei, [32] æta-

1 Qui proconſul erat, & ideò venire non poterat in urbem. 2 Senatoris infamis. 3 Ut legerentur. 4 Propter autoritatem Pompeji. 5 Pro noxio, id eſt, ad abſolvendum reum. 6 Inquiſitione de reo. 7 Per tabellas ab abſentibus miſſas. 8 Catonis. 9 De virtute & innocentià. 10 Oratione ad populum convocatum. 11 Antequam regnum occupaverit, quia poſteà non audebitis hiſcere quicquam. 12 Sc. id, id eſt, acclamare in Pompejum. 13 Vehementi injurià affecta. 14 Pompeji. 15 A Cnæo Lentulo. 16 A populo. 17 Cnæo Pompejo. 18 Quia non utebantur caligis. 19 Corona regia. Adeò Romanis erat inviſum iſtud imperii aut regni potiùs ſignaculum. Florus l. 3. de Tiberio Graccho: *Manu caput tangens, præbuit ſpeciem regnum ſibi & diadema poſcentis.* 20 Sc. lintei: quo crus alligarat. 21 Calumniatione. 22 Pompeji. 23 Pompejus. 24 Oſtendit patientiam Pompeji & animi moderationem. 25 Regiam, quam illi objecerat Favonius. 26 Multitudine. 27 E Formiis oriundus. 28 Ejus, qui è ſervo liber factus erat. 29 Amicum Pompeji. 30 Status ſc. quòd Libertino patre natus eſſet. 31 Helvio Manciæ. 32 Quia ultra fortem ſenectæ accuſationi inſiſtebat.

temque exprobrans, ab inferis illum ad [1] accuſandum remiſſum dixiſſet: Non mentiris, inquit, Pompei: venio enim ab inferis L. Libonem accuſaturus: ſed dùm [2] illic moror, vidi [3] cruentum Cn. Domitium Ahenobarbum deflentem, quod ſummo genere natus, integerrimæ vitæ, amantiſſimus patriæ, in ipſo juventutis flore, tuo juſſu, eſſet [4] occiſus. Vidi pari [5] claritate conſpicuum [6] Brutum ferro laceratum, querentem, [7] id ſibi prius [8] perfidia, deinde etiam [9] crudelitate tua accidiſſe. Vidi Cn. Carbonem acerrimum pueritiæ tuæ, bonorumque patris tui defenſorem, in tertio conſulatu ſuo catenis, quas tu ei injici juſſeras, vinctum, [10] obteſtantem te, adverſus omne fas, ac nefas, cùm in ſummo eſſet imperio, à te [11] equite Romano trucidatum. Vidi eodem habitu & [12] quiritatu prætorium virum Perpernam ſævitiam tuam execrantem, omneſque eos una voce indignantes. quod [13] indemnati ſub te adoleſcentulo carnifice occidiſſent. [14] Obducta jam [15] vietis cicatricibus [16] bellorum civilium [14] vaſtiſſima vulnera, [17] municipali homini, ſervitutem paternam [18] redolenti, [19] effrenata temeritate, intolerabilique [20] ſpiritu, impunè [21] revocare licuit. Itaque eo tempore & fortiſſimum erat Cn. Pompejo maledicere, & [22] tutiſſimum. Sed non patitur non [23] hoc longiore querela proſequi perſonæ inſequentis aliquantò ſors [24] humilior.

1 Quemlibet ſc. tunc autem Piſonem.
2 Apud inferos.
3 Vulneribus ſc. Pompeji juſſu illatis.
4 In Africâ.
5 Generis & natalium.
6 Decium Brutum, ejus Bruti patrem, qui Cæſarem in Senatu interfecit.
7 Quòd ferro, laceratus eſſet.
8 Quia fidei tuæ ſe, dùm Mutinam tibi dederet, commiſerat.
9 Quia juſſiſti eum à Geminio interfici, cùm ad caſtellum quoddam ſe contuliſſet.
10 Merita in te ſua, aut contrà te Deos teſtantem.
11 Et ita illum revereri meritò debuiſſes.
12 Donatum inſignibus & civitate Romanâ, licet Græcus eſſet, ut tu: aut *quiritatu tuo*, id eſt, lamentatione quâ tu uti debebas.
13 Indictâ causâ.
14 Conſopitas & ſanatas maximas offenſas & inimicitias. Eſt enim Metaphora vulneribus ſemel ſanatis, & deinde renovatis.
15 Veteribus quidem, ſed putribus ac malè curatis.
16 Marii & Syllæ.
17 Quia de Formiano municipio.
18 Referenti & ex parte imitanti illiberales mores, quia pater ejus ſervitutem ſervierat.
19 Nullo verecundiæ fræno retenta.
20 Vehementiâ animi.
21 Renovare, aut refricare
22 Quia incredibili longanimitate omnia patiebatur.
23 Convitium Helvii Manciæ in Pompejum liberè dictum.
24 Quam Helvii Manciæ.

9 Di-

9 Diphilus [1] Tragœdus, cùm [2] Apollinaribus ludis inter [3] actum ad eum verſum veniſſet, in quo hæc ſententia continetur, Miſeria noſtra [4] Magnus eſt: [5] directis in Pompejum manibus, [6] pronuntiavit. [7] Revocatuſque aliquoties à populo, ſine ulla [8] cunctatione, nimiæ [9] illum & intolerabilis potentiæ reum [10] geſtu perſeveranti egit. Eâdem [11] petulantiâ uſus eſt in ea quoque [12] parte, [13] Virtutem iſtam, veniet tempus, cùm graviter gemas.

10 M. etiam Caſtricii libertate inflammatus animus, qui cùm Placentiæ [14] magiſtratum gereret, Cn. Carbone conſule jubente decretum [15] fieri, quo [16] ſibi [17] obſides [18] à Placentinis darentur, nec ſummo [19] ejus imperio obtemperavit, nec maximis viribus ceſſit: Atque etiam [20] dicenti multos ſe [21] gladios habere, reſpondit, [22] Et ego annos. Obſtupuerunt [23] tot legiones, tam robuſtas ſenectutis reliquias intuentes. Carbonis quoque ira, quia materiam ſæviendi [24] perquam exiguam habebat, parvulum vitæ tempus ablatura, [25] in ſe ipſa collapſa eſt.

11 Jam Ser. Galbæ temeritatis plena [26] poſtulatio, qui Divum [27] Julium, [28] conſummatis victoriis, in foro jus dicentem, in hunc modum [29] interpellare ſuſtinuit: C. Juli Cæſar, pro Cn. Pompejo Magno quondam genero tuo [30] in tertio ejus conſulatu pecuniam ſpopondi, [31] quo nomine nunc [32] appellor: Quid agam [33] de-

1 Tragœdiarum actor.
2 Apollini fieri ſolitis.
3 Agendum.
4 Sc. miles.
5 Ut de ſe dictum illud intelligeret.
6 Eum verſum.
7 Ab incepto, ut deſiſtat à ſugillatione Pompeji: aut ſæpè vocatus ad ejuſdem verſus pronuntiationem.
8 Hæſitatione aut formidine.
9 Pompejum.
10 Manuum indicio notavit.
11 Petulanti provocatione.
12 Tragœdiæ.
13 Nimiam Pompeji potentiam.
14 Sc. Prætorem.
15 Ab eo ſc. Placentiæ.
16 Carboni.
17 Fidei conſervandæ.
18 Nam partes Marii ſecuti fuerant.
18 Conſulis.
20 Conſuli.
21 Quos in illum poſſet ſtringere.
22 Q. d. parvifacio vitam meam in tam decrepitâ ætate.
23 Quot conſuli parebant.
24 Valdè parvam: utpote in tam paucos annos Caſtricii.
25 Defecit, cùm non haberet objectum, in quod exiret.
26 Actio quodammodo injuriarum.
27 Cæſarem.
28 Cùm jam monarchiâ potiretur.
29 Ab incepto negotio.
30 Cùm tertium conſulatum gereret.
31 Cujus debiti gratiâ
32 Vocor in jus, ut creditori ſatisfaciam: nam cùm bona Pompeji ad fiſcum applicuerit Cæſar, non erat undè hæredes Pompeji ſatisfacerent.
33 Perſolvam de meo.

pendam

pendam? Palam atque aperte [1] ei bonorum Pompeji venditionem exprobrando, ut à [2] Tribunali ſummoveretur, meruerat: ſed illud ipſa manſuetudine mitius [3] pectus, [4] æs alienum Pompeji ex [5] ſuo fiſco ſolvi juſſit.

12 A. Cæſellius, vir juris civilis ſcientia clarus, quam periculosè contumax! Nullius enim aut gratia, aut auctoritate compelli potuit, ut de aliqua earum rerum, quas [6] triumviri [7] dederant, [8] formulam componeret. [9] Hoc animi judicio victoriarum beneficia [10] extra omnem ordinem legum ponens. Idem, cùm multa de [11] partibus Cæſaris liberiùs loqueretur, amicique, ne id faceret, monerent: Duas res, quæ hominibus amariſſimæ videntur, magnam ſibi [12] licentiam præbere reſpondit; ſenectutem & [13] orbitatem.

## EXTERNA.

1 Inſerit ſe [14] tantis viris mulier [15] alienigeni ſanguinis: quæ à Philippo rege [16] temulento [17] immerenter damnata, [18] Provocarem ad Philippum, inquit, ſed ſobrium. [19] Excuſſit [20] crapulam [21] oſcitanti, ac præſenti animo ebrium [22] reſipiſcere, cauſaque diligentiùs inſpecta juſtiorem ſententiam ferre coëgit. Igitur [23] æquitatem, quam [24] impetrare non potuerat, [25] extorſit: [26] potiùs præſidium à [27] libertate, quam ab innocentia, [28] mutuata.

2 Jam [29] illa non ſolum fortis, ſed etiam urbana libertas. Senectutis ultimæ [30] quædam,

1 Cæſari.
2 Ubi Cæſar jus dicebat.
3 Cæſaris.
4 Debitum,
5 Poprio ærario.
6 Octavianus, Antonius & Lepidus.
7 Redigendas in formulam.
8 Inſtrumentalem, & ita ſcripto ſuo approbaret improbanda.
9 Quo recuſavit formulam componere.
10 Remota eſſe à legitimâ actione.
11 Temporibus, quibus libertas Romana perierat.
12 Liberè loquendi.
13 Carentiam liberorum
14 Libertati tantorum virorum.
15 Utpote Macedonici.
16 Ebrio, & temeti, id eſt, vini pleno.
17 Injuſtè.
18 A ſententiâ Philippi ebrii
19 Mulier.
20 Ingurgitationem vini, id eſt, perverſum judicium ſeu pravum uſum rationis ex crapulâ contractum. 21 Philippo nauſeanti, & ex nimiâ crapulâ os ſæpiùs aperienti. 22 Sapientiam priſtinam recipere. 23 Æquam ſententiam. 24 Per humilem ſupplicationem. 25 Vi libertatis ſuæ ex Philippo extraxit. 26 Potentius. 27 Monendi regem & arguendi eum ebrietatis. 28 Mutuò accepit. 29 Quam dicturus eſt. 30 Sc. mulier.

Syracuſanis omnibus Dionyſii tyranni [1] exitum, propter nimiam morum acerbitatem, & intolerabilia [2] onera, votis expetentibus, ſola quotidie matutino tempore Deos, ut incolumis ac [3] ſibi ſuperſtes eſſet, orabat. Quod ubi [4] is cognovit, indebitam ſibi admiratus [5] benevolentiam, [6] accerſit eam, & quid ita [7] hoc, aut quo [8] ſuo merito faceret, interrogavit. Tùm [9] illa, [10] Certa eſt, inquit, ratio propoſiti mei: [11] puella enim, cùm [12] gravem tyrannum [13] haberemus, carere eo cupiebam: quo [14] interfecto, aliquantò [15] tetrior [16] arcem occupavit. Ejus quoque finiri [17] dominationem magni æſtimabam: tertium te [18] ſuperioribus importuniorem habere cœpimus rectorem. Itaque timens, ne ſitu fueris [19] abſumptus, deterior in locum tuum ſuccedat; [20] caput meum pro tua ſalute [21] devoveo. Tam facetam audaciam Dionyſius punire erubuit.

3 Inter [22] has & Theodorum Cyrenæum quaſi animoſi ſpiritus [23] conjugium eſſe potuit, virtute par, [24] felicitate diſſimile. [25] Is enim Lyſimacho regi, mortem [26] ſibi minitanti, [27] Enimvero, inquit, magnifica res tibi contigit, quia [28] cantharidis [29] vim aſſecutus es. Cùmque hoc dicto [30] accenſus, [31] cruci eum ſuffigi juſſiſſet, Terribilis [32] hæc (ait) [33] purpuratis ſit tuis: mea quidem nihil intereſt, humi-ne, an [34] ſublime putreſcam.

1 Mortem.
2 Quæ ſuis imponebat.
3 Anui oranti.
4 Dionyſius.
5 Mulieris.
6 Vocatam ad ſe venire fecit eam anum.
7 Ita precaretur.
8 Tyranni.
9 Anus.
10 Firma & evidens.
11 Cùm eſſem puella.
12 Moleſtum & intolerabilem.
13 Nos Syracuſani.
14 A Dione.
15 Crudelior eo, ſc. *novus tyrannus*.
16 Syracuſanam.
17 Tyrannidem.
18 Prioribus duobus.
19 Morte.
20 Salutem meam.
21 Diis voveo.
22 Proximè dictas mulieres.
23 Copulatio quædam animorum.

24 Sc. *exitus*: quia ſuperiores abſolutæ ſunt, Theodorus ultimum ſupplicium luit. 25 Theodorus. 26 Theodoro. 27 Ironia. 28 Cantharis vermis eſt perexiguus, qui ejus dicitur eſſe naturæ, ut, in quo affectu quempiam momorderit, in eo ſemper perſiſtat uſque ad mortem, ut, ſi ridentem momorderit, ille ridens moriatur. 29 Necandorum hominum violentam potentiam. 30 Lyſimachus tyrannus 31 Ad crucem. 32 Crux, aut mors in cruce. 33 Aulicis tuis purpurâ indutis. 34 In alto & ſuprà limum terræ edito loco.

## CAP. III.

# DE SEVERITATE.

**ROMANORUM.**

1 Populi Rom.
2 P Mutii Scævolæ trib. plebis.
3 Senatus Rom.
4 MA. Curii Dentati *Coſ.*
5 L. Domitii Ahenobarbi Præt.
6 M. Horatii Tergemini.
7 Senatus Rom. in inceſtas.
8 Cognatorum in venefica,
9 Egnatii Metelli.
10 C. Sulpitii Galli.
11 Q. Antiſtii Veteris.
12 P. Sempronii Sophi.

**EXTERNORUM.**

1 Lacedæmoniorum.
2 Athenienſium.
3 Cambyſis regis Perſarum.

[1] ARmet ſe duritiâ pectus neceſſe eſt, dum horridæ ac triſtis ſeveritatis acta narrantur; ut humaniore cogitatione ſepoſita, rebus auditu aſperis vacet: ita enim [2] deſtrictæ & [3] inexorabiles vindictæ, & varia pœnarum genera [4] in medium procurrent, [5] utilia quidem legum [5] munimenta, ſed minimè in placido & quieto [6] paginarum numero reponenda.

1 M. [7] Manlius, unde [8] Gallos depulerat, [9] indè ipſe præcipitatus eſt; quia fortiter [10] defenſam [11] libertatem nefariè opprimere conatus fuerat. Cujus juſtæ ultionis [12] nimirum hæc præfatio fuit: [13] Manlius erat [14] mihi, cùm [15] præcipites agebas Senones: poſtquam mutari cœpiſti, unus factus es ex Senonibus. [16] Hujus

1 Hac brevi præfatione oſtendit more ſuo, quibus de rebus in hoc cap. dicturus ſit, ſc. de Severitate hominum, quâ in ſuos pariter & alienos uſi ſunt, ut leges ſerventur, ſtatus confirmentur. Eſt enim Severitas medium inter crudelitatem & animorum remiſſionem: ut nec injuſtè quicquam faciat, nec ullâ ratione à vero deduci poſſit: *ſeverus* enim eſt, qui nec pace, nec pretio, nec gratiâ moveri poteſt à recto. 2 Rigidæ & arctæ. 3 Quæ precibus vinci non poſſunt. 4 Ad conſpectum legentium adferentur. 5 Utiles protectiones. 6 Scripturarum. 7 Capitolinus ſc. 8 Senones. 9 De rupe ſeu arce Tarpejâ. 10 Contra Gallos. 11 Publicam. 12 Ut facilè eſt creditu. 13 Verba hæc ſunt Reipublicæ. 14 Id eſt, civis charus. 15 Capite ferè anteriore cadentes deturbabas. 16 Manlii.

ſup-

ſupplicio æternæ memoriæ [1] nota inſerta eſt: Propter illum enim lege [2] ſanciri placuit, ne quis patricius in [3] arce aut Capitolio habitaret, quia domum eò loci habuerat, ubi nunc [4] ædem Monetæ videmus. Par indignatio civitatis adverſus Sp. Caſſium [5] erupit: cui plus ſuſpicio concupitæ [6] dominationis nocuit, quam tres magnifici conſulatus, ac duo ſpecioſiſſimi [7] triumphi profuerunt. Senatus enim populuſque Rom. non contentus [8] capitali eum ſupplicio afficere; interempto [9] domum ſuperjecit, ut [10] penatium quoque [11] ſtrage puniretur. In [12] ſolo autem ædem Telluris [13] fecit. Itaque quod prius domicilium [14] impotentis viri fuerat, nunc [15] religioſæ ſeveritatis [16] momumentum eſt. [17] Eadem auſum Sp. Mælium conſimili [18] exitu patria [19] mulctavit. [20] Area verò domus ejus, quo juſti ſupplicii notitia ad poſteros perveniret, [21] Æquimelii appellationem traxit.

[22] Quantum ergo odii adverſus hoſtes libertatis inſitum animis antiqui haberent, parietum ac tectorum, in quibus [23] verſati fuerant, [24] ruinis teſtantur. Ideoque & M. Flacci, & L. Saturnini ſeditioſiſſimorum civium corporibus trucidatis, [25] penates ab imis fundamentis [26] eruti ſunt. Ceterum [27] Flacciana area, cùm diu [28] penatibus vacua manſiſſet, à Q. Catulo [29] Cimbricis ſpoliis adornata eſt.

1 Signum infamiæ.
2 Sanctè caveri viſum eſt, ſc. Patribus Conſcriptis.
3 Tarpejâ.
4 Templum Junonis Monetæ, à *monendo* de Gallorum adventu dictæ.
5 Quaſi per vim egreſſa eſt.
6 Tyrannidis.
7 Bis de Samnitibus triumphavit.
8 Illi vitam adimere.
9 Domus dirutionem.
10 Larium.
11 Everſione aut deſtructione.
12 Fundo, ubi ſteterat domus ejus.
13 Senatus populuſque Romanus.
14 Nimis potentis, potentiſſimi viri, ſc. Spurii Caſſii.
15 Anxiè ſervatæ.
16 Perpetuum teſtimonium.
17 Dominationem affectare.
18 Vitæ.
19 Punivit.
20 Spatiolum ubi ſteterat domus ejus. 21 Æquoris ſeu planitiei facta ex domo Melii ſolo æquatâ. 22 Paucis tangit conſimilem ſeveritatem in M. Flaccum & Lucium Saturninum, regni affectatores. 23 Hoſtes libertatis. 24 Dirutionibus. 25 Ædes eorum. 26 Everſi. 27 In quâ ſteterat domus Flacci 28 Nullo ædificio aut ornamento occupata. 29 Ex manubiis ſpoliorum Cimbris detractorum. Nam Q. Catulus, qui unà cum Mario Cimbros devicerat, poſt victoriam in areâ Flaccianâ trophæum ſtatuit, & hoſtium ſpolia ſuſpendit.

Viguit

Viguit in noſtra civitate Ti. & C. Gracchorum ſumma nobilitas, ac [1] ſpes ampliſſima: ſed quia [2] ſtatum civitatis conati erant [3] convellere, inſepulta cadavera jacuerunt: [4] ſupremuſque [5] humanæ conditionis honos filiis Gracchi, & [6] nepotibus Africani defuit: [7] quin etiam familiares [8] eorum, ne quis reipub. inimicis amicus eſſe vellet, de [9] Robore præcipitati ſunt.

2 [10] Idem ſibi tam licere P. Mucius tribunus pleb. quam ſenatui & populo Rom. credidit, qui omnes [11] collegas ſuos, qui [12] duce Sp. Caſſio id egerant, ut magiſtratibus [13] non ſubrogatis, communis libertas in dubium vocaretur, vivos cremavit. Nihil profectò hac [14] ſeveritate [15] fidentius: unus enim tribunus eam [16] pœnam novem collegis inferre auſus eſt, quam novem tribuni ab uno collega exigere perhorruiſſent.

3 [17] Libertatis rigida adhuc cuſtos, & vindex ſeveritas, ſed pro dignitate ac diſciplina [18] æquè gravis inventa eſt. M. enim Clodium ſenatus [19] Corſis, quia turpem cum his pacem fecerat, dedidit: Quem ab hoſtibus non acceptum, in publica cuſtodia necari juſſit. Semel [20] læſa majeſtate imperii, quot modis ira pertinax [21] vindex! [22] factum ejus reſcidit, [23] libertatem ademit, ſpiritum extinxit, [24] cor-

1 Quia de his adhùc pueris ſpes maxima fuerat in urbe non degeneraturos à patre.
2 Tranquillitatem & incolumitatem civitatis Romanæ.
3 Labefactare.
4 Ultimus.
5 Utpote ſepulturæ.
6 Quia Corneliæ filii fuerunt, quæ ſuperioris Africani filia fuerat.
7 Inſuper.
8 Gracchorum.
9 Loco in carcere, undè maleficorum genus præcipitabatur. Ideò de Robore præcipitari dicebantur, qui antè robore includebantur, ibiq; per aliquot dies ſervati, atque indè poſteà deprompti præcipitabantur.
10 Eandem in puniendo ſeveritatem. Refert autem ſeveritatem unius tribuni plebis.
11 Reliquos tribunos plebis.
12 Præcipuo auctore.
13 Non ſuffectis ſeu conſtitutis in locum magiſtratu defunctorum: quia comitia impedire nitebantur, ne conſules cæterique magiſtratus ſubſtituerentur.
14 P. Mucii.
15 Confidentius.
16 Combuſtionis.
17 Diximus de ſeveritate, quæ libertatem Romanam & defendit & ulta eſt: nunc dicendum eſt de eâ, quæ virorum diſciplinam in urbe continuit.
18 Non minùs ſevera.
19 Populis Corſicæ regionis inter Italiam & Hiſpaniam.
20 Propter fœdus turpiter ictum cum hoſtibus.
21 Sc. *fuit*.
22 Fœdus Clodii irritum fecit, & pacem non probavit.
23 Dedendo eum hoſtibus.
24 Exſtincti ſpiritus.

pus, [1] contumelia carceris & deteſtanda [2] Gemoniarum ſcalarum [3] nota fœdavit. Atque [4] hic quidem ſenatus [5] animadverſionem meruerat. Cn. autem Cornelius Scipio, Hiſpalli filius, prius quam mereri poſſet, [6] expertus eſt: Nam cum ei Hiſpania provincia [7] ſorte obveniſſet, ne [8] illùc iret; [9] decrevit, adjecta [10] cauſa, quòd recte facere neſciret. Itaque quæſtor Cornelius propter vitam inhoneſte actam ſine ullo provinciali miniſterio, [11] tantum non repetundarum lege damnatus eſt. Ne in C. quidem Vettieno, qui ſiniſtræ manus digitos, ne bello Italico militaret, ſibi abſciderat, ſeveritas ſenatus ceſſavit: [12] Publicatis enim bonis ejus, ipſum æternis vinculis puniendum cenſuit: [13] effecitque, ut quem honeſtè ſpiritum profundere in acie [14] noluerat, turpiter in catenis conſumeret.

4 [15] Id factum imitatus M. Curius conſul, cùm [16] delectum ſubitò edicere coactus eſſet, & juniorum nemo [17] reſpondiſſet: conjectis in [18] ſortem [19] omnibus tribubus, [20] Polliæ, quæ prima exierat, primum nomen [21] urna extractum [22] citari juſſit: Neque eo reſpondente, bona adoleſcentis [23] haſtæ ſubjecit. Quod ut [24] illi nuntiatum eſt, ad conſulis tribunal cucurrit, collegiumque tribunorum [25] appellavit. Tunc M. Curius præfatus non opus eſſe eo cive, reip. qui parêre neſciret: & bona ejus, & ipſum vendidit.

5 Æquè [26] tenax propoſiti [27] L. Domitius.

1 Ignominiâ. 2 Locus eſt præceps, ad quem per ſcalas deſcendebatur, ſed qui læſiſſet majeſtatem, unco trahebatur ad eas ſcalas. Dictæ ſunt autem *Gemoniæ ſcalæ* à *Gemonio* quodam auctore. 3 Ignominiæ. 4 Clodius. 5 Pœnam. 6 Animadverſionem Senatus. 7 Ductâ cum collegâ. 8 In Hiſpaniam. 9 Decreto cavit Senatus. 10 Decreti. 11 Hoc ſolo dempto, quod non repetundarum damnatus eſt: quia ſine ullo miniſterio provinciali, & ideò quia in provinciam ire non licuit, eam ſpoliare non potuit, quocircà repetundarum reus agi non potuit. 12 In fiſcum publicum redactis. 13 Senatus. 14 Vettienus. 15 Severum Senatus. 16 Militum. 17 Nomen ſuum militiæ dediſſet. 18 Urnam ad ſortiendum de eis. 19 Quæ xxxv. fuerant. 20 Tribus ſc. 21 Vaſculo, in quod ſortes, id eſt, ſingularum tribuum nomina, æqualibus tabellis aut chartis inſcripta, conjecta erant. 22 Nominatim ad dandum nomen vocari. 23 Sectioni, aut actioni, ſeu publicæ venditioni. 24 Adoleſcenti. 25 Contra violentiam conſulis. 26 Sc. *executor*. 27 Sc. *fuit*.

Nam

Nam cùm Siciliam Propr. regeret, & ad eum eximiæ magnitudinis [1] aper allatus eſſet; adduci ad ſe paſtorem, cujus manu occiſus erat, juſſit. Interrogatumque, quo telo eam beſtiam [2] confeciſſet, poſtquam comperit uſum [3] venabulo, cruci ſuffixit. Quia [4] ipſe ad [5] exturbanda latrocinia, quibus [6] provincia vaſtabatur, ne quis [7] telum haberet, [8] edixerat. [9] Hoc aliquis in [10] fine ſeveritatis & ſævitiæ ponendum [11] dixerit: [12] diſputatione enim [13] utroque flecti poteſt. Cæterùm ratio [14] publici imperii Prætorem nimis aſperum [15] exiſtimari non patitur.

6 Sic ſe in viris puniendis ſeveritas exercuit. Sed ne in fœminis quidem ſupplicio afficiendis [16] ſegniorem ſe egit. Horatius [17] unus prœlio trium Curiatiorum, [18] conditione pugnæ omnium Albanorum victor; cùm ex illa [19] clariſſima acie domum repetens ſororem ſuam virginem, [20] Curiatii [21] ſponſi mortem [22] profuſiùs, quam [23] illa ætas [24] debebat, flentem vidiſſet; gladio, [25] quo patriæ rem benè geſſerat, interemit: Parùm pudicas ratus lacrymas, quæ [26] præpropero amori dabantur. [27] Quem [28] hoc nomine reum apud populum actum, pater defendit. Ita paulò [29] propenſior animus puellæ ad memoriam futuri viri, &

1 Porcus ſylveſtris.
2 Interemiſſet.
3 Cuſpide venatoria.
4 Prætor.
5 Vi pellenda.
6 Sicilia.
7 Arma invaſiva.
8 Publico edicto vetuerat.
9 Factum Domitii.
10 Confinio.
11 Dicere poſſit.
12 Argumentatione.
13 Ad utramque ſe tam ad ſævitiam, quam ad ſeveritatem.
14 Quo tunc fungebatur; & quia non ad ſui vindictam, ſed ad publicam utilitatem tale exemplum propoſuit.
15 Judicari.
16 Tardiorem ſe geſſit.
17 E tergeminis fratribus Romanis, qui cum totidem Curiatiis Albanis certamen iniverant. 18 Ex conditione pugnę, quia eâ conditione certamen iniverant, ut, utra pars tergeminorum fratrum viciſſet, ei reliqua pars tota pareret. 19 Quâ unus tres interfecerat, & patriæ libertatem pepererat. 20 Unius è tribus. 21 Sc. *ſui*: quia illi deſponſata erat. 22 Abundantiùs. 23 Puellaris ætas. 24 Sc. *Flere*. 25 Quia ejus libertatem conſervaverat, & Albanum populum eidem ſubjecerat. 26 Nimis feſtino, & intempeſtivo, quia ſponſa tantùm erat. 27 Horatium. 28 Hac ratione cædis ſororiæ. 29 Inclinatior, proclivior. Soror, inquit, quæ plus nimio, quam æquum erat, in futurum maritum indignata eſſe videbatur, quippe quæ occiſorum fratrum oblita, ſolum maritum lugeret, & fratrem acerrimum vindicem, & patrem rigidum comprobatorem illius cædis experta eſt.

fratrem

fratrem ferocem vindicem, & [1] vindictæ tam rigidum [2] aſſenſorem patrem habuit.

7 Conſimili ſeveritate ſenatus poſteà uſus, Sp. Poſthumio Albino, & Q. Marcio Philippo conſulibus mandavit, ut de his, quæ [3] ſacris Bacchanalium [4] inceſtu uſæ fuerant, inquirerent: A [5] quibus cùm multæ eſſent damnatæ, [6] in omnes cognatas intra domos animadverterunt: [7] lateque patens [8] opprobrii deformitas, ſeveritate ſupplicii emendata eſt. Qua quantum [9] ruboris civitati noſtræ mulieres turpiter ſe gerendo incuſſerant, tantum laudis graviter punitæ attulerunt.

8 [10] Publicia autem, quæ Poſthumium Albinum conſulem; item Licinia, quæ Claudium Aſellum viros ſuos veneno necaverant, propinquorum decreto [11] ſtrangulatæ ſunt: Non enim putaverunt [12] ſeveriſſimi viri in tam [13] evidenti ſcelere longum publicæ [14] quæſtionis tempus expectandum. Itaque quarum [15] innocentium defenſores fuiſſent, [16] ſontium [17] maturi vindices extiterunt.

9 Magno [18] ſcelere [19] horum [20] ſeveritas ad exigendam vindictam concitata eſt. [21] Egnatii autem Metelli longe minori de cauſa; qui uxorem, quod vinum bibiſſet, [22] fuſte interemit. Idque [23] factum non accuſatore tantùm, ſed etiam reprehenſore caruit; unoquoque exiſtimante, optimo [24] illam [25] exemplo violatæ ſobrietatis pœnas [26] pependiſſe. Et ſane quæcunque fœmina vini uſum immoderatè

1 Factæ per fratrem.
2 Approbatorem.
3 In feſto ſacrificiorum Bacchi.
4 Coïtu vetito.
5 Conſulibus.
6 Omnes cognatas in ſuis ædibus, & ita in occulto, morte puniverunt.
7 Quia plurimas attigerat.
8 Turpitudinis, quæ poterat Romanis omnibus opprobrio dari.
9 Verecundiæ.
10 Oſtendit nonnullas fuiſſe perditæ luxuriæ fœminas, quæ viros ſuos veneno necarunt.
11 Suffocatæ.
12 Propinqui earum.
13 Manifeſto.
14 Inquiſitionis.
15 Si innocentes fuiſſent.
16 Nocentium.
17 Celeres & tempeſtivi ultores.
18 Inceſtus & veneficii.
19 Jam dictorum.
20 Tam in Bacchidas, quam in Veneficas. 21 Sc. *ſeveritas eſt excitata ad exigendam vindictam.* 22 Baculo. 23 Sc. *ejus.* 24 Uxorem ejus. 25 Aliis mulieribus ad fugiendum vinum. 26 Perſolviſſe & luiſſe.

appetit,

appetit, omnibus & virtutibus [1] januam claudit, & delictis [2] aperit.

10 [3] Horridum C. quoque Sulpitii Galli [4] maritale ſupercilium. Nam uxorem dimiſit, quòd eam capite [5] aperto [6] foris verſatam cognoverat; [7] abſciſſa ſententia, ſed tamen aliqua ratione munita. [8] Lex enim, [9] inquit, tibi meos tantum præfinit oculos, quibus formam tuam approbes. [10] His decoris inſtrumenta compara, his eſto ſpecioſa, [11] horum te certiori [12] crede notitiæ: [13] Ulterior [14] tui conſpectus ſupervacua [15] irritatione accerſitus, in ſuſpicione & crimine [16] ſubhæreat neceſſe eſt.

11 [17] Nec aliter ſenſit Q. Antiſtius Vetus, repudiando uxorem, quòd illam in [18] publico cum quadam libertina [19] vulgari [20] ſecreto loquentem viderat: Nam ([21] ut ita dicam) [22] incunabulis & nutrimentis culpæ, non ipſa commotus culpa, [23] citeriorem delicto præbuit ultionem; ut potius caveret [24] injuriam, quam [25] vindicaret.

12 Jungendus eſt [26] his P. Sempronius Sophus, qui conjugem repudii [27] nota affecit, [28] nihil aliud quam [29] ſe ignorante [30] ludos auſam ſpectare. Ergo dum [31] ſic olim [32] fœminis occurritur, mens earum à delictis aberat.

1 Aditum ad ſe. Nam ubi nimio vino mens hominis oppreſſa fuerit, nihil altum, neque magnificum ſuſpicere poteſt. Vinum igitur immoderatè ſumptum ad vitia præcipitem hominem trahit, retrahitque à virtutibus.
2 Januam.
3 Horrendum.
4 Severitas mariti in uxorem.
5 Nudato, non cooperto.
6 Extrà domum.
7 Rigida & dura, & ita brevis; nam res duræ uno ictu abſcinduntur.
8 Lex, conjugibus lata, te tantum mihi ſpectandam præbet formamque probandam.
9 Sulpitius Gallus ad uxorem.
10 Oculis meis.

11 Oculorum meorum. 12 Committe. 13 Quam vir concedat. 14 De te, ſeu quo conſpiciaris. 15 Tentatione videntium quæſitus. 16 Anceps verſetur. 17 Quam Sulpitius Gallus. 18 Loco. 19 Quæ corpus ſuum vulgaverat. 20 Quaſi in aurem. 21 Ut modò liceat ſeminaria vitiorum vocare eorum incunabula. Sic enim dicere ſolemus, cum aliquid impropriè dicitur. 22 Primis originibus & fomentis culpæ, quæ ſunt mala colloquia. 23 Antè delictum, id eſt, priuſquam delictum ſeu peccatum conſummatum eſſet, eam punivit. 24 Priuſquam illata eſſet. 25 Ulciſceretur eam jam illatam ſeu commiſſam. 26 Severis in uxores ſuas. 27 Ignominia & maculâ. 28 Criminis. 29 Sempronio marito. 30 Ludorum ſpectacula. 31 Tam ſeverè. 32 Matrimonio locatis.

## EXTERNA.

1 [1] Cæterùm etſi Romanæ ſeveritatis exemplis totus terrarum orbis inſtrui poteſt; tamen [2] externa [3] ſummatim cognoſcere faſtidio non erit. Lacedæmonii libros [4] Archilochi è civitate ſua exportari juſſerunt, quòd [5] eorum parum verecundam ac pudicam lectionem arbitrabantur. Noluerunt enim [6] ea liberorum ſuorum animos [7] imbui, ne plus moribus noceret, quam [8] ingeniis prodeſſet. Itaque maximum Poëtam, aut certè [9] ſummo proximum, quia [10] domum ſibi [11] inviſam [12] obſcœnis maledictis laceraverat, [13] carminum exilio mulctarunt.

2 Athenienſes autem [14] Timagoram, [15] inter officium ſalutationis Darium [16] regem more gentis illius [17] adulatum, [18] capitali ſupplicio affecerunt: unius [19] civis [20] humilibus blanditiis, totius urbis ſuæ decus Perſicæ dominationi ſummiſſum graviter ferentes.

3 Jam [21] Cambyſes inuſitatæ [22] ſeveritatis, qui mali cujuſdam judicis ex corpore pellem detractam, [23] ſellæ intendi, in [24] eaque filium ejus [25] judicaturum [26] conſidere juſſit. Cæterùm & [27] rex, & [28] barbarus atroci ac [26] nova pœna judicis, ne quis poſtea corrumpi judex poſſet, providit.

1 Quamvis, inquit, civitas Romana adeò exemplis abundet, ut totum terrarum orbem implere poſſit, non tamen faſtidire debemus externa ſubjungere. 2 Exempla ſeveritatis. 3 Collectim & breviter. 4 Poëtæ Lyrici. 5 Librorum. 6 Lectione librorum Archilochi. 7 Primum inſtitui & infici 8 Acuendis. 9 Sc. Poëtarum Homero, aut in Lyrico carmine Pindaro. 10 Lycambis ſoceri ſui, qui filiam Archilocho deſponderat, at eam paulò poſt denegatam alteri dederat: quâ injuriâ laceſſitus Archilochus, Jambicó carmine ſic luſit in eum, ut eum ad laqueum compulerit. 11 Propter denegatam (ut diximus) filiam, ſibi ſemel deſponſatam. 12 Convitiis obſcœno carmine objectis proſciderat. 13 Expellendo & arcendo carmina ejus. 14 Legatum ſuum ad Darium miſſum. 15 Dùm ſalutandi officio fungitur. 16 Perſarum. 17 Adulatoriè veneratus fuerat. 18 Mortifero. 19 Sc. *ſui*, id eſt, Athenienſis. 20 Quia humiliter ſe proſtraverat. 21 Rex Medorum & Perſarum, Cyri, Perſarum regis, filius. 22 Sc. *fuit*. 23 Sedi judiciali intentam ſuperinduci. 24 Sellâ paternâ cute tectâ. 25 Cùm deberet, aut vellet judicare. 26 Locum capere. 27 Licet rex, qui omnia ſibi licere putabat. 28 Qui omnia crudelia videbatur velle. 29 Inſolitâ.

## CAP. IV.

# DE GRAVITER DICTIS AUT FACTIS.

| A ROMANIS. | AB EXTERNIS. |
|---|---|
| 1 T. Manlio Torquato. | 1 Cinninenſi populo. |
| 2 P. Scipione Æmiliano. | 2 Socrate Athenienſi. |
| 3 C. Popillio Lænate. | 3 Alexandro Magno. |
| 4 P. Rutilio Rufo. | 4 Lacedæmoniis. |
| 5 M. Junio Bruto Procos. | 5 Pædareto Spartano. |

[1] MAgnam & bonam laudis partem in claris viris etiam illa vendicant, quæ aut ab his [2] graviter dicta aut facta pertinax [3] memoria [4] viribus æternis comprehendit. Quorum ex abundanti copia, nec parca nimis, nec [5] rurſus avida manu, quod magis [6] deſiderio ſatisfaciat, quam [7] ſatietati abundet, [8] hauriamus.

1 Civitate noſtra [9] Cannenſi clade [10] perculſa, cùm admodum [11] tenui filo ſuſpenſa reip. ſalus ex ſociorum fide penderet, ut eorum animi ad imperium Romanum tuendum conſtantiores eſſent; majori parti ſenatus principes Latinorum in [12] ordinem ſuum [13] ſublegi placebat. Ut Annius olim, [14] Campani etiam, conſulem alterum [15] Capuæ creari debere [16] aſſeverabant: ſic [17] contuſus & æger Romani imperii ſpiritus erat. Tunc Manlius Torquatus, ſtirpis [18] ejus qui Latinos apud [19] Veſerim inclyta pugna fuderat, quam poterat clara voce denuntiavit: ſi quis ſociorum inter [20] Patres conſcriptos [21] ſententiam dicere auſus eſſet,

1 Præfatio eſt de graviter dictis aut factis, in quorum deſcriptione pollicetur ſe modum non exceſſurum.
2 Cum gravitate.
3 Hominum ſc.
4 Potentiis memorandi nunquam defuturis.
5 E contrario.
6 Avidè legentium.
7 Uſque ad ſatietatem & nauſeam.
8 Quædam exempla.
9 Apud Cannas in Apuliâ acceptâ.
10 Attonitâ & ſemifractâ.
11 Modico ſuſtentaculo.
12 Senatorium.
13 Legendo ſuffici & ſubſtitui.
14 Sc. *aſſeverabant*.
15 Ex civibus Campanis.
16 Severis verbis affirmabant.
17 Labefactatus.
18 Torquati.
19 Fluvium.
20 Senatores Romanos.
21 Sedêre ut judex.

continuò cùm ſe interempturum. Hæ [1] unius minæ, & Romanorum languentibus animis calorem priſtinum reddiderunt, & [2] Italiam ad jus civitatis nobiſcum exæquandum conſurgere paſſæ non ſunt: namque ut populi Rom. armis, ita verbis [3] illius fracta ceſſit.

[4] Par ejuſdem quoque Manlii gravitas, cùm conſulatus [5] omnium conſenſu [6] deferretur, eumque ſub excuſatione [7] adverſæ valetudinis oculorum recuſaret; [8] inſtantibus cunctis, Alium, inquit, [9] Quirites quærite, ad quem hunc honorem transferatis: Nam ſi me gerere eum coëgeritis, nec ego mores veſtros ferre, nec vos meum imperium perpeti poteritis. [10] Si [11] privati tam [12] ponderoſa vox, quam graves faſces conſulis extitiſſent!

2 [13] Nihilo ſegnior Scipionis Æmiliani aut in [14] curia, aut [15] in concione gravitas: qui cùm haberet [16] conſortem cenſuræ Mummium, ut nobilem, ita [17] enervis vitæ, [18] pro Roſtris dixit, ſe ex majeſtate reip. omnia geſturum, ſi ſibi cives vel dediſſent [19] collegam, vel [20] non dediſſent.

[21] Idem, cùm Ser. Sulpicius Galba, & Aurelius Cotta conſules in ſenatu contenderent, uter aderſus Viriatum in Hiſpaniam mitteretur: ac magna inter patres conſcriptos diſſenſio eſſet; omnibus, [22] quonam [23] ejus ſententia inclinaretur, expectantibus: Neutrum, inquit, mihi mitti placet, quia [24] alter nihil habet, [25] alteri nihil eſt ſatis. Æquè malam [26] licentis imperii [27] magiſtram judicans ino-

1 Sc. patritii ordinis viri.
2 Socios Romani imperii.
3 Manlii Torquati.
4 Non minor verborum gravitas fuit ejus patris, quâ ad populum uſus eſt, quo tempore comitia conſularia habebantur.
5 Tam patrum, quam populi.
6 Præſentaretur.
7 Morbi oculorum.
8 Urgentibus.
9 Cives Romani.
10 Si privatus Manlius tam graviter ad populum locutus eſt, quid illum putamus conſulem fuiſſe facturum?
11 Non fungentis magiſtratu.
12 Gravis.
13 In nullo minùs ſtrenua.
14 Ubi ſententia dicebatur, id eſt, coram Patribus Conſcriptis.
15 Coram populo.
16 Collegam.
17 Mollis & effœminatæ.
18 Ex illo edito loco ad populum loquens.
19 Virum idoneum ac dignum, qui cenſuræ munere fungeretur.
20 Sc. hominem indignum tali munere.
21 Scipio Æmilianus.
22 In utram partem.
23 Scipionis
24 Galba.
25 Aurelio, qui tam avarus erat, ut expleri non poſſet.
26 Licenter & pro libitu agentis.
27 Gubernatricem.

piam atque avaritiam. Quo dicto, ut neuter in [1] provinciam mitteretur, [2] obtinuit.

3 C. verò Popilius à ſenatu legatus ad [3] Antiochum miſſus, ut bello ſe, quo [4] Ptolomæum [5] laceſſebat, abſtineret: cùm ad eum veniſſet, atque [6] is prompto animo & amiciſſimo vultu dextram ei porrexiſſet; [7] invicem [8] ei ſuam porrigere noluit, ſed tabellas, [9] ſenatuſconſultum continentes, tradidit: Quas ut legit Antiochus, dixit, ſe cum amicis collocuturum. Indignatus Popilius, quòd aliquam moram interpoſuit; virga [10] ſolum, quo inſiſtebat, denotavit: At prius, inquit, quam [11] circulo excedas, da reſponſum, quod ſenatui referam. Non legatum locutum, ſed ipſam [12] Curiam ante [13] oculos poſitam crederes: continuò enim rex affirmavit fore, ne amplius de ſe Ptolomæus quereretur. Ac tùm [14] demùm Popilius manum [15] ejus tanquam [16] ſocii apprehendit. Quam efficax eſt animi ſermoniſque [17] abſciſſa gravitas! Eodem [18] momento Syriæ [19] regnum terruit, [20] Ægypti [21] texit.

4 [22] P. autem Rutilii [23] verba prius an facta æſtimem, neſcio: nam utriſque æque admirabile ineſt robur. Cùm amici cujuſdam injuſtæ rogationi [24] reſiſteret, atque is per ſummam indignationem dixiſſet: Quid ergo inquit, mihi opus eſt amicitia tua, ſi quod rogo, non facis? reſpondit, Imò quid mihi tua, ſi propter te aliquid inhoneſte facturus ſum? [25] Huic voci conſentanea illa opera, quòd magis [26] ordinum diſſenſione, quam ulla culpa

1 Hiſpaniam.
2 Scipio Æmilianus.
3 Regem Syriæ.
4 Alexandriæ & Ægypti regem.
5 Vexabat.
6 Antiochus.
7 Viciſſim.
8 Regi ſuam dextram.
9 Decretum denuntiandum Antiocho, quod erat ejuſmodi: Niſi abſtineret à bello contra Ptolomæum, bellum à Romanis ſibi indictum eſſe.
10 Terram, in quâ ſtabat, ductâ in circuitum lineâ deſignavit.
11 Virgâ circumſcripto.
12 Senatum omnem.
13 Antiochi.
14 Ubi id affirmaſſet.
15 Antiochi regis.
16 Romani imperii.
17 Brevis & extemporanea.
18 Quia uno eodemque dicto & facto.
19 Regem, ſc. Antiochum.
20 Sc. *regem*, id eſt, Ptolomæum.
21 Protexit ab injuriâ ejus.
22 Dubitat Valerius, priùs ne facta, an Rutilii graviter dicta commemoret, cùm utraque ſint commemoratione digniſſima.
23 Graviter dicta.
24 P. Rutilius.
25 Huic dicto tam gravi illa præclara Rutilii opera ſunt conformia.
26 Quia de judiciis Senatorius & equeſtris ordo inter ſe diſſidebant.

ſua [1] reus factus, nec [2] obſoletam veſtem induit, nec inſignia ſenatoris depoſuit, nec ſupplices [3] ad genua judicum manus tetendit; nec dixit quicquam [4] ſplendore præteritorum annorum humilius. [5] Effecitque ut periculum illud non impedimentum gravitatis ejus eſſet, ſed experimentum. Atque etiam cùm ei reditum in patriam Syllana victoria præſtaret, in exilio, ne quid adverſum leges faceret, remanſit. Quapropter [6] Felicis cognomen juſtius [7] quis moribus [8] graviſſimi viri, quam [9] impotentis armis aſſignaverit. [10] Quod quidem Sylla [11] rapuit. Rutilius meruit.

5 M. Brutus ſuarum prius [12] virtutum, quam [13] patriæ parentis [14] parricida ([15] uno enim facto & [16] illas in profundum præcipitavit, & omnem ſui nominis memoriam inexpiabili deteſtatione perfudit) [17] ultimum prœlium initurus, negantibus [18] quibuſdam [19] id committi oportere: Fidenter, inquit, in aciem deſcendo: hodiè enim aut rectè erit, aut [20] nihil curabo. Præſumſerat videlicet neque vivere ſe ſine victoria, neque mori ſine [21] ſecuritate poſſe.

1 In judicium protractus.
2 Squalidam & immundam, mœroris indicem.
3 Genua tum Deorum, tum hominum ſupplices attingere moris erat: in genibus enim miſericordiam poſuêre veteres.
4 Quam ut conveniret ſplendori.
5 Nam ex damnatione nihil à gravitate diſceſſit, ſed gravitatem multò magis comprobavit.
6 Quod Sylla ſibi ſumpſit.
7 Aliquis.
8 Rutilii.
9 Syllæ nequeuntis affectibus ſuis moderari, aut in victoriâ modum ſervare.
10 Felicis cognomen.
11 Violenter ſibi ſumpſit.
12 A quibus quaſi genitus erat: nam parentes dant nobis eſſe; virtutes benè eſſe: & ita erat, quaſi genitricum ſuarum interemptor.
13 Julii Cæſaris.
14 Nefarius interemptor.
15 Teterrima conſpiratione in C. Cæſarem.
16 Virtutes ſuas.
17 Cum Auguſto & Antonio.
18 Amicorum ejus.
19 Prælium.
20 De iis, quæ malè erunt. Q. d. Vel vincam, vel moriar. Rectè erit, ſi vicero: nihil curabo, ſi moriar.
21 A motione curarum de iis, quæ viventibus contingunt.

## EXTERNA.

1 [1] Cujus mentio mihi [2] ſubjicit, quod adverſus D. Brutum in Hiſpania graviter dictum eſt, [3] referre: Nam cùm ſe [4] ei tota penè Luſitania dedidiſſet, ac ſola [5] gentis ejus urbs Cinninia pertinaciter arma retineret, tentata [6] redemptione, propemodum uno ore legatis Bruti reſpondit: Ferrum ſibi à majoribus, quo urbem tuerentur, non aurum, quo libertatem ab imperatore avaro emerent, relictum. [7] Melius ſine dubio illud [8] noſtri ſanguinis homines dixiſſent, quam audiſſent.

2 Sed [9] illos quidem [10] natura in hæc gravitatis [11] veſtigia deduxit: Socrates autem Græcæ doctrinæ clariſſimum [12] columen, cùm Athenis [13] cauſam dicturus eſſet, [14] defenſionemque ei [15] Lyſias à ſe compoſitam, qua in judicio uteretur, recitaſſet, demiſſam & ſupplicem, [16] imminentique procellæ accommodatam, Aufer, inquit, quæſo [17] iſtam: nam ego ſi [18] adduci poſſem, ut eam [19] in ultima Scythiæ ſolitudine [20] perorarem, tùm me ipſe morte [21] mulctandum concederem. [22] Spiritum contempſit, ne careret gravitate, maluitque [23] Socrates extingui, quam [24] Lyſias ſupereſſe.

3 Quantus [25] hic in ſapientia, tantus in armis Alexander illam vocem nobiliter edidit. Dario

1 Proximè dicti. Tranſit autem ad externa, ita tamen ut proximum exemplum cum ſuperiori conjungat: dicit enim: mentio M. Bruti facit, ut, quod adverſus D. Brutum in Hiſpaniâ graviter dictum eſt, huic exemplo ſubnectam. 2 In memoriam reducit. 3 Ut referam. 4 Decio Bruto. 5 Luſitaniæ. 6 An vellet ſe & ſua auro redimere. 7 Scilicet hoc dictum meliùs conveniſſet Romanis hominibus, non ut ab aliis audirent: nam Romanum eſt & dura & fortia pati. 8 Romani. 9 Luſitanos. 10 Quæ eſt Luſitanis bellicoſa. 11 Irritamenta. 12 Suſtentaculum, decus. 13 Purgaret & defenderet ſe. 14 Orationem defenſivam. 15 Orator inſignis. 16 Inſtanti periculo. 17 Tam demiſſam defenſionem à te compoſitam. 18 Suaſione aut ratione, aut voluntate duci ad hoc. 19 Quæ eſt in Septentrione, ubi conſtat immanes & efferatas gentes eſſe. 20 Ad finem uſque haberem. 21 Puniendum. 22 Vitam nihil æſtimavit Socrates. 23 Non amiſsâ dignitate ſuâ. 24 Quam vivere tam demiſſo animo, ut erat Lyſias. 25 Socrates.

enim uno jam & [1] altero prœlio virtutem [2] ejus experto, atque ideò partem regni Tauro tenus monte, & filiam in matrimonium cum decies centum millibus talentûm pollicente; cùm [3] Parmenion dixiſſet, Se, ſi Alexander eſſet, uſurum conditione: reſpondit: Et ego uterer, ſi [4] Parmenion eſſem. Vocem duabus victoriis [5] reſpondentem, dignamque cui tertia, [6] ſicut evenit, tribueretur.

4 Atque [7] hæc quidem animi magnifici, & proſperi ſtatus: illa verò, qua legati Lacedæmoniorum apud patrem [8] ejus miſeram fortunæ ſuæ conditionem teſtati ſunt, generoſior, quam [9] optabilior. Intolerabilibus enim [10] oneribus [11] civitatem eorum implicanti, ſi quid [12] morte gravius imperare perſeveraret, [13] mortem ſe prælaturos reſponderunt.

5 [14] Nec parum grave Spartani cujuſdam dictum: ſiquidem nobilitate & [15] ſanctitate præſtans, & [16] in petitione magiſtratus [17] victus, maximæ ſibi lætitiæ eſſe [18] prædicavit, quòd aliquos patria ſua ſe meliores viros haberet. Quo ſermone [19] repulſam [20] honori [21] adæquavit.

1 Secundo prœlio: quia bis victus fuerat.
2 Alexandri.
3 Unus ex ducibus Alexandri.
4 Tam demiſſo animo ut tu.
5 Conformem, convenientem.
6 Quia tertiò Darium vicit, & victi ac in fugâ à ſuis interfecti regno potitus eſt.
7 Vox Alexandri.
8 Alexandri, ſc. Philippum.
9 Quia nemo optare debet, ut ad hanc conditionem veniat.
10 Nam tributarios faciebat, tantam pecuniam imperabat, quanta exolvi non poſſet.
11 Lacedæmonia.
12 Sc. Servitutem.
13 Id eſt, ſe malle mori, quam tam indigna pati.
14 Multum grave.
15 Vitæ.
16 Erat magiſtratus quidam, qui ex trecentis viris conſtabat: in quo quidem officio boni tantùm eligebantur.
17 Poſthabitus.
18 Palam dixit.
19 Quam ſuſtinuerat.
20 Quem ſibi prælatus adeptus erat.
21 Hoc eſt non minùs ex hoc dicto gloriæ ſibi comparavit, quam ſi magiſtratum adeptus eſſet.

## CAP. V.

# DE JUSTITIA.

## ROMANORUM.

1 Populi Rom.
2 Quatuor tribunorum plebis.
3 Ti. Gracchi Cenſ.
4 Collegii tribunorum plebis.
5 Cn. Domitii Ahenobarbi
6 L. Licinii Craſſi oratoris.
7 L. Cornelii Syllæ *Cos.*

## EXTERNORUM.

1 Pittaci Mitylenæi.
2 Ariſtidis Athenienſis.
3 Zaleuci Locrenſis.
4 Charundæ Thurii.

1 TEmpus eſt [2] juſtitiæ quoque ſancta [3] penetralia [4] adire, in [5] quibus ſemper æqui ac [6] probi facti reſpectus religioſa cum obſervatione verſatur: & [7] ubi ſtudium verecundiæ eſt, & cupiditas rationi cedit, nihilque utile, quod [8] parum honeſtum videri poſſit: [9] ducitur. [10] Ejus autem præcipuum & certiſſimum inter omnes gentes [11] noſtra civitas exemplum eſt.

I Camillo conſule [12] Faliſcos circumſedente, magiſter [13] ludi plurimos & nobiliſſimos [14] inde pueros, velut ambulandi gratia eductos, in caſtra Romanorum perduxit: Quibus [15] interceptis, non erat [16] dubium, quin Faliſci depoſita belli gerendi [17] pertinacia, tradituri ſe [18] noſtro imperatori eſſent. De ea re ſenatus cenſuit, ut pueri vinctum [19] magiſtrum virgis cædentes in [20] patriam remitterentur. Qua juſtitia animi [21] eorum ſunt capti, quorum mœnia [22] expugnari non poterant: namque Faliſci [23] beneficio magis, quam armis, victi, portas Romanis aperuerunt. [14] Eadem civitas aliquo-

1 Tranſit ad capitulum de Juſtitia.
2 Quæ, ſervatâ communi utilitate, jus ſuum unicuique tribuit ex dignitate cujuſque.
3 Loca, in quibus res ſacræ ſervantur.
4 Pro adeundi.
5 Penetralibus juſtitiæ.
6 Honeſti & approbandi.
7 In quibus.
8 Non ſatis.
9 Putatur, aut æſtimatur.
10 Juſtitiæ ſc.
11 Romana.
12 Urbem & populum ejus in Italiâ.
13 Sc. litterarii, id eſt, ſcholarum publicarum.
14 Ex urbe Faliſcorum.
15 Dolo magiſtri eorum captis. 16 Sc. ludimagiſtro. 17 Obſtinatò propoſito. 18 Romano. 19 Sc. *ſuum* 20 Faliſcos. 21 Faliſcorum. 22 Sc. vi. 13 Quia non ſemper gladio, ſed ſæpè beneficio vincitur hoſtis. 24 Faliſcorum.

ties rebellando, ſemperque adverſis contuſa prœliis, tandem ſe Q. Lutatio conſuli dedere coacta eſt. Adverſus quam ſævire cupiens populus Rom. poſtquam à Papirio (cujus manu, jubente conſule, verba [1] deditionis ſcripta erant) doctus eſt, Faliſcos non poteſtati, ſed fidei ſe Romanorum commiſiſſe; omnem iram placida mente depoſuit, pariterque & viribus odii, non ſane facilè vinci aſſuetis, & [2] victoriæ [3] obſequio, quæ promptiſſime [4] licentiam ſubminiſtrat, ne juſtitiæ ſuæ deeſſet, obſtitit. [5] Idem, cùm P. Claudius [6] Camerinos [7] ductu atque auſpiciis ſuis captos [8] ſub haſta vendidiſſet, etſi ærarium pecunia, [9] fines [10] agris auctos animadvertebat; tamen, quia [11] parum liquida fide [12] id geſtum ab [13] imperatore videbatur, maxima cura [14] conquiſitos [15] redemit, iiſque habitandi gratia locum in Aventino aſſignavit, & prædia eis reſtituit. [16] Pecuniam etiam non ad Curiam, ſed ad [17] ſacraria ædificanda, [18] ſacrificiaque facienda tribuit: juſtitiæque promptiſſimo [19] tenore effecit, ut exitio ſuo lætari poſſent, quia ſic [20] renati erant.

[21] Mœnibus noſtris, & finitimis regionibus, quæ adhuc retuli; quod ſequitur, per totum terrarum orbem [22] manavit. [23] Timochares Ambracienſis Fabricio conſuli pollicitus eſt, ſe [24] Pyrrhum veneno per filium ſuum, qui [25] potionibus ejus præerat, necaturum. Ea res cùm

1 Quâ ſe prius dediderant Faliſci.
2 Quæ facit homines inſolentes.
3 Secundo ſucceſſu.
4 Sæviendi, & plus, quam fas ſit, agendi.
5 Populus Romanus.
6 Italiæ populos. Camerium enim Italiæ oppidum eſt.
7 Virtute & felicitate ſuâ.
8 More prædæ militaris plurimum offerendi.
9 Limites imperii ſui; quia ager ille venit in poteſtatem populi Rom.
10 Camerinorum.
11 Non ſatis purâ, ſincerâ, atque fraudis experti fide: quia cùm eos in fidem accepiſſet, vendiderat.
12 Bellum ſc. aut opus vendendi. 13 P. Claudio. 14 Camerinos ſc. 15 Iterum emit, & libertati reſtituit. 16 Quæ ex prædâ ſupererat. 17 Repoſitoria ſacrorum, loca ubi ſacra continentur. 18 Ut emerentur victimæ. 19 Perpetuo ductu: quia unâ eâdemque ſedulitate juſtitiæ fecerunt, ut prodeſſet Camerinis captos fuiſſe à populo Romano: nam cùm ſemel venditi eſſent, poſteà redempti à populo Romano viſi ſunt renaſci. 20 Ad meliorem fortunam reſtituti: feliciùs enim deinceps in Aventino, quam in patriâ priùs habitâ, fuerunt. 21 Sc. *manaverunt*. 22 Diffuſum eſt. 23 Medicus. 24 Epirotarum regem, qui tunc pro Tarentinis contra Romanos bellum gerebat. 25 Diluendis ſc.

ad

ad ſenatum eſſet delata, miſſis legatis Pyrrhum monuit, ut adverſus hujus generis inſidias cautius ſe gereret: memor, Urbem à [1] filio Martis conditam: & armis bella, non venenis gerere debere. Timocharis autem nomen ſuppreſſit, utroque modo æquitatem amplexus: quia nec hoſtem [2] malo exemplo tollere, neque eum, qui [3] bene mereri paratus fuerat, prodere voluit.

2 Summa juſtitia in quatuor quoque tribunis pleb. eodem tempore conſpecta eſt. Nam cùm C. Atratîno (ſub quo duce aciem noſtram apud [4] Verruginem à Volſcis [5] inclinatam cum cæteris equitibus [6] correxerant) diem ad populum L. Hortenſius [7] collega eorum dixiſſet, [8] pro Roſtris juraverunt, in ſqualore ſe eſſe, quoad imperator ipſorum reus eſſet futurus. Non enim ſuſtinuerunt egregii juvenes, cujus armati periculum [9] vulneribus & ſanguine ſuo defenderant, [10] ejus [11] togati ultimum [12] diſcrimen, [13] poteſtatis inſignia retinentes, intueri: Qua juſtitia mota [14] concio [15] actione Hortenſium deſiſtere coëgit.

3 Nec ſe etiam [16] aliter eo facto, quod ſequitur, [17] exhibuit. Cum Ti. Gracchus, & C. Claudius, ob nimis ſevere geſtam cenſuram, majorem civitatis partem [18] exaſperaſſent, diem his P. Rutilius tribunus plebis [19] perduellionis ad populum dixit, præter [20] communem conſternationem, [21] privata etiam ira accenſus, quia neceſſarium ejus Rutilium ex publico loco [22] parietem [23] demoliri [24] juſſerant: Quo in judicio [25] primæ claſſis permultæ centuriæ [26] Claudium apertè damnabant: de

1 Romulo.
2 Pernicioſo futuro, ſi ſimili modo poſteri vincere tentarent.
3 De Romanis, id eſt, præſtare populo Romano beneficium.
4 Lacum in Volſcis.
5 Impulſam ad fugam aut occaſum.
6 Ipſi tribuni.
7 Etiam tribunus plebis.
8 Antè Roſtra.
9 Objiciendo ſc. corpora ſua hoſtibus pro duce ſuo.
10 Ducis ſui.
11 Domi & in urbe.
12 Periculum.
13 Tribunitiam poteſtatem gerentes.
14 Multitudo populi.
15 Cœptâ contrà C. Atratinum.
16 Quam, ut æquum erat, cenſendo.
17 Concio aut populus Romanus.
18 Exacerbaſſent, irritaſſent in ſe. 19 Cujus convicti, ut hoſtes condemnabantur. 20 Totius populi. 21 Sibi propriâ 22 Domus ſuæ. 23 Evertere. 24 Cenſores. 25 Ex quinque ſc. in quas populus Romanus diviſus erat ſecundum rationem cenſûs. 25 Cujus nomen & gens plebi ſemper inviſa fuit.

Gracchi abſolutione [1] univerſæ conſentire videbantur: Qui clara voce juravit, ſi de collega ſuo gravius eſſet judicatum, in factis paribus ſe [2] eandem cum illo pœnam exilii ſubiturum. Eaque [3] juſtitia tota illa [4] tempeſtas ab [5] utriuſque [6] fortunis & capite depulſa eſt. Claudium enim populus abſolvit: Graccho [7] cauſæ dictionem trib. Rutilius remiſit.

4 Magnam laudem & illud collegium tribunorum tulit, quod cùm unus ex eo L. Cotta fiducia [8] ſacroſanctæ poteſtatis creditoribus ſuis nollet [9] ſatisfacere, decrevit; Si neque ſolveret pecuniam, neque [10] daret cum quo ſponſio fieret, [11] appellantibus ſe creditoribus auxilio futurum: iniquum ratum, majeſtatem [12] publicam privatæ perfidiæ [13] obtentui eſſe. Itaque Cottam in tribunatu quaſi in aliquo [14] ſacrario latentem, tribunitia inde juſtitia extraxit.

5 [15] Cujus ut ad alium æque illuſtrem transgrediar, Cn. Domitius tribunus plebis M. Scaurum principem civitatis in judicium populi devocavit; [16] Ut ſi fortuna [17] aſpiraſſet, [18] ruinam: [19] ſin minus, [20] certè ipſa obtrectatione ampliſſimi viri [21] incrementum claritatis apprehenderet. [22] Cujus opprimendi cùm ſummo ſtudio [23] flagraret, ſervus Scauri ad eum noctu pervenit, inſtructurum ſe [24] ejus accuſationem multis & gravibus [25] domini criminibus promittens. Erant in eodem pectore Domitii, inimicus & dominus, diverſa æſtimatione, [26] nefarium indicium perpendentes: Juſtitia vicit odium. Continuò enim & [27] ſuis auribus [28] obſeratis, & indicis ore clauſo,

1 Centuriæ. 2 Quam ſc. illi ſubiiſſet. 3 Gracchi. 4 Ingruens commotio populi. 5 Tam Claudii, quam Gracchi. 6 Bonis. 7 Sui purgationem. 8 Tribunitiæ ſc. quam violare nefas eſſet. 9 Solvere. 10 Exhiberet ſe illi. 11 Collegam ſuum Cottam in jus. 12 Inventam, ut populum contra potentiam paucorum defendat. 13 Prætextui. 14 Templo, ubi tutus lateret, undè extrahi non poſſet. 15 Collegii tribunitii. 16 Duplici cauſâ fecit, ut, ſi fortunâ faveret, eum condemnaret, ſin minùs, ſuas ſaltem opes augeret. 17 Ita ut eum convincere poſſet. 18 Scauri. 19 Si non aſpiraſſet. 20 Saltem. 21 Clarior & nobilior fieret, eò quòd talem virum auſus eſſet in jus vocare. 22 Scauri. 23 Arderet Cn. Domitius. 24 Domitii. 25 Sui, ſc. Scauri. 26 Quod ſervus nefarius facere volebat, quia domini ſui ſecreta prodere voluit. 27 Domitii ſc. qui id juſſerat. 28 Clauſis, ne audiret delationem ſervi contra dominum.

duci [1] cum ad Scaurum juſſit. [2] Accuſatorem etiam [3] reo ſuo, ne dicam diligendum, certe laudandum, [4] quem populus cum propter alias virtutes, [5] tum [6] hoc nomine libentius & conſulem, & cenſorem, & pontificem maximum fecit.

6 Nec aliter ſe L. Craſſus in eodem juſtitiæ experimento geſſit. C. Carbonis nomen [7] infeſto animo utpote inimiciſſimi ſibi detulerat: ſed tamen [8] ſcrinium ejus à [9] ſervo allatum ad ſe, [10] complura continens, quibus facile opprimi poſſet, ut erat ſignatum, cum ſervo [11] catenato ad [12] eum remiſit. [13] Quo pacto igitur inter amicos viguiſſe tunc juſtitiam credimus, cùm inter accuſatores quoque & reos tantum virium obtinuiſſe videamus?

7 Jam L. Sylla non ſe tam incolumem, quam Sulpicium Rufum perditum voluit, [14] tribunitio furore [15] ejus ſine fine vexatus. Ceterum cùm eum proſcriptum, & in villa latentem à ſervo proditum comperiſſet; [16] manumiſſum parricidam, [17] ut fides edicti ſui extaret, præcipitari protinus è ſaxo Tarpejo cum illo [18] ſcelere [19] parto pileo juſſit. Victor [20] alioquin inſolens, hoc imperio [21] juſtiſſimus.

## EXTERNA.

1 Verùm ne [22] alienigenæ juſtitiæ obliti videamur, Pittacus Mitylenæus, cujus aut [23] meritis tantum cives debuerunt, aut [24] moribus

1 Servum.
2 O accuſatorem Domitium.
3 Scauro: quia difficile eſt ob talem æquitatem inimicum diligere.
4 Accuſatorem Domitium.
5 Pariter.
6 Hac ratione, & hoc merito.
7 Inimico, & ei vim paranti, & damnum inferre volenti.
8 Arculam Carbonis.
9 Carbonis.
10 Scripta.
11 Catenis vincto.
12 C. Carbonem.
13 Per interrogationem Valerius oſtendit, magnam vim habere juſtitiam: & argumentum facit à Majori ad Minus.
14 Hic enim Sulpitius Rufus tribunus plebis inauditæ ſuperbiæ & temeritatis fuit, qui trecentos ſecum milites habebat quaſi ſatellites.

15 Rufi. 16 Libertate donatum domini & quaſi patris ſui occiſorem. 17 Quia edixerat, quod, quicunque ſervus proſcriptum indicaret, libertatem aſſequeretur. 18 Proditionis. 19 Partâ libertate. Nam raſo tantum capite pileum ſervi capere ſolebant, cùm libertate donarentur. 20 In aliis factis ſuis. 21 Quia ſervum præcipitari juſſerat. 22 Externarum gentium. 23 Quia eos ab Athenienſium jugo liberaverat. 24 Quia inter ſapientes habitus eſt, & honeſtè vixit.



[Library stamp: ...DE GRANADA Hospit. Real Biblioteca]

crediderunt, ut [1] ſuis in ſuffragiis [2] tyrannidem deferrent; tam diu illud imperium [3] ſuſtinuit, quamdiu bellum [4] de Sigæo cum Athenienſibus gerendum fuit. Poſtquam autem pax victoriâ [5] parta eſt, continuò [6] reclamantibus Mitylenæis [7] depoſuit; ne dominus civium [8] ultra quam reip. neceſſitas exegerat, permaneret. Atque etiam, cùm [9] recuperati agri dimidia pars conſenſu [10] omnium [11] offerretur; [12] avertit animum ab eo munere; deforme judicans, virtutis gloriam magnitudine prædæ minuere.

2 [13] Alterius nunc mihi prudentia referenda eſt, ut [14] alterius [15] repræſentari juſtitia poſſit. Cùm ſaluberrimo conſilio [16] Themiſtocles migrare Athenienſes in claſſem coëgiſſet, Xerxeque rege, & copiis ejus Græcia pulſis, ruinas [17] patriæ in priſtinum habitum reformaret, & opes [18] clandeſtinis molitionibus ad principatum Græciæ [19] capeſſendum nutriret; in [20] concione dixit, habere ſe rem [21] deliberatione ſua proviſam, quam ſi fortuna ad effectum perduci paſſa eſſet, nihil [22] majus aut [23] potentius Athenienſi populo futurum, ſed eam [24] vulgari non oportere. Poſtulavitque ut aliquis ſibi, cui illam tacite exponeret, daretur. [25] Datus eſt Ariſtides. [26] Is poſtquam cognovit, claſſem illum Lacedæmoniorum, quæ tota apud [27] Gytheum [28] ſubducta erat, [29] velle incendere, ut ea conſumpta dominatio maris [30] ipſis cederet; proceſſit ad cives, & retulit. Themiſtoclem ut utile conſilium, ita minimè

1 Proprio favore.
2 Imperium ſuæ urbis.
3 Sibi tenuit.
4 De poſſeſſione Sigæi promontorii.
5 Mitylenæis.
6 Contra clamantibus, clamore, ſe id nolle, atteſtantibus.
7 Tyrannidem aut imperium.
8 Nam devictis hoſtibus, & partâ victoriâ, cùm operam patriæ ſuam minimè neceſſariam videret, imperium ſuum depoſuit.
9 Ab Athenienſibus in Sygæo.
10 Mitylenæorum.
11 Sc. *ei*.
12 Pittacus.
13 Viri, ſc. Themiſtoclis, qui utile conſilium invenit.
14 Viri, ſc. Ariſtidis, qui faciendum eſſe negavit.
15 Oculis legentium, aut auribus audientium iſta.
16 Athenienſium dux.
17 Urbis Athenienſis, per Xerxem deſtructæ, & quaſi ſolo æquatæ.
18 Occultis conatibus
19 Invadendum.
20 Oratione ad populum.
21 Meditatione animi ſui excogitatam.
22 Quantum ad utilitatem.
23 Quantum ad imperium.
24 Vulgo indicari.
25 Themiſtocli ut ei conſilium ſuum communicaret.
26 Ariſtides.
27 Portum.
28 In littus tracta. *Subducere* enim propriè eſt in littus trahere: *deducere* verò in mare ducere.
29 Themiſtoclem.
30 Athenienſibus.

juſtum animo volvere. [1] E veſtigio univerſa concio quod æquum non videretur, [2] ne expedire quidem proclamavit, ac protinus Themiſtoclem incepto deſiſtere juſſit.

3 Nihil illis etiam juſtitiæ exemplis fortius. [3] Zaleucus urbe Locrenſium à ſe saluberrimis atque utiliſſimis legibus munita, cùm filius ejus adulterii crimine damnatus, ſecundum jus ab [4] ipſo conſtitutum, utroque oculo carere deberet, ac tota civitas in honorem patris pœnæ neceſſitatem adoleſcentulo remitteret, aliquamdiu repugnavit: Ad ultimum precibus [5] populi evictus, ſuo prius, deinde filii oculo [6] eruto, uſum videndi [7] utrique reliquit. Ita debitum ſupplicii [8] modum legi reddidit, æquitatis admirabili temperamento, ſe [9] inter miſericordem patrem & juſtum legiſlatorem partitus.

4 Sed aliquanto Charundæ Thurii [10] præfractior atque [11] abſciſſior juſtitia. Ad vim & cruorem uſque ſeditioſas [12] conciones civium pacaverat, lege cavendo, ut ſi quis [13] eas cum [14] ferro intraſſet, continuò interficeretur. Interjecto deinde tempore, ex longinquo rure gladio cinctus, domum repetens, ſubitò indicta [15] concione, [16] ſicut erat, in eam proceſſit: ab eoque, qui proximè conſtiterat, [17] ſolutæ à ſe legis ſuæ monitus: Idem ego illam, inquit, [18] ſanciam: ac protinùs ferro, quod habebat, diſtricto incubuit. Cùmque liceret [19] culpam vel diſſimulare, vel [20] errore defendere: pœnam tamen [21] repræſentare maluit, ne qua fraus juſtitiæ fieret.

1 Priuſquam Ariſtides, aut ipſi veſtigium mutarent.
2 Non etiam utile eſſe.
3 Locrenſium princeps fuit, & legum lator: ſicut Solon Athenienſium: Lycurgus Lacedæmoniorum.
4 Zaleuco.
5 Precantis ne filium excæcaret.
6 Evulſo.
7 Et ſibi & filio.
8 Menſuram.
9 Ne omninò crudelis eſſet in filium.
10 Aſperior & rigidior: quia res rigida prius frangitur, quam flectitur.
11 Brevior, & quaſi minùs deliberato animo facta.
12 Quia ſæpè concionibus irritata plebs uſque ad ſanguinem certabat.
13 Conciones.
14 Armis.
15 Convocatione populi.
16 Sc. accinctus gladio.
17 Quod legem ſuam ſolviſſet.
18 Sanguine meo firmam & ſanctam efficiam.
19 Sc. negando ſe culpam admiſiſſe, quia legiſlator non videtur ſub lege teneri.
20 Quia non dedita operâ è domo accinctus gladio proceſſerat, ſed rure, ut erat accinctus, in concionem venerat.
21 Exhibere populo & perſolvere pœnam tranſgreſſionis.

CAP.

## CAP. VI.

# DE FIDE PUBLICA,

QUAM COLUERE

1 Senatus Rom.
2 L. Manlius, M. Atilius *Cus.*
3 Idem Senatus Rom.
4 P. Africanus ſuperior.
5 Idem Senatus Romanus.

EXTERNI.

1 Saguntini.
2 Petellini.

[1] Hujus imagine ante oculos poſita, venerabile fidei numen dexteram ſuam, certiſſimum [2] ſalutis humanæ pignus, [3] oſtentat. [4] Quam ſemper in noſtra civitate viguiſſe, & omnes gentes ſenſerunt, & nos paucis exemplis [5] recognoſcamus.

1 Cùm Ptolomæus [6] rex tutorem populum Rom. filio reliquiſſet, ſenatus M. Æmilium Lepidum Pont. max. bis conſulem ad pueri tutelam gerendam Alexandriam miſit: ampliſſimique & integerrimi viri ſanctitatem reip. [7] uſibus & [8] ſacris operatam externæ procurationi [9] vacare voluit; ne fides civitatis noſtræ fruſtra [10] petita exiſtimaretur. [11] Cujus [12] beneficio [13] regia incunabula conſervata pariter ac decorata, incertum [14] Ptolomæum reddiderunt, patriſne [15] fortuna magis, an [16] tutoris majeſtate gloriari deberet.

2 Speciosâ quoque [17] illa [18] Romana fides. Ingenti [19] Pœnorum claſſe circa Siciliam de-

1 Jam dictæ virtutis, ſc. juſtitiæ. Tranſiturus ad capitulum ſequens de fide publicâ Valerius, ne hoc abruptè facere videatur, quaſi præfatione utitur: dicit enim, juſtitiam fidei dextram porrigere, ut ſibi ſuccurrat: nam fides (ut ait Cicero) eſt totius juſtitiæ fundamentum.
2 Quia ſine fide humani generis ſocietas ſtare non poſſet.
3 Porrigit, ut ſibi ſuccurrat: nam fides (ut diximus) eſt totius juſtitiæ fundamentum: ideòque ubi juſtitia, illic etiam fides eſt. 4 Fidem. 5 Atteſtemur. 6 Ægypti. 7 Utilitati. 8 Quia Pontifex Maximus ſacra publica faciebat. 9 Operam plenam dare & intentam eſſe. 10 A Ptolomæo patre. 11 M. Æmilii. 12 Non minorem ſplendorem & gloriam ab hac tutelâ Ptolomæus accepit, quam à genere paterno. 13 Vitæ regis primordia. 14 Filium. 15 Regno. 16 Æmilii. 17 Sc. ſequens. 18 Romanæ civitatis. 19 Carthaginenſium.

victa, duces ejus [1] fractis animis conſilia petendæ pacis agitabant. Quorum Amilcar ire ſe ad [2] conſules negabat audere; ne eodem modo catenæ ſibi injicerentur, quo ab [3] ipſis Cornelio Aſinæ [4] conſuli fuerant injectæ. Hanno autem certior Romani animi æſtimator, nihil tale timendum ratus, maxima cum fiducia ad colloquium [5] eorum tetendit: Apud quos cùm [6] de belli fine ageret: & tribunus militum ei dixiſſet; poſſe [7] illi meritò evenire, quod [8] Cornelio accidiſſet: uterque conſul, tribuno tacere juſſo. [9] Iſto te, inquit, [9] metu, Hanno, fides civitatis noſtræ liberat. Claros [10] illos fecerat, [11] tantum hoſtium ducem vincere potuiſſe; ſed multò clariores fecit, [12] noluiſſe.

3 Adverſus [13] eoſdem hoſtes parem fidem in [14] jure legationis tuendo Patres conſcripti exhibuere. M. enim Æmilio Lepido, C. Flaminio Coss. L. Minucium, & L. Manlium Carthaginienſium legatis, quia [15] manus his attulerant, per [16] feciales Culeo prætor ex S. C. [17] dedendos curavit. [18] Se tunc ſenatus, non [19] eos, quibus hoc præſtabatur, aſpexit.

4 Hæc exempla [20] ſuperior Africanus ſecutus: cùm onuſtam multis, & illuſtrium Carthaginienſium viris navem in ſuam poteſtatem redegiſſet, inviolatam dimiſit, quia ſe legatos ad eum miſſos dicebant: Tametſi manifeſtum erat, illos vitandi præſentis periculi gratia falſum legationis nomen amplecti, ut Romani imperatoris potius [21] decepta fides, quam fruſtra implorata judicaretur.

5 [22] Repræſentemus etiam illud ſenatus nullo modo prætermittendum [23] opus. Lega-

1 Habentes animos fractos & deſperantes de victoriâ.
2 Romanos.
3 Pœnis.
4 Romano.
5 Conſulum Romanorum.
6 De bello finiendo.
7 Hannoni, ſc. ut in vincula conjiceretur.
8 Aſinæ.
9 Quo times in vincula conjici, ob dictum tribuni militum: nam priùs non timere dictus eſt.
10 Conſules.
11 Hannonem.
12 Vincere.
13 Pœnos aut Carthaginenſes.
14 Ut legati tuti ſint & inviolati ſecundum jus gentium.
15 Hos legatos violenter pulſaverant.
16 Sacerdotes, qui fœderibus feriendis & bellis legitimè indicendis præerant.
17 In poteſtatem dandos.
18 Quid ſe deceret, aut fidem ſuam.
19 Fœdifragos. Q. d. Senatus non reſpexit quid mererentur Carthaginienſes, qui toties fœdera frangerent, ſed jus gentium eſſe ſervandum fidemque publicam.
20 Major.
21 Per fraudem Punicam.
22 In medium proferamus.
23 Factum aut exemplum.

tos ab urbe [1] Apollonia Romam miſſos, Q. Fabius, & Cn. Apronius ædiles [2] orta contentione pulſaverunt. [3] Quod ubi comperit, continuò eos per [4] feciales legatis [5] dedidit, quæſtoremque cum his Brunduſium ire juſſit, ne quam in itinere à cognatis deditorum injuriam acciperent. [6] Illam Curiam, mortalium quis [7] concilium, ac non Fidei Templum dixerit? Quam ut civitas noſtra ſemper benignam præſtitit; ita in [8] ſociorum quoque animis conſtantem recognovit.

## EXTERNA.

1 [9] Nam ante [10] duorum in Hiſpania [10] Scipionum, totidemque Romani ſanguinis exercituum miſerabilem ſtragem [11] Saguntini victricibus Annibalis armis intra mœnia urbis ſuæ compulſi, cum vim Punicam ulterius nequirent [12] arcere; [13] collatis in forum quæ unicuique erant cariſſima, atque undique circumdatis, accenſiſque ignis [14] nutrimentis, ne à ſocietate noſtra [15] deſciſcerent, publico & communi [16] rogo ſemet ipſi ſuperjecerunt. [17] Crediderim, tunc ipſam [18] Fidem humana negotia ſpeculantem, [19] mæſtum geſſiſſe vultum; perſeverantiſſimum ſui cultum iniquæ fortunæ judicio tam acerbo exitu damnatum cernentem.

2 [20] Idem præſtando [21] Petellini eundem laudis honorem meruerunt. Ab Annibale,

1 Quæ eſt in Ponto.
2 Inter Ædiles & legatos.
3 Poſtquam illud Ædilium factum Senatus cognovit.
4 Fœderum feriendorum & bellorum legitimè indicendorum officiales.
5 In poteſtatem dedit.
6 Siquis Curiam diligentiùs conſideret, non potiùs fidei templum dicet, quam mortalium refugium? Ergo *illam*, id eſt, tam fidam.
7 Cœtum.
8 Utpote Saguntinorum & Petellinorum, de quibus ſequentia ſunt exempla, ad quæ paraſceven facit.
9 Nunc ad externa tranſit exempla; & primò de Saguntinis, qui in fide Ro. pertinaciter conſtiterunt.
10 Cnæi & Publii.

11 Cives Sagunti urbis in Hiſpaniæ finibus opulentiſſimæ. 12 Amovere à ſe. 13 Comportatis, congeſtis. 14 Fomentis, id eſt, combuſtibilibus. 15 Factâ ſc. deditione. 16 Pyræ ardenti. 17 Quaſi per deplorationem hoc dicit Valerius: non dubitaverim Fidem, tunc humana facta conſiderantem, Saguntinorum caſum fuiſſe miſeratam, cùm tam conſtantes ſui numinis cultores iniquo judicio fortuna ad necem adeò crudelem impulerit. 18 Deam. 19 Cùm videret res hominum adeò fidelium malè verſari. 20 Eandem fidem, aut eundem exitum pro fide, quem Saguntini. 21 Cives Petiliæ, urbis Calabriæ.

quia [1] deficere noſtram amicitiam noluerant, obſeſſi: legatos ad ſenatum [2] auxilium implorantes miſerunt. Quibus propter [3] recentem cladem Cannenſem [4] ſuccurri non potuit; cæterum [5] permiſſum eſt, uti facerent, [6] quod utiliſſimum incolumitati ipſorum videretur. [7] Liberum ergo erat, Carthaginienſium gratiam amplecti. Illi tamen fœminis omnique ætate imbelli [8] urbe ejecta, quò diutiùs armati famem [9] traherent, pertinaciſſimè in muris perſtiterunt; [10] expiravitque prius eorum tota civitas, quam ulla ex parte Romanæ ſocietatis reſpectum deponeret. Itaque Annibali [11] non Petelliam, ſed [12] fidei Petellinæ ſepulchrum capere contigit.

1 Per defectionem deſiſtere & recedere ab amicitiâ Romanâ.
2 Contra Annibalem.
3 Paulò antè à Romanis apud Cannas acceptam.
4 A Senatu.
5 Petellinis.
6 Id eſt, ſi ita videretur, ſeſe dederent Annibali.
7 In liberâ Petellinorum poteſtate.
8 Sc. ſuâ Petiliâ.
9 Protraherent & ſuſtinerent.
10 Spiritum emiſit.
11 Quia exſtinctis civibus Petilia eſſe quodammodo deſierat.
12 Propter fidem exſtinctæ Petiliæ.

## CAP. VII.

## DE FIDE UXORUM ERGA MARITOS.

1 Æmiliæ L. F. Tertiæ, P. Africani majoris. 2 Thuriæ Q. Lucretii Veſpillonis. 3 Sulpiciæ Lentuli.

I [1] Atque ut uxoriam quoque fidem attingamus: Tertia Æmilia, [2] Africani prioris uxor, mater Corneliæ [3] Gracchorum, tantæ fuit [4] comitatis & [5] patientiæ, ut, cùm ſciret viro ſuo ancillulam ex ſuis gratam eſſe, [6] diſſimulaverit: ne [7] domitorem orbis Africani fœmina impudicitiæ reum ageret: Tantumque à vindicta mens [8] ejus abfuit, ut

1 Nunc tranſit ad cap. 7. in quo tractat exempla fidei, quam uxores præſtitêre maritis. Et primò de Tertiâ Æmiliâ.
2 Scipionis.
3 Matris Caii & Tiberii Gracchorum.
4 Lenitatis.
5 In tolerandis alienis moribus.
6 Finxerit, ſignificaverit ſe neſcire.
7 Qui duas Hiſpanias, Sardiniam, Siciliam, & Africam domuerat.
8 Uxoris, ſc. Tertiæ Æmiliæ.

poſt

poſt mortem Africani [1] manumiſſam [2] ancillam in matrimonium liberto ſuo daret.

2 [3] Q. Lucretium proſcriptum à [4] triumviris uxor Thuria inter [5] cameram & tectum [6] cubiculi abditum, una conſcia ancilla, ab imminente exitio, [7] non ſine magno periculo ſuo, tutum præſtitit: ſingularique fide id egit, ut cùm cæteri [8] proſcripti in alienis & hoſtilibus regionibus per ſummos corporis & animi cruciatus vix evâderent; [9] ille in cubiculo, & in conjugis ſinu ſalutem retineret.

3 [10] Sulpicia autem cùm à matre Julia diligentiſſimè cuſtodiretur, ne Lentulum virum ſuum proſcriptum à triumviris in Siciliam ſequeretur: nihilominus famulari veſte ſumpta, cum duabus ancillis, totidemque ſervis ad eum clandeſtina fuga pervenit. Nec recuſavit ſe ipſam proſcribere, ut ei fides ſua [11] in conjuge proſcripto conſtaret.

1 In libertatem aſſertam. 2 Sc. illam. 3 Adfert alterum exemplum uxoriæ charitatis magis laudabile: quia in re magis probandâ. 4 Auguſto, Antonio, & Lepido. 5 Cubile arcuatum, id eſt, curvaturam ſuperiorem tecti. 6 Loci, in quò erat cubile, id eſt, inter tabulatum ſuperius, & tecti curvamen. 7 Lex enim erat, Quicunq; proſcriptum occultaret, eâdem pœnâ damnaretur. 8 Quarum nomina in publico proſcipta erant; & quicunque ea vidiſſet, jus faſque eorum occidendorum habebat. 9 Q. Lucretius. 10 Uxor Lentuli. 11 In proſcriptione conjugis evidens eſſet.

## CAP. VIII.

## DE FIDE SERVORUM ERGA DOMINOS.

1 M Antonii oratoris ſervus.
2 C. Marii C. F. *Cos.* ſervus.
3 C. Gracchi Philocrates.
4 C. Caſſii Pindarus.
5 Cn. Plotii Planci familia.
6 Urbinii Anapionis ſervus.
7 Antii Reſtionis ſervus.

[1] REſtat ut ſervorum etiam erga dominos, [2] quò minus exſpectatam, [3] hoc [4] laudabiliorem fidem referamus.

1 Octavum caput de fide ſervorum, quam erga dominos ſuos perſeveranter præſtiterunt. Primum autem exemplum eſt ſervi cujuſdam M. Antonii, oratoris ætate ſuâ præſtantiſſimi. 2 Quantò. 3 Tantò. 4 Nam ſervi ſolent eſſe infideles: ſi ergo in eorum numero aliquis fidelis inveniatur, laudabilior erit, quia non exſpectatur.

1 M. An-

1 M. Antonius, avorum noſtrorum temporibus clariſſimus orator, [1] inceſti reus agebatur; [2] Cujus in judicio accuſatores [3] ſervum in [4] quæſtione perſeverantiſſimè poſtulabant; quòd ab [5] eo, cùm ad ſtúprum [6] iret, [7] laternam prælatam [8] contenderent. Erat autem [9] is etiam tum imberbis, & ſtabat [10] coram, videbatque rem ad [11] ſuos cruciatus pertinere, nec tamen eos fugitavit. [12] Ille verò, ut domum quoque ventum eſt, Antonium [13] hoc nomine vehementiùs confuſum & ſolicitúm ultrò eſt hortatus, ut [14] ſe judicibus torquendum traderet; affirmans nullum ore ſuo verbum exiturum, quo cauſa ejus læderetur. Ac promiſſi fidem mira patientia præſtitit: plurimis etiam laceratus verberibus, [15] eculeoque impoſitus, [16] candentibus etiam [17] laminis uſtus, omnem vim accuſationis, cuſtodita [18] rei ſalute, ſubvertit. [19] Argui fortuna meritò poteſt, quòd tam pium & tam fortem ſpiritum ſervili nomine incluſit.

2 Conſulem autem C. Marium Præneſtinæ obſidionis [20] miſerabilem exitum ſortitum, [21] cuniculi latebris [22] fruſtra evadere conatum, [23] levique vulnere à [24] Theleſino, cum quo commori deſtinaverat, [25] perſtrictum, ſervus ſuus ut Syllanæ crudelitatis [26] expertum faceret, gladio trajectum interemit; cùm magna præmia ſibi propoſita videret, ſi [27] eum victoribus tradidiſſet: Cujus dexteræ tam opportunum miniſterium nihil eorum pietati cedit, à quibus ſalus dominorum protecta eſt. Quia eo

1 Stupri commiſſi cum Veſtali.
2 Criminis aut hominis.
3 Antonii.
4 Inquiſitionem violentam per tormenta faciendam.
5 Servo.
6 Dominus ejus M. Antonius.
7 A *latendo* dictam, quòd intùs *lateat ignis*.
8 Aſſeverarent.
9 Servus.
10 In conſpectu judicum & accuſatorum.
11 Quos ſuſtinere deberet.
12 Servus.
13 Hac causâ, quòd audivit ſervum ad quæſtionem poſtulari.
14 Servum.
15 Tortorio illi inſtrumento, in quod extendebantur, quaſi in áſperrimum dorſum equi, qui torquebantur.
16 Ignitis.
17 Ferreis.
18 Sc. domini ſui.
19 Jure accuſari poſſe fortuna videtur, quòd tam fortem conſtantemque animum in ſervo concluſerit. Merebatur enim ingenui corporis ſedem. 20 Quia captionem. 21 Subterranei meatus, à ſimilitudine animalis, quod cavernis ſubterraneis delectatur. 21 Quia agnitus & deprehenſus à Syllanis eſt. 23 Modico & non profundo. 24 Socio fugæ. 25 Sauciatum quaſi in ſuperficie corporis. 26 Immunem. 27 Marium vivum.

tempore

tempore Mario non vita, ſed mors [1] in beneficio repoſita erat.

3 Æque illuſtre quod ſequitur. C. Gracchus ne in poteſtatem [2] inimicorum veniret, [3] Philocrati ſervo ſuo cervices incidendas præbuit. Quas cùm [4] celeri ictu abſcidiſſet, gladium cruore [5] domini madentem per ſua egit [6] præcordia. [7] Euporum alii [8] hunc vocitatum exiſtimant: ego de nomine nihil diſputo, [9] famularis tantummodo fidei [10] robur admiror: [11] Cujus ſi præſtantiam animi generoſus [12] juvenis imitatus foret, [13] ſuo, non ſervi beneficio imminentia ſupplicia vitaſſet: [14] nunc commiſit, ut Philocratis, quam Gracchi cadaver [15] ſpecioſius jaceret.

4 [16] Alia nobilitas, [17] alius furor, ſed fidei [18] par exemplum. Pindarus C. Caſſium [19] Philippenſi prœlio victum, [20] nuper ab eo manumiſſus, juſſu [21] ipſius obtruncatum, inſultationibus hoſtium ſubtraxit. Seque è conſpectu hominum voluntaria morte [22] abſtulit, ita ut ne corpus quidem ejus abſumpti inveniretur. [23] Quis Deorum [24] graviſſimi ſceleris ultor, illam [25] dexteram, quæ in necem [26] patriæ parentis exarſerat, tanto torpore illigavit, ut ſe tremebunda Pindari genibus ſubmitteret, ne publici parricidii, quas merebatur pœnas, arbitrio [27] pii victoris exolveret? [28] Tu pro-

1 Pro beneficio habita.
2 Lucii Opimii & aliorum nobilium.
3 Quem Euporum Macrobius dictum vult.
4 Priuſquam inimici advenirent.
5 Sui Gracchi
6 Pectora uſque ad penetralia cordis.
7 Quem alii Philocratem appellant.
8 Servum.
9 Servi in familiâ ejus educati.
10 Firmitatem.
11 Servi. Dicit autem hunc Gracchum laudabiliorem futurum fuiſſe, ſi mortem ſibi conſciviſſet, quam ſi à ſervo beneficium ſuſcepiſſet.
12 Gracchus.
13 Quia ſe ipſum intereiſſet, ſicut ſervus fecit.
14 Ex hac puſillanimitate.
15 Majoris æſtimationis.
16 Sc. ſequitur ſugillanda. Taxat autem cum laude ſervorum puſillanimitatem dominorum, & præcipuè Caii Caſſii.
17 Sc. fuit in eâ repertus.
18 Æqualis roboris.
19 Juxtà Pharſaliam.
20 Qui Pindarus paulò antè illud tempus ab eo in libertatem erat aſſertus.
21 Caſſii.
22 Quia fortaſſe in puteum ſe demiſit.
23 Ad Tiberii aſſentationem hoc dicit, neſcire ſe quis Deorum Caſſii manus alligaverit, quæ cùm paulò antè in Cæſaris necem exarſerint, nunc in ipſum tantoperè elanguerint, ut ſibi mortem inferre trepidarent: maluerit quoque Caſſius ſervi beneficio, quam virtute ſuâ, parricidii pœnas evadere.
24 Parricidii aut necis Cæſaris.
25 Caſſii.
26 Julii Cæſaris.
27 Auguſti.
28 Reſponſio.

fecto, [1] tu Dive Juli [2] cœleſtibus tuis vulneribus debitam exegiſti vindictam, perfidum erga te [3] caput [4] ſordidi auxilii ſupplex fieri cogendo, eo animi [5] æſtu compulſum; ut neque retinere vitam vellet, neque [6] finire manu ſua auderet.

5 Adjunxit ſe iis cladibus C. Plotius Plancus, Munacii Planci conſularis & cenſorii frater, qui cum à [7] triumviris proſcriptus in regione [8] Salernitana lateret, delicatiore vitæ genere, & [9] odore unguenti, occultam ſalutis cuſtodiam [10] detexit: [11] Iſtis enim [12] veſtigiis, eorum qui miſeros perſequebantur, [13] ſagax inducta cura, [14] abditum fugæ illius cubile odorata eſt. A [15] quibus comprehenſi ſervi, [16] multumque ac [17] diu [18] torti, negabant ſe ſcire, ubi dominus eſſet. Non ſuſtinuit deinde Plancus tam fideles, tamque boni exempli ſervos ulteriùs cruciari: ſed proceſſit in medium, jugulumque gladiis militum objecit. [19] Quod certamen mutuæ benevolentiæ [20] arduum dignoſci facit, utrum dignior dominus fuerit, qui tam conſtantem ſervorum fidem experiretur; an [21] ſervi, qui tam juſti domini miſericordia [22] quæſtionis ſævitia liberarentur.

[23] Quid Urbinii Panopionis ſervus, quàm admirabilis [23] fidei! Qui cùm ad [24] dominum proſcriptum occidendum, [25] domeſticorum

1 Pergit in aſſentatione ſuâ, cùm dicat Cæſaris nomen graviter ultum cædem injuriamque ſuam, qui Caſſium, ſummæ auctoritatis virum, ſordido ſervo ſupplicem fieri coëgit, ut ſibi mortem inſerret, quam ipſe ſibi conſciſcere non auderet.

2 In corpore, cœlo debito, exceptis.

3 Caſſium ipſum ſupplicem fieri. Pars pro toto.

4 Qui imploravit auxilium ſervi.

5 Anguſtatione, fluctuatione.

6 Quod certè plus decuiſſet.

7 Auguſto, Antonio, & Lepido.

8 Salernum civitas Lucaniæ eſt.

9 Quia in tantâ calamitate ſe unguentis delibuere miſer non deſtitit.

10 Revelavit. 11 Ordo eſt: Enim, id eſt, quia cura ſagax eorum, qui perſequebantur miſeros, inducta iſtis veſtigiis, odorata eſt abditum cubile fugæ ejus. 12 Indiciis unguenti. 13 Solers, aſtuta. 14 Latebras ejus odore perſenſit more canum, qui ſagaces, id eſt, boni ferarum indagatores naſci ſolent. 15 Perſecutoribus. 16 Quantum ad magnitudinem ſupplicii. 17 Quantum ad temporis longitudinem. 18 Cruciati, tormento affecti. 19 Dominus & ſervus de mutuâ benevolentiâ. 20 Difficile. 21 Scilicet *fuerint digniores*. 22 Inquiſitionis domini per tormenta & cruciatus maximos. 23 Fidelitatis ſcilicet in dominum fuit. 24 Panopionem. 25 Familiarium Panopionis, qui indicarent, ipſum eſſe in villâ ſuâ.

indicio [1] certiores factos milites in Reatinam villam veniſſe cognoſſet; commutata cum [2] eo veſte, permutato etiam annulo, [3] illum [4] poſtico [5] clam emiſit, ſe autem in cubiculum ac [6] lectulum recepit, & ut Panopionem occîdi paſſus eſt. Brevis hujus facti narratio, ſed [7] non parva materia laudationis. Nam ſi quis antę [8] oculos ponere velit ſubitum militum [9] accurſum, [10] convulſa januæ clauſtra, minacem [11] vocem, [12] truces vultus, fulgentia arma; rem vera æſtimatione proſequetur: [13] Nec quam citò dicitur aliquem pro alio mori voluiſſe, tam id ex facili etiam fieri potuiſſe arbitrabitur. Panopion autem quantum ſervo deberet; amplum ei faciendo monimentum, ac teſtimonium pietatis [14] grato titulo reddendo teſtatus eſt.

7 Contentus eſſem [15] hujus generis exemplis: niſi [16] unum me dicere admiratio facti cogeret. Antius Reſtio [17] proſcriptus à [18] triumviris, cùm omnes domeſticos [19] circa rapinam & prædam occupatos videret, quam maxime poterat [20] diſſimulatâ fugâ ſe [21] penatibus ſuis intempeſta nocte ſubduxit, [22] Cujus [23] furtivum egreſſum ſervus ab eo [24] vinculorum pœna coërcitus, [25] inexpiabilique literarum nota per ſummam [26] oris contumeliam [27] inuſtus, [28] cu-

1 Edoctos
2 Domino ſuo.
3 Dominum ſuum.
4 Per oſtium poſterius, cùm milites anterius pulſarent.
5 Militibus.
6 Domini ſui.
7 Magna.
8 Mentis.
9 Terribilem ſc. utpote animo interficiendi.
10 E cardine ſuo.
11 Militum.
12 Truculentos.
13 Non ita eſt, ut quam facilè dicitur pro alio quiſpiam mori voluiſſe, tam facilè etiam potuiſſe credetur: nam niſi ſummâ & inæſtimabili fide præditus ſervus iſte fuiſſet, poterat militum impetu miniſque deterreri, ut fugientem dominum indicaret.
14 Inſcriptione, grati animi indice. Nam in ſepulchro inſcribi juſſit: *Hic poſitus, qui pro domino ſeſe obtulit hoſti.* 15 De fide ſervorum. 16 Exemplum quod ſequitur. 17 Scripto publicè propoſito morti, ubicunque reperiatur, addictus. 18 Auguſto, Antonio & Lepido. 19 Id enim ſibi gratum erat, ut ad prædam intenti, non ſibi impedimento forent. 20 Per diſſimulationem occultatâ. 21 Domui ſuæ ſe mediâ nocte, quâ nullius rei agendæ opportuna tempeſtas eſt, clanculum ſubtraxit 22 Reſtionis. 23 Occultum. 24 Qui diu retentus fuerat in vinculis. 25 Indelebili: nam candenti ferro inſcripſerat fronti ejus notam ignominiæ, ut fur, furcifer, fugitivus, nequam ſervus, aut ſimile quippiam. 26 Faciei deformitatem. 27 Notatus. 28 Diligentibus.

rioſis ſpeculatus oculis, ac [1] veſtigia hùc atque illùc errantia benevolo ſtudio ſubſecutus, lateri voluntarius comes [2] adrepſit. Quo quidem tam [3] exquiſito, tamque [4] ancipiti officio, perfectiſſimum [5] ſpectatæ pietatis cumulum expleverat: [6] His enim, quorum felicior in [7] domo ſtatus fuerat, lucro intentis, ipſe, cùm nihil aliud quam umbra & imago ſuppliciorum [8] ſuorum eſſet; maximum ſibi [9] emolumentum [10] ejus, à quo tam graviter punitus erat, ſalutem judicavit. Cumque [11] abundè foret [12] iram remittere, adjecit etiam [13] charitatem: nec ſolum [14] hactenus [15] benevolentia proceſſit, ſed in [16] eo conſervando mira quoque arte uſus eſt. Nam ut ſenſit cupidos [17] ſanguinis milites [18] ſupervenire, [19] amoto domino [20] rogum extruxit: [21] eique [22] egentem à ſe comprehenſum & occiſum [22] ſenem [23] ſuperjecit. Interrogantibus deinde militibus, ubinam eſſet [24] Antius; manum [25] rogo intentans, [26] ibi illum datis [27] ſibi crudelitatis [28] piaculis uri reſpondit: Quia veriſimilia loquebatur, habita eſt [29] voci fides: quo evenit, ut Antius ſtatum [30] quærendæ incolumitatis hac occaſione [31] aſſequeretur.

1 Domini. 2 Pedetentim advenit. 3 Singulari. 4 Dubii eventus: quia ſi cum domino deprehenſus fuiſſet, cum eo pœnas luiſſet. 5 Probatæ. 6 Sc. domeſticis & ſervis aliis, qui liberalius habiti fuerant à domino, diripiendis illius bonis intentis. Verè, inquit, pietatis cumulum expleverat comitando fugientem dominum: nam cæteri, qui liberaliùs habiti fuerant à domino, meliorique fortunâ uſi, ad diripiendas illius opes ſe converterunt: hic, qui domini ſuppliciorum erat imago, quippe ab illo ſæpiùs laceratus, ejus ſalutem protexit, eumque ſuum eſſe emolumentum voluit. 7 Reſtionis. 8 Quæ pertulerat. 9 Lucrum. 10 Domini ſui. 11 Plus quam ſatis. 12 Ob contumeliam illatam. 13 Singularem dilectionem. 14 Ad hanc uſque beneficentiam. 15 Ejus in dominum. 16 Domino ſuo. 17 Domini ſui. 18 Ad locum profugii. 19 Priùs in locum aliquem ſecretiorem abſtruſo. 20 Pyram. 21 Rogo. 22 Mendicum aliquem & pauperem. 23 Deſuper injecit. 24 Dominus ejus. 25 In rogum aut rogum verſus. 26 In illo rogo. 27 Servo, crudelia à domino paſſo. 28 Pœnis purgatricibus. 29 Verbis ejus. 30 Per fugam. 31 Obtineret.

## CAP. IX.

# DE MUTATIONE morum aut fortunæ.

### IN ROMANIS.

1 T. Manlio L. F. Torquato.
2 P. Africano majore.
3 C. Valer. Flac. Flamine.
4 Q. Fabio Max. Allobrogico.
5 Q. Lutatio Catulo.
6 L. Cornelio Sulla Felici.
7 T. Aufidio.
8 P. Rupilio.
9 P. Ventidio Baſſo.
10 L. Cornel. Lentulo Lupo.
11 Cn. Cornelio Scipione Aſina.
12 Licinio Craſſo Divite.
13 Q. Servilio Cæpione.
14 C. Mario.
15 C. Julio Cæſare.

### IN EXTERNIS.

1 Polemone Athenienſi.
2 Themiſtocle Athenienſi.
3 Cimone Athenienſi.
4 Alcibiade Athenienſi.
5 Polycrate Samio.
6 Dionyſio Syracuſano.
7 Syphace Numidarum rege.

1 Multum animis hominum, & [2] fiduciæ adjicere, & [3] ſolicitudinis detrahere poteſt morum ac fortunæ in claris viris recognita mutatio; ſive noſtros ſtatus, ſive [4] proximorum ingenia contemplemur. Nam cùm aliorum fortunas ſpectando, ex [5] conditione abjecta atque contempta [6] emerſiſſe [7] claritatem videamus, quid oberit, quin & ipſi meliora de nobis ſemper cogitemus? memores [8] ſtultum eſſe perpetuæ infelicitatis ſe prædemnare, [9] ſpemque, quæ etiam [10] incerta ratione fovetur, interdum certam in deſperationem convertere.

1 Valerius ſcripturus de mutatione morum aut fortunæ, id agit, ut oſtendat cognitionem morum mutationis atque fortunæ nobis utilem eſſe.
2 Cum viderimus aliorum fortunas eſſe mutatas, non eſſe deſperandum de nobis, aut de filiis noſtris.
3 Unum ſequitur ex altero: nam quia fiduciam ſumit, ideò ſollicitudinem deponit.
4 Statui noſtro, id eſt, paulò antè defunctorum.
5 Statu vitæ.
6 Sc. *nonnullos*.
7 Splendorem rerum & nominis.
8 Cùm videamus multos abjectæ conditionis homines, mutatâ fortunâ, ad claritatis faſtigium evaſiſſe, ſtultum eſt de humili fortunâ noſtrâ deſperare, & nos quaſi perpetuæ infelicitatis damnare.
9 Spes eſt bonorum futurorum exſpectatio.
10 Dubiâ.

1 [1] Manlius [2] Torquatus adeo [3] hebetis atque [4] obtuſi cordis inter initia juventæ exiſtimatus eſt, ut à patre Lucio Manlio ampliſſimo viro, quia & domeſticis & reipubl. uſibus inutilis videbatur, [5] rus [6] relegatus agreſti opere fatigaretur. Is poſtmodum patrem reum judiciali periculo liberavit: filium victorem, quod adverſus imperium ſuum cum hoſte [7] manum conſeruerat, ſecuri percuſſit: patriam Latino tumultu feſſam, ſpecioſiſſimo triumpho recreavit. [8] In hoc credo fortunæ malignæ nubilo adoleſcentiæ contemptu perfuſum, quo ſenectutis ejus decus lucidius eniteſceret.

2 Scipio autem Africanus ſuperior, quem Dii immortales naſci voluerunt, ut [9] eſſet in quo ſe virtus per omnes [10] numeros hominibus efficaciter oſtenderet; [11] ſolutioris vitæ primos adoleſcentiæ annos egiſſe fertur. Remotos quidem à luxuriæ crimine, ſed tamen Punicis trophæis, devictæ Carthaginis cervicibus impoſito jugo, [12] teneriores.

3 C. quoque Valerius Flaccus ſecundi Punici belli temporibus luxu perditam adoleſcentiam inchoavit. Cæterum à P. Licinio Pont. Max. [13] flamen [14] captus, quò facilius à vitiis recederet; ad curam ſacrorum & ceremoniarum converſo animo, uſus duce [15] frugalitatis

1 Hic à pueritiâ ad adultam ætatem obtuſioris ingenii tardioriſque linguæ adeò fuiſſe dicitur, ut à L. patre, imperioſo viro, aſperioſiſque naturæ, fuerit ex urbe quodammodò relegatus, & ruri juſſus habitare, quaſi reipublicæ civis futurus ſemper inutilis: ejus verò mores adeò mutati ſunt, ut & patri & reipublicæ utiliſſimus evaſerit.
2 Filius Lucii Torquati.
3 Rudis.
4 Stupidi ingenii.
5 Ad opus ruſticum.
6 Quaſi exul vivebat in agris, & rarò commigrabat in urbem, ruſtico operi ſemper intentus.
7 Prœlium commiſerat.

8 Credo ideò voluiſſe fortunam hujus adoleſcentiam obſcuriorem eſſe, ut ſenectus fieret illuſtrior. 9 Sc. aliquis. 10 Partes ejus, id eſt, completè. Numeri virtutum ſunt quatuor, quæ fundamenta dicuntur, Prudentia, Juſtitia, Temperantia, & Fortitudo. 11 Plus, quam ſatis erat, diſſolutæ, incontinentiis. 12 Molliores, quam convenirent victoriis de Carthaginenſibus partis, aut quam victori convenirent. Q. d. Si quis vidiſſet teneros adoleſcentiæ Scipionis annos, nunquam ſpem tantam de illo ſumpſiſſet, ut illum Africæ domitorem futurum animo præſumeret. 13 Sacerdos. 14 Factus. Sic Liv. *Ob adoleſcentiam negligentem luxurioſamque C. Flaccus flamen captus à P. Licinio pont. max. erat.* 15 Temperantis uſus rerum. Nam religio non ſolùm frugalitatis, ſed omnium virtutum dux eſt atque magiſtra.

religione, quantum prius luxuriæ fuerat exemplum, tantum poſtea modeſtiæ & ſanctitatis ſpecimen evaſit.

4 Nihil Q. Fabio Maximo, qui [1] Gallica victoria cognomen Allobrogici ſibimet ac poſteris peperit, adoleſcente magis infame, nihil eodem ſene ornatius, aut ſpecioſius illo ſæculo noſtra civitas habuit.

5 Quis ignorat Q. Catuli auctoritatem in maximo clariſſimorum virorum [2] proventu excelſum gradum obtinuiſſe? Cujus ſi [3] ſuperior ætas [4] revolvatur; multi luxus, multæ deliciæ reperientur. Quæ quidem ei impedimento non fuerunt, [5] quò minus patriæ princeps exiſteret, nomenque ejus in [6] Capitolino faſtigio fulgeret, ac virtute civile bellum ingenti [7] motu oriens [8] ſepeliret.

6 L. vero Sylla uſque ad [9] quæſturæ ſuæ [10] comitia vitam libidine, vino, [11] ludicræ artis amore, inquinatam perduxit. Quapropter C. Marium Conſulem moleſtè [12] tuliſſe traditur, quòd ſibi aſperrimum in Africa bellum gerenti tam delicatus quæſtor ſorte obveniſſet: [13] Ejuſdem virtus quaſi perruptis & disjectis [14] nequitiæ, qua obſidebantur, [15] clauſtris, [16] catenas [17] Jugurthæ manibus injecit: [18] Mithridatem compeſcuit: [19] ſociales belli fluctus repreſſit: [20] Cinnæ dominationem fregit, [21] eumque, qui ſe in Africa [22] quæſtorem [23] faſtidierat,

1 Quia Allobroges, quos devicit, populi ſunt Galliæ.
2 Procreatione.
3 Prior.
4 Memoriâ repetatur.
5 Ut non.
6 Capitolii ſummo culmine.
7 Excitato à Lepido: quem ejecit ſibi collegam in conſulatu bella civilia ſuſcitantem.
8 Sopiret & opprimeret.
9 Quibus quæſturam obtinuit.
10 Coïtiones populi ad magiſtratus creandos.
11 Hiſtrionicæ & jocularjæ, in quâ quæſtum fecerat.
12 Paſſum eſſe.
13 Syllæ. 14 Luxuriæ & perditæ vitæ. 15 Vinculis: nam virtus ejus indignata, quòd à flagitiis occuparetur, vincula omnia nequitiæ perfregit, ut vires ſuas exerceret. 16 Quia conſilio ſuo per Bocchum regem proditus Jugurtha, vinctus cateniſque oneratus, in triumphum ductus fuit. 17 Regis Numidiæ, in quem Marius bellum gerebat. 18 Quem Cappadociâ & Aſiâ pepulit, & ad Tigranem, regem Armeniæ, fugere coëgit. 19 Cum ſociis Latini nominis. Quia prudentiâ ſua excitatam ſocialis belli flammam extinxit, cùm ſocii Latini nominis propter negatam civitatem à Druſo promiſſam adverſus Romanos arma ſumpſiſſent. 20 Tyrannidem affectatam à Cinnâ. 21 Marium. 22 Quia nimis delicatus eſſet. 23 Superbè contempſerat.

illam ipſam [1] provinciam proſcriptum & exu-lem petere coëgit. [2] Quæ tam diverſa, tamque inter ſe contraria ſi quis apud animum ſuum attentiore comparatione [3] expendere velit, duos in uno homine Syllas fuiſſe crediderit: turpem adoleſcentem, & virum dicerem fortem, niſi ipſe felicem ſe appellari maluiſſet.

1 Africam.
2 Facta ſc.
3 Examinare, æſtimare.

7 [4] Atque ut [5] nobilitatem [6] beneficio pœnitentiæ ſe ipſam admonuimus reſpicere, ita altiora [7] modo ſuo ſperare auſos ſubtexamus. T. Aufidius cùm [8] Aſiatici publici exiguam ádmodum particulam habuiſſet, poſtea totam Aſiam proconſulari imperio obtinuit. Nec indignati ſunt [9] ſocii ejus parere [10] faſcibus, quem aliena [11] tribunalia adulantem viderant. Geſſit ſe etiam integerrime atque ſplendidiſſime: eoque modo demonſtravit priſtinum quæſtum ſuum [12] fortunæ: [13] præſens verò dignitatis [13] incrementum [14] moribus ipſius [15] imputari debere.

8 At P. Rupilius non [16] publicanum in Sicilia [17] egit, ſed [18] operas publicanis [18] dedit: idem [19] ultimam inopiam ſuam [20] auctorato [21] ſociis officio [22] ſuſtentavit. Ab [23] hoc poſtmodum conſule leges univerſi Siculi acceperunt, acerbiſſimoque prædonum ac fugitivo-

4 Tranſit ad mutationem fortunæ ex tenui in amplam, ſubnectitque exempla, locutus anteà de morum mutatione ex malis in bonos.
5 Nobiles ipſos.
6 Per pœnitentiam & dolorem de malâ vitâ antè actâ ſeipſos reſpicere: quia poſtquam eos ſuorum flagitiorum pœnituit, meliora ſecuti ſunt.
7 Menſurâ, aut ſtatu: quia, cùm in ſtatu humili eſſent, ad altiora provecti ſunt.

8 Vectigalis ſc. quod populus Romanus haberet in Aſiâ, id eſt, cùm eſſet publicanus, id eſt, publicæ pecuniæ ſeu vectigalis publici Romani, in Aſiâ debiti, exactor. 9 Populi Romani Aſiatici. 10 Imperio, per faſces & lictores deſignato. 11 Sedentes pro tribunali prætores, aut proconſules Romanos in eâ provinciâ. More ſuo dat verbo *adulor*, & ejus participio, accuſativum. Aſſentabatur autem illis, ut in exigendis vectigalibus ſibi adeſſent. 12 Adverſæ ſc. ut quæ eum tam pauperem deſtituerat. 13 Cùm proconſul in Aſiâ eſſet. 14 Bonis ſc. quatenus per fortunam eos exercere poterat. 15 Acceptum ferri. 16 Publici æris collectorem. 17 Se geſſit. 18 Inſervivit. 19 Summam. 20 Ab auctoritate alienâ dependente. 21 Romani imperii, id eſt, Aſiaticis. 22 Quia ex hoc officio quotidianum ſibi victum comparabat, id eſt, nomine alieno publicum officium exercens quotidianam mercedem recipiebat. 23 P. Rupilio.

rum bello liberati ſunt. Portus ipſos, [1] ſi quidem mutis rebus ineſt ſenſus, tantam in eodem homine varietatem ſtatus admiratos arbitror. Quem enim [2] diurnas capturas exigentem animadverterant, eundem [3] jura dantem claſſeſque & [4] exercitus regentem viderunt.

9 Huic tanto [5] incremento majus adjiciam. [6] Aſculo capto, Cn. Pompejus, Magni pater, P. Ventidium ætate impuberem in [7] triumpho ſuo populi oculis ſubjecit. [8] Hic eſt Ventidius, qui poſtea Romæ ex [9] Parthis, & [10] per Parthos de Craſſi [11] manibus in hoſtili ſolo [12] miſerabiliter jacentibus, triumphum duxit. Itaque qui [13] captivus [14] carcerem exhorruerat, [15] victor [16] Capitolium [17] felicitate [18] celebravit. In eodem etiam illud [19] eximium, quòd eodem anno Prætor & conſul eſt factus.

10 [20] Caſuum nunc contemplemur varietatem. L. Lentulus [21] conſularis lege [22] Cæcilia [23] repetundarum crimine oppreſſus, cenſor cum L. Cenſorino creatus eſt. [24] Quem quidem fortuna inter ornamenta & dedecora [25] alterna vice [26] verſavit, [27] conſulatui illius [28] damnationem, damnationi [29] cenſuram [30] ſubjiciendo: & neque bonis eum perpetuo frui, neque malis æternis ingemiſcere patiendo.

1 Si res mutæ & inanimatæ ſentire poſſent.
2 Quotidiana lucra, ſicut exigunt ex capturâ ſuâ piſcatores.
3 Leges.
4 Contra prædones ac fugitivos.
5 Status.
6 Italiæ oppido.
7 De Aſculanis.
8 Qui in triumpho conſpectus erat captivus.
9 Devictis.
10 Per medios Parthorum, aut ſuper dorſa Parthorum.
11 Reliquiis animæ.
12 Quia ſine honore ſepulturæ. Nam Arſacides, rex Parthorum Craſſi corpus feris & alitibus devorandum juſſit exponi.
13 Quia captus Aſculi à Pompeji patre.
14 Romanum ſcilicet in quem poterat à victore protra... 15 Parthorum. 16 Arcem illam Romanam, in quam triumphantes ...gediebantur Jovi ſacrificaturi. 17 Victoriæ ſuæ. 18 Celebrius f...cit. 19 Egregium, & non vulgare in Ventidio. 20 Diximus de f...tunâ adverſâ mutatâ in ſecundam, nunc de caſuum varietate dicamus, ...eſt, de lætâ vitâ in triſtem, aut contrà. 21 Sc. *vir*, id eſt, qui aliquan... conſul fuerat. 22 Quam tulerat Q. Cæcilius Tribunus plebis: ab au...ribus enim leges plerumque denominabantur. 23 Ob crimen repetun...darum rerum, aut pecuniarum ablatarum à provincialibus, dùm provinci... regeret. 24 Lentulum. Q d. Credo, inquit, fortunam voluiſſe h... hominem alternâ vice verſare, ne ſecundis nimiùm fideret, nec adver... omninò deſperaret: ſed amaris jucunda permiſceret. 25 Nunc or...mentis, nunc dedecore eum afficiens. 26 Agitavit. 27 In quo... namentum conſiſtebat. 28 In quâ dedecus patiebatur. 29 Q... honorificentiſſima erat. 30 Statim addendo.

11 Iiſdem viribus uti [1] voluit in Cn. Cornelio Scipione Aſina: Qui conſul à [2] Pœnis apud [3] Liparas captus, cùm [4] belli jure omnia perdidiſſet; lætiore ſubinde vultu [5] ejus adjutus, [6] cuncta recuperavit; conſulque etiam iterum creatus eſt. Quis crederet illum [7] à duodecim ſecuribus ad Carthaginienſium proventurum catenas? quis [8] rurſus exiſtimaret à Punicis vinculis ad ſumma imperii perventurum faſtigia? ſed tamen [9] ex conſule captivus, & [10] ex captivo conſul factus eſt.

12 Quid? Craſſo nonne pecuniæ magnitudo locupletis nomen dedit? ſed eidem poſtea inopia turpem [11] decoctoris [12] ſuperlationem injunxit: ſiquidem bona ejus à creditoribus, quia [13] ſolidum præſtare non poterat, [14] venierunt. Ita quoque amara [15] ſugillatione non caruit: quia cum egens ambularet, [16] Dives ab occurrentibus ſalutabatur.

13 Craſſum caſus acerbitate Q. Cæpio [17] præcurrit. Is namque [18] præturæ ſplendore, [19] triumphi claritate, [20] conſulatus decore, [21] maximi pontificatus ſacerdotio, ut [22] ſenatus patronus diceretur, [23] aſſecutus, [24] in publicis vinculis [25] ſpiritum depoſuit, corpuſque ejus funeſti carnificis manibus laceratum, in [26] ſcalis Gemoniis jacens, [27] magno cum horrore [28] totius fori Romani conſpectum eſt.

1 Fortuna ſc. 2 Carthaginenſibus. 3 Inſulam unam ex Æoliis. 4 Quia in hoſtium poteſtatem venit. 5 Fortunæ. 6 Quia per collegæ victoriam receptus eſt. 7 A duodecim faſcibus. Pars pro totò: & à faſcibus duodecim, id eſt, à conſulatu: eò quòd ſolis conſulibus duodenî eſſent lictores ac faſces. 8 E contrario. 9 Poſtquam fuerat conſul. 10 Poſtquam fuerat captivus. 11 Ejus, qui in lautitiis aut gulâ patrimonium ſuum abligurierat. 12 Super alios, & per excellentiam denominationem. 13 Integrum debitum ſolvere. 14 Vendita ſunt. 15 Ab irriſione ac ignominiâ immunis non fuit. 16 Cum deriſione quadam ſalutabant eum, dicentes, ſalve Craſſe dives. 17 Superat. 18 Nam Prætor Fabii errorem correxit, qui à Viriato deceptus fuerat. 19 Quia triumphavit de Viriato fugitivorum duce. 20 Quia cum C. Manlio conſul fuerat, & adverſus Cimbros miſſus. 21 Quia Pontifex Maximus fuerat. 22 Quia partes Senatus tuendas ſuſceperat. 23 Poſtquam obtinuerat. 24 Quia malè cum Cimbris pugnaverat. 25 Exſpiravit. 26 Undè vivi præcipitari ſolebant: à *gemitu* vel à *Gemoniis*, earum auctore, denominatis, ut ſuprà diximus. 27 Magnâ cum abominatione. 28 Omnium, qui in foro erant.

14 Jam C. Marius maxima [1] fortunæ lucta-tio eſt : omnes enim ejus impetus tam cor-poris, quam animi [2] robore fortiſſime ſuſti-nuit. [3] Arpini honoribus [4] judicatus inferior quæſturam Romæ petere auſus eſt: [5] patien-tia deinde repulſarum, [6] irrupit magis in [7] Cu-riam, quam venit. In tribunatus quoque & æ-dilitatis petitione [8] conſimilem campi notam expertus : [9] Præturæ candidatus [10] ſupremo loco inhæſit, quam tamen non ſine [11] periculo obtinuit : [12] ambitus enim accuſatus, vix at-que ægrè abſolutionem à judicibus impetravit. Ex illo Mario tam humili [13] Arpini, tam igno-bili [14] Romæ, tamque [15] faſtidiendo candida-to, [16] ille Marius evaſit, [17] qui Africam ſub-egit, Jugurtham [18] regem ante [19] currum egit, qui Teutonorum, Cimbrorumque exer-citus delevit. Cujus [20] bina trophæa in urbe ſpectantur, cujus ſeptem in [21] faſtis conſulatus leguntur. Cui poſt [22] exilium conſulem creari, [23] proſcriptoque facere [24] proſcriptionem con-tigit. Quid hujus [25] conditione inconſtantius aut mutabilius? [26] quem ſi inter miſeros po-ſueris, miſerrimus : inter felices, feliciſſimus reperietur.

15 C. autem [27] Cæſar, cujus virtutes [28] adi-tum ſibi in cælum ſtruxerunt, inter primæ ju-

1 Fortunæ certamen : utpote quæ ſæpè ab eo, & ſæpè contra eum ſtetit, & ita ipſa quaſi luctari ſecum videbatur.
2 Viribus.
3 Arpinatibus magiſtratibus.
4 Ab Arpinatibus.
5 Licet frequentes pateretur repulſas, aſſiduis tamen & importunis inſtantiis tandem admiſſus eſt.
6 Per vim ſe intruſit.
7 Romanam.
8 Ignominioſam repulſam campi Martii, in quo fiebant comitia.
9 Ad obtinendam præturam.
10 Demùm poſt plurimas preces illi inhæſit prætura, id eſt, ultimo loco inter ſex Prætores creatus eſt.
11 Capitis.
12 Crimine petiti magiſtratus malis artibus, ſc. quod populum prece & pretio corrupiſſet.
13 Cùm eſſet in patriâ ſuâ.
14 Cùm eſſet Romæ.
15 Superbè contemnendo & abjecto petitore magiſtratuum, utpote tot repulſas paſſo.
16 Sc. nobiliſſimus.
17 Suffectus ſc. in locum Metelli: non tamen honeſtâ ratione, ut Salluſtius docet.
18 Numidiæ ſc. quem prodidit Bocchus Syllæ eloquentiâ ductus, ut Romanas partes ſequeretur.
19 Triumphalem.
20 Qui duas columnas, victoriæ inſignia, in urbe erexerat, Cimbrorum & Teutonum ſpoliis ornatas.
21 Annalibus ſacris.
22 Proſcriptionem primam à Syllâ.
23 A Syllâ.
24 Syllæ & Syllanorum. Nam hoſtis patriæ Sylla judicatus eſt.
25 Statu vitæ.
26 Si conſideraveris miſerias & calamitates ejus.
27 Sc. Julius.
28 Acceſſum. Aſſentatur Valerius more ſuo.

venta

ventæ initia [1] privatus Aſiam petens, à [2] maritimis prædonibus circa inſulam Pharmacuſam [3] exceptus, quinquaginta ſe talentis redemit. [4] Parva igitur ſumma [5] clariſſimum mundi ſidus in piratico [6] myoparone [7] rependi fortuna voluit. Quid eſt ergo quod amplius de ea queramur, ſi ne [8] conſortibus quidem divinitatis ſuæ parcit? Sed [9] cœleſte numen ſe ab injuria [10] vindicavit: [11] continuo enim captos prædones crucibus affixit.

## EXTERNA.

I [12] Attento ſtudio [13] noſtra commemoravimus: [14] remiſſiore nunc animo [15] aliena narrentur. [16] Perditæ luxuriæ Athenis adoleſcens Polemo, neque illecebris tantummodo, ſed etiam ipſa infamia gaudens; cùm è convivio non poſt occaſum ſolis, [17] ſed poſt ortum ſurrexiſſet, domumque [18] repetens, [19] Xenocratis Philoſophi patentem januam vidiſſet: vino gravis, unguentis [20] delibutus, ſertis [21] capite redimito, [22] pellucida veſte amictus, refertam turba doctorum hominum ſcholam [23] ejus intravit: Nec contentus tam [24] deformi introitu, [25] conſedit etiam, ut clariſſimum eloquium, & prudentiſſima [26] præcepta [27] temulentiæ laſcivis eluderet. Ortâ deinde, ut [28] par erat, [29] omnium indignatione; Xenocrates vultum in eodem habitu continuit, omiſſiſque de quibus diſſerebat, de [30] modeſtia ac temperantia loqui cœpit. Cujus gravitate ſermonis [31] reſipiſcere

1 Sine magiſtratu.
2 Piratis.
3 Dolo captus.
4 Utpote quinquaginta talentorum.
5 Julium Cæſarem, cujus ſtella apparuiſſe credebatur Auguſto facienti ipſi ludos funebres.
6 Navigio.
7 Æſtimari, aut redimi.
8 Ut Cæſari, qui inter cæteros Deos connumeratus divinos honores conſecutus eſt.
9 Julius Cæſar Deus futurus.
10 Protexit.
11 Paulò poſt.
12 Diligenti.
13 Romana exempla.
14 Minùs attento, quia in noſtris narrandis magis afficimur.
15 Sc. exempla de mutatis moribus, & conditione vitæ, ac caſibus.
16 Nihil ſecum boni habentis, imò perdentis, qui eam ſequuntur, quaſi deteſtandæ.
17 Quia totam noctem in eo conſumpſerat. 18 Rediens. 19 Stoïci præſtantiſſimi. 20 Perfuſus. 21 Habens caput redimitum. 22 Per cujus medium membra ejus poſſent conſpici. 23 Xenocratis. 24 Indecoro: quia ſic ornatus in lupanar aptiùs ingreſſus fuiſſet. 25 Sedem cepit. 26 Xenocratis. 27 Ebrietatis. 28 Juſtum & æquum. 29 Auditorum. 30 Moderato ſumptu faciendo. 31 Redire ad ſaniorem mentem.

coactus Polemo, primum [1] coronam capite detractam projecit, paulò poſt [2] brachium intra pallium reduxit, procedente tempore [3] oris convivalis hilaritatem depoſuit; ad ultimum totam luxuriam exuit, uniuſque orationis ſaluberrima medicina ſanatus, ex infami ganeone maximus philoſophus evaſit. [4] Peregrinatus eſt [5] hujus animus in nequitia, non [6] habitavit.

2 Piget Themiſtoclis adoleſcentiam attingere, ſive patrem aſpiciam, [7] abdicationis inurentem notam, ſive matrem ſuſpendio finire vitam propter filii turpitudinem coactam; cùm omnium poſtea Graji ſanguinis virorum clariſſimus extiterit, mediumque [8] Aſiæ & [9] Europæ vel [10] ſpei, vel [11] deſperationis pignus fuerit: [12] Hæc enim ſalutis eum ſuæ [13] patronum habuit, [14] illa [15] vadem victoriæ aſſumpſit.

3 Cimonis verò [16] incunabula [17] opinione ſtultitiæ fuerunt referta: ejuſdem ſtultitiæ imperia [18] ſalutaria Athenienſes ſenſerunt: Itaque coëgit eos [19] ſtuporis ſemet ipſos damnare, qui eum ſtolidum crediderant.

4 Jam Alcibiadem quaſi duæ fortunæ [20] partitæ ſunt: [21] Altera quæ ei nobilitatem eximiam, abundantes divitias, formam præſtantiſſimam, favorem civium [22] propenſum, ſum-

1 Quam multum potaturi, ut Bacchum imitentur, aſſumere ſolebant.
2 Hoc apud Athenienſes fuit pudoris & modeſtiæ ſignum, exertum brachium intrà pallium reponere.
3 Vultus, quem in convivio habuerat, qui exhilaratus vino eſſe ſolet.
4 Tranſitum fecit in nequitiâ.
5 Polemonis.
6 Permanſit, contraxit habitum in eâ.
7 Exhæredationis, excluſionis à curâ & bonis paternis in vitâ, & poſt vitam patris imprimentem filio infamiam.
8 Regni Perſarum.
9 Regni Græcorum.
10 Sc. obtinendi imperii etiam alieni: quando fortiter pro patriâ pugnavit.
11 Sc. conſervandi imperii ſui: quando fugit ad hoſtem, pugnaturus contra patriam.
12 Europa
13 Protectorem: nam hic univerſam Græciam ex ipſis propè manibus hoſtium redemit, quo tempore ad Salaminam contra Xerxem cum exercitu miſſus eſt.
14 Aſia.
15 Tanquam pignus & certificatorem victoriæ: cùm regi ſpopondit, fore, ut tota Græcia ſubigeretur, ſi ſuum vellet conſilium ſequi.
16 Principia vitæ.
17 Quia omnes ſtultum eum opinabantur.
18 Ad ſalutem Reipublicæ facientia: quia ductu & auſpiciis ſuis patriam non ſolùm defenderat ſed etiam imperio auxerat.
19 Damnabant ſe, & ſtupebant, quòd, quem in adoleſcentiâ ſtultum crediderant, in maturiori ætate tantâ prudentiâ præditum eſſe viderent.
20 Diviſerunt.
21 Fortuna ſc.
22 Multum inclinatum in ipſum.

ma

ma imperia, præcipuas potentiæ vires, [1] flagrantiſſimum ingenium aſſignaret: [2] altera quæ damnationem, exilium, venditionem bonorum, inopiam, [3] odium patriæ, violentam mortem [4] infligeret: [5] Nec aut hæc, aut illa ſimul univerſa; ſed varie perplexa, freto atque æſtui ſimilia.

5 Ad invidiam uſque Polycratis Samiorum tyranni abundantiſſimis bonis [6] conſpicuus vitæ fulgor exceſſit: [7] nec ſine cauſa. Omnes enim conatus ejus [8] placido excipiebantur [9] itinere: ſpes certum cupitæ rei [10] fructum apprehendebant: vota [11] nuncupabantur ſimul & ſolvebantur: velle ac poſſe in [12] æquo poſitum erat: Semel dumtaxat vultum [13] mutavit, perquàm brevi triſtitiæ [14] ſalebra ſuccuſſum; tunc cùm [15] admodum gratum ſibi annulum [16] de induſtria in [17] profundum, ne omnis incommodi expers eſſet, abjecit: Quem tamen continuò recuperavit, capto piſce, qui eum devoraverat. Sed hunc felicitatis ſemper [18] plenis velis proſperum curſum tenere non potuit. Comprehenſum enim Orontes Darii regis præfectus, in excelſiſſimo Micalenſis montis vertice cruci affixit. E qua putres ejus artus, & [19] tabido cruore manantia membra, atque illam [20] lævam, cui Neptunus annulum piſcatoris [21] manu reſtitue-

1 Ardentiſſimum.
2 Reliqua fortuna.
3 In eum.
4 Alcibiadi ſc.
5 Neque adverſa, neque proſpera fortuna fuit una in omnibus, ſed fuit varia & intricata, ſimillima fervori atque æſtui maris nunc affluentis & nunc refluentis, id eſt, non aut ſecundas aut adverſas res uno tempore, ſed diverſis habuit: ut enim mare modò fluctibus agitatur, id eſt, tempeſtate movetur, modò tranquillitate fruitur; ſic Alcibiades nunc ſecundas, nunc adverſas res expertus eſt.
6 Clarus.
7 Sc. *invidiam meruit.*
8 Perveniebant ad proſperum eventum.

9 Secundo curſu & fortunæ ſucceſſu. 10 Utilitatem. 11 Nominatim & expreſſâ voce Diis fiebant, & ab eo ſimul ſolvebantur, quia pro quibus votum faciebat, ſtatim aſſequebatur, & ita voti reus ſtatim vota ſolvebat. 12 Æquali diſcrimine. id eſt, non minùs poterat, quam volebat. 13 Fortuna ſc. 14 Aſperitate. 15 Ob gemmam incluſam. 16 Datâ operâ. 17 Maris. 18 Maximo progreſſu, ut navis proſpero vento veliſque adjuta. Eſt ergo Metaphora à navigantibus ſumpta. 19 Marcido, corrupto. 20 Siniſtram manum in quâ annuli geſtantur. 21 Per manum piſcatoris, qui piſcem ad Tyrannum attulerat.

rat, [1] ſitu marcidam, [2] Samos, amara [3] ſervitute aliquamdiu preſſa, liberis ac lætis oculis aſpexit.

6 Dionyſius autem cùm hæreditatis [4] nomine à patre, Syracuſanorum, ac penè totius Siciliæ [5] tyrannidem accepiſſet, maximarum opum dominus, exercituum dux, rector claſſium, [6] equitatuum potens; propter [7] inopiam literas puerulos Corinthi docuit. [8] Eodemque tempore, tanta [9] mutatione, [10] majores natu, ne quis nimis fortunæ crederet, magiſter ludi factus ex [11] tyranno monuit.

7 Sequitur [12] hunc Syphax [13] Rex, conſimilem fortunæ [14] iniquitatem expertus, quem [15] amicum [16] hinc Roma per Scipionem, [17] illinc Carthago per [18] Aſdrubalem ultro petitum [19] ad penates Deos ejus venerat. Ceterum [20] eò claritatis evectus, ut [21] validiſſimorum populorum tantum non arbiter victoriæ exiſteret: parvi temporis interjecta mora, catenatus à Lælio legato ad Scipionem imperatorem pertractus eſt. Cujuſque dexteram regio inſidens ſolio arroganti manu attigerat, ad [22] ejus genua ſupplex procubuit. [23] Caduca nimium hæc & fragilia, puerilibuſque conſentanea [24] crepundiis ſunt, quæ vires atque opes humanæ vocantur. Affluunt

1 Corruptam & marceſcentem immundo ſanguine & ſqualore ex imbre & pulvere contracto.
2 Inſula ſc. id eſt, populus ejus.
3 Polycratis.
4 Sub titulo.
5 Dominationem.
6 Habens in poteſtate equitatum magnum.
7 Ad quam redactus erat.
8 Quo puerulos literas docuit.
9 Sc. ſui.
10 Seniores.
11 Rege.
12 Hujus jam dicti caſum.
13 Numidarum.
14 Inæqualitatem.
15 Ut eſſet amicus.
16 Ex unâ parte.
17 Ex alterâ parte.
18 Ducem ſuum.
19 Uſque ad intima aulæ ejus.
20 Ad eam uſque claritatem.
21 Romanorum & Carthaginenſium.
22 Scipionis.
23 Hæc Valerius diſputat de vanitate rerum humanarum, quas fluxas & labiles dicit, nec verè noſtras appellari poſſe, quæ nobis auferri poſſunt, & ſub fortunæ poteſtate poſitæ ſunt. Sola verò animi bona noſtra ſunt, quæ nobis nec eripi poſſunt, neque naufragio, nec incendio amitti, nec vi tempeſtatum, nec temporum permutatione mutari: quibus qui præditi ſunt ſoli ſunt divites; ſoli enim poſſident res utiles & ſempiternas
24 Crepitaculis in collo puerorum ſuſpendi ſolitis, quæ bullæ ſimilia nihil præter ventum & quædam crepitum facientia includunt, tamen pueris jucundiſſima.

ſubitò, repentè dilabuntur; nullo in loco, nulla in perſona ſtabilibus [1] nixa radicibus, conſiſtunt: ſed [2] incertiſſimo flatu fortunæ, hùc atque illùc acta, quos in [3] ſublime extulerunt; improviſo [4] decurſu deſtitutos, profundo [5] cladium miſerabiliter immergunt. Itaque neque exiſtimari, neque dici [6] debent bona, quæ ut inflictorum malorum amaritudine [7] deſiderium ſui duplicent, propenſiore favore primo delinitos, majore poſtea malorum cumulo opprimere ſolent.

1 Stabilita, aut firma. 2 Inconſtantiſſimo afflatu & favore fortunæ modò ad hunc, modò ad illum poſſeſſorem impulſa. Q. d. ventis ſimilia. 3 In altum ſtatum proſperitatis. 4 Reflatu & retractione favoris. 5 Calamitatum. 6 Fortunæ bona dicta. 7 Cùm aufugerint.

# VALERII MAXIMI

## LIBER SEPTIMUS.

### CAP. I.

### DE FELICITATE.

1 Q. Metelli Macedonici. 2 Gygis Lydorum regis.

1 Volubilis [2] fortunæ complura exempla retulimus: conſtanter [3] propitiæ admodum pauca narrari poſſunt. Quo patet, eam adverſas res cupido animo [4] infligere, ſecundas parco tribuere: Eadem ubi [5] malignitatis oblivíſci [6] ſibi imperavit, non ſolum plurima ac maxima, ſed etiam perpetua bona congerit.

1 Hic ſeptimus liber eſt, in cujus principio utitur tranſlatione. Multa, inquit, exempla mutatæ fortunæ protulimus: nunc verò ſtabilis atque propitiæ pauca admodum dici poſſunt: undè duo tantùm narrat exempla, unum domeſticum, & alterum externum. 2 Fortunæ inſtabilis. 3 Fortunæ faventis & agentis ſine intermixtione adverſorum. 4 Hominibus ſc. 5 Sibi innatæ. 6 Firmiter conſtituit, ſe ipſam vicit & coëgit.

1 Videamus ergo quot gradibus beneficiorum Q. Metellum à primo originis die, ad ultimum uſque [1] fati tempus nunquam ceſſante indulgentia, ad ſummum beatæ vitæ culmen perduxerit. [2] Naſci eùm in [3] urbe terrarum principe voluit: parentes nobiliſſimos dedit: adjecit animi [4] rariſſimas dotes, & corporis vires, ut ſufficere laboribus poſſent: [5] uxorem pudicitia & fœcunditate [6] conſpicuam [7] conciliavit. [8] Conſulatus decus, imperatoriam poteſtatem, ſpecioſiſſimi triumphi [9] prætextam largita eſt: [10] Fecit, ut eodem tempore tres filios [11] conſulares, [12] unum etiam [13] cenſorium, ac triumphalem, & quartum [14] prætorium videret. Utque tres filias [15] nuptum daret, earumque ſobolem [16] ſinu ſuo exciperet. [17] Tot partus, tot incunabula, tot viriles [18] togæ, tam multæ [19] nuptiales faces, honorum, imperiorum, omnis'denique [20] gratulationis ſumma abundantia; cùm interim nullum [21] funus, nullus gemitus, nulla cauſa triſtitiæ. [22] Cœlum contemplare: vix tamen ibi [23] talem ſtatum reperies: quoniam quidem luctus & dolores Deorum quoque pectoribus [24] à maximis vatibus aſſignari videmus. [25] Hunc autem vitæ actum ejus conſentaneus finis ex-

1 Mortis.
2 Quod non eſt parvæ felicitatis argumentum: quod Seriphius objecit Themiſtocli, clarum ſc. eſſe propter patriam.
3 Româ.
4 Excellentiſſimas: quia ingenio plurimùm valebat, & multis & maximis virtutibus præditus erat.
5 Cæciliam.
6 Claram.
7 Conjunxit illi per charitatem conjugalem.
8 Conſtat cum ſummâ modeſtiâ & gloria geſſiſſe conſulatum.
9 Ornamenta & inſignem veſtem.
10 Fortuna.
11 Qui conſulatum geſſerant. 12 Ex tribus illis. 13 Qui etiam cenſuram geſſerat. 14 Qui Prætor fuerat. 15 In matrimonium. 16 Intra brachia ſua complecteretur. 17 Sc. fuerunt ei ex liberis. 18 Sc. nepotum, qui eas acceperunt anno XIV. 19 Quibus neptes nuptui datæ ſunt. 20 Felicitatis, quam illi gratulari poſſes. 21 Sc. *fuerit*. 22 Cœlum ſuſcipe. Q. d. Nec Dii quidem cœleſtes ſine aliquâ triſtitiâ eſſe potuerunt, ſi poëtis credendum eſt, qui plerumque Deos triſtes & flentes inducunt. 23 Tam felicem. 24 A Poëtis divinis, ut ab Homero & Virgilio, quorum autoritas maxima eſt apud omnes. 25 Occurrit quæſtioni: poſſet enim aliquis dicere, tametſi vitæ curſum felicem habuit, tamen deformi letho conſumptus eſt: non ita eſt, inquit Valerius, quam enim habuerat in vitâ fortunæ indulgentiam, eandem expertus eſt in morte. Nam in familiarium ſuorum complexibus extinctus, humeris filiorum & generorum elatus, rogo quoque ab illis imponitur.

cepit.

cepit. Nam Q. Metellum ultimæ ſenectutis ſpatio defunctum, lenique genere mortis inter oſcula complexuſque [1] chariſſimorum pignorum extinctum, filii, & generi humeris ſuis per urbem [2] latum rogo impoſuerunt.

[2] Clara hæc [3] felicitas: [4] obſcurior [5] illa, ſed [6] divino ſplendore præpoſita: Cùm enim Gyges regno Lydiæ armis & divitiis abundantiſſimo inflatus Apollinem [7] Pythium ſciſcitatum [8] veniſſet, an aliquis mortalium ſe eſſet felicior: Deus ex [9] abdito ſacrarii ſpecu, voce miſſa, Aglaum Sophidium ei prætulit. [10] Is erat Arcadum pauperrimus, ſed ætate jam ſenior: [11] terminos agelli ſui nunquam exceſſerat, parvuli ruris fructibus contentus. [12] Verùm profectò beatæ vitæ finem Apollo, non [13] adumbratum, [14] oraculi ſagacitate complexus eſt. Quocirca inſolenter fulgore fortunæ ſuæ [15] glorianti [16] reſpondit, magis ſe [17] probare ſecuritate ridens tugurium, quam triſtem curis & ſolicitudinibus aulam: [18] paucaſque glebas pavoris expertes, quam pinguiſſima Lydiæ arva metu referta: & unum aut [19] alterum jugum boum [20] facilis tutelæ, quàm exercitus & arma, & equitatum voracibus impenſis oneroſum: [21] & uſus neceſſarii horreolum nulli nimis appetendum, quam theſauros omnium inſidiis & cupiditatibus expoſitos. Ita Gyges dum [22] adſtipulatorem [23] vanæ opinionis [24] Deum habere concupiſcit, ubinam [25] ſolida & ſecura eſſet felicitas, [26] didicit.

1 Dilectiſſimorum filiorum & nepotum.
2 Portatum.
3 Q. Metelli.
4 Quia agricolæ.
5 Quæ dicetur, ſc. Aglai Sophidii.
6 Claritate ex oraculo & teſtimonio Apollinis felicitati Gygis præpoſita.
7 Pythonis ſerpentis interfectorem.
8 Delphos.
9 Intimo loci ſacri antro.
10 Aglaus.
11 Nunquam illis quidquam adjecerat, & in illis colendis ſemper verſatus fuerat.
12 Dicit Apollinem hoc uno reſponſo diſceſſiſſe à propoſito ſuo: quia perplexè loqui ſolebat.
13 Involutum erroris nebulâ.
14 Reſponſi dati Gygi.
15 Gygi.
16 Apollo.

17 Approbare ob remotionem curarum lætam & ad riſum invitantem vilem caſam ex ceſpite factam, quam regiam Gygis triſtem curis, hominem ſollicitum reddentibus. 18 Et exigua prædia ac jugera ſecuritate plena. 19 Secundum. 20 Quod facilè tueri poſſit. 21 Et quantum ſit ſatis ad uſum neceſſarium parvum repoſitorium frugum à nemine nimium deſiderandum. 22 Suffragatorem, aſſertorem. 23 Inanis & mendacis opinionis de beatitudine ſuâ. 24 Apollinem. 25 Ex omni parte plena, quæ tamen in terris non eſt. 26 Ab eo.

CAP.

## CAP. II.

# DE SAPIENTER DICTIS AUT FACTIS.

### A ROMANIS.

1 Ap. Claudio.
2 P. Scipione Africano.
3 Q. Cæcilio L. F. Metello.
4 L. Fimbria.
5 L. Papirio L. F. Curſore, *Coſ.*
6 Senatu Romano.

### AB EXTERNIS.

1 Socrate Athenienſi.
2 Solone Athenienſi.
3 Biante Prienenſi.
4 Platone Athenienſi.
5 Antigono rege.
6 Xenocrate Philoſopho.
7 Ariſtophane Comico.
8 Thalete Philoſopho.
9 Anaxagore Clazomenio.
10 Demade Athenienſi.
11 Anacharſe Scytha.
12 Ageſilao Lacedæmonio.
13 Annone Pœno.
14 Herennio Pontio Samnite.
15 Cretenſibus.

NUnc id genus felicitatis explicabo, quod totum in habitu animi eſt: nec [1] votis petitur, ſed in pectoribus ſapientia præditis natum, dictis factiſque prudentibus eniteſcit.

1 [2] Ap. Claudium crebro ſolitum dicere [3] accepimus: [4] Negotium populo Rom. melius, quàm [5] otium committi: [6] non quòd ignoraret, quàm jucundus tranquillitatis ſtatus eſſet, ſed quòd animadverteret [7] præpotentia imperia agitatione rerum ad virtutem [8] capeſſendam excitari, nimia quiete in deſidiam reſolvi. [9] Et ſane negotium [10] nomine horridum, civitatis noſtræ mores in [11] ſuo ſta-

1 Externis ſc.

2 Tranſiturus ad caput de ſapienter dictis aut factis, ſapientiam dicit eſſe veram hominis felicitatem, quæ cæteris omnibus præponitur. Quid enim felicius homini eſſe poteſt ſapientiâ, quæ cunctos humanos caſus fortiter ferendos, omnemque fortunam contemnendam eſſe docet. Hæc autem ſapientia in homine per ſapienter facta & dicta eniteſcit. 3 Intelleximus, audivimus. 4 Sollicitam belli occupationem. 5 Carentiam negotii. 6 Hujus dicti Valerius rationem ſubjungit. 7 Valdè ac præ cæteris potentia. 8 Amplexandam. 9 Et re ipsâ probatum eſt, quòd negotium urbi noſtræ plurimùm contulit. 10 Quod omnes abhorrent. 11 Quia ſemper diſciplina benè vivendi ſtabilis fuit, dùm ſe negotiis dedidêre Romani.

tu continuit ; [1] blandæ appellationis quies [2] plurimis vitiis [3] reſperſit.

1 [4] Scipio vero Africanus turpe eſſe ajebat in re militari, dicere, *Non putaram* : videlicet quia [5] explorato & excuſſo conſilio, quæ ferro aguntur, adminiſtrari oportere arbitrabatur: [6] ſumma ratione. [7] Inemendabilis enim eſt error, qui violentia [8] Martis committitur. [9] Idem negabat, aliter cum hoſte confligi debere, quam aut ſi [10] occaſio obveniſſet, [11] aut neceſſitas incidiſſet: æquè prudenter. Nam & proſperè gerendæ rei facultatem omittere, maxima dementia eſt : & in [12] anguſtias utique pugnandi compulſum abſtinere ſe prœlio, [13] peſtiferum ignaviæ adfert exitum: Eorumque, qui [14] iſta committunt, [15] alter beneficio fortunæ uti, [16] alter injuriæ neſcit reſiſtere.

3 Q. quoque Metelli [17] cùm [18] gravis, tùm etiam [19] alta in ſenatu ſententia : qui devicta Carthagine, neſcire ſe, illa victoria [20] boni-ne plus an [21] mali [22] Reipubl. attuliſſet, aſſeveravit. Quoniam ut pacem reſtituendo [23] profuiſſet; ita Annibalem [24] ſubmovendo, nonnihil nocuiſſet. [25] Ejus enim tranſitu in Italiam, [26] dormientem jam populi Romani virtutem excitatam : metuique debere, [27] ne acri æmulo liberata in eundem ſomnum revolveretur. [28] In

1 Quæ blanda eſt, dùm appellatur.
2 Nam eversâ Carthagine, deletâ Numantiâ, domitâ Aſiâ, debellatis denique gentibus, quæ Romanos in armis & negotio continebant, urbs tota in luxum & laſciviam reſoluta eſt.
3 Mores ſc. civitatis noſtræ.
4 Sc. ſuperior.
5 Sc. *priùs*, id eſt, diligenter examinato. *Nam* (ut ait Salluſtius in Cat.) *priuſquam incipias, conſulto, & ubi conſulueris, maturè facto opus eſt.*
6 Juſtiſſimâ de causâ id arbitrabatur.
7 Quia amiſsâ vitâ, aut tuâ, aut exercitus, fruſtrà de ineundo prælio conſilium quæras.

8 Belli. 9 Scipio 10 Rei benè gerendæ. 11 Id eſt, non minore prudentiâ utendum eſſe in prælio, per occaſionem committendo, quam in neceſſario gerendo. 12 Arctiſſimam neceſſitatem. 13 Pernicioſiſſimam. 14 Vitia non prudenter pugnandi. 15 Qui occaſionem rei benè gerendæ prætermittit. 16 Qui ſc. neceſſitate compulſus non pugnat. 17 Partim. 18 Auctoritate. 19 Altiſona, ſapientiæ plena. 20 Commodi. 21 Incommodi. 22 Romanæ. 23 Illa victoria. 24 Ab Italiâ. 25 Annibalis ſc. ex Hiſpaniâ per Alpes. 26 Otio torpentem. 27 Ne ſtrenuo ejuſdem rei, utpote gloriæ aut ſummi imperii, ſtudioſo ſc. Annibale, liberata Italia, in priſtinum torporem, in quem antè tranſitum ejus inciderat, dilaberetur. 28 In pari malo. Exiſtimat non minùs detrimenti obventurum ex otio, ſi virtus Romana langueſceret, quam ſi flammâ aut bello Italiâ vaſtaretur.

æquo igitur malorum poſuit, [1] uri tecta, vaſtari agros, [2] exhauriri ærarium, & [3] priſci roboris nervos hebetari.

4 Quid illud factum L. Fimbriæ conſularis! quam ſapiens! AM. Lutatio Pythia [4] ſplendido equite Rom. judex additus de ſponſione, quam [5] is cum adverſario, [6] quòd vir bonus eſſet, fecerat; nunquam [7] id judicium [8] pronuntiatione ſua finire [9] voluit. Ne aut [10] probatum virum, ſi contra eum judicaſſet, fama ſpoliaret: aut juraret virum bonum [11] eſſe, cum ea res [12] innumerabilibus laudibus contineatur.

5 [13] Forenſibus [14] hæc, [15] illa [16] militaribus ſtipendiis prudentia exhibita eſt. Papirius Curſor conſul cùm [17] Aquiloniam oppugnans prœlium vellet committere, [18] pullariuſque [19] non proſperantibus avibus ementitus [20] optimum ei auſpicium renunciaſſet; de fallacia [21] illius [22] factus certior, ſibi quidem & exercitui bonum omen datum credidit, ac pugnam iniit. Cæterùm [23] mendacem ante ipſam aciem conſtituit: ut haberent Dii, cujus [24] capite, ſi quid iræ conceperant, [25] expiarent. Directum eſt autem ſive caſu, ſive etiam cœleſtis numinis providentia, quod primum è [26] contraria parte miſſum erat telum, in ipſum pullarii pectus, eumque exanimem proſtravit. [27] Id ubi [28] conſul cognovit, fidente animo & hoſtes invaſit, & Aquiloniam cepit. [29] Tam citò

1 Ab hoſte. 2 Repoſitorium pecuniæ publicæ evacuari, expromendo omnem pecuniam ad uſum belli, id eſt, pati omnia belli mala. 3 Antiquæ virtutis. 4 Clari nominis. 5 Luctatius. 6 Id eſt, qui Luctatius depoſuerat, quòd judicaretur vir bonus eſſe, & adverſarius quòd non, & de eâ controverſiâ ſponſionem uterque alteri fecerant. 7 Sc. arbitrarium. 8 Pronunciando, quod aut vir bonus dicendus eſſet, aut quòd non eſſet. 9 Fimbria ſc. 10 Approbatum & habitum virum bonum. 11 Luctatium. 12 Non parum eſt virum bonum eſſe: neceſſe eſt, cunctis illum virtutum numeris præditum eſſe: in quo ſi una ſola virtus defuerit, vir bonus non erit, nec dici poterit. 13 Sc. *ſtipendiis*, id eſt, viris in foro judiciali verſari ſolitis, & ibîdem ſtipendia facere. 14 Jam dicta ſapientia in dictis aut factis. 15 Quæ ſequitur. 16 In caſtris. 17 Urbem Samnitum. 18 Auſpex, obſervator pullorum ad hoc nutritorum. 19 Nihil proſperi promittentibus. 20 Promittens optimum exitum. 21 Pullarii. 22 Per alios, qui aderant. 23 Pullarium. 24 Capitali punitione. 25 Purgarent, & evacuarent iram ſuam. 26 Hoſtili. 27 Pullarium mendacii pœnas luiſſe. 28 Papyrius. 29 Laudat hujus hominis prudentiam atque judicium.

animadvertit, quo pacto injuria [1] imperatoris [2] vindicari deberet, quemadmodum violata religio expianda foret, & qua ratione victoria apprehendi poſſet. Egit [3] virum ſeverum, [4] conſulem religioſum, [5] imperatorem ſtrenuum: timoris [6] modum, [7] pœnæ genus, [8] ſpei viam [9] uno mentis impetu rapiendo.

6 Nunc ad ſenatus acta tranſgrediar. Cùm adverſus [10] Annibalem ſenatus Claudium Neronem & Livium Salinatorem conſules mitteret; eoſque ut virtutibus pares, ita inimicitiis acerrimè inter ſe diſſidentes videret, ſummo [11] ſtudio in [12] gratiam reduxit, ne propter privatas diſſenſiones remp. parum utiliter adminiſtrarent. [13] Quia conſimili imperio, niſi concordia ineſt, major aliena [14] opera [15] interpellandi, quam ſua [16] edendi cupiditas naſcitur: ubi vero etiam [17] pertinax intercedit odium, alter alteri, quam è contrariis caſtris utrique certior hoſtis [18] proficiſcitur. [19] Eoſdem ſenatus, cùm ob nimis aſpere actam cenſuram à Cn. Bæbio trib. pl. [20] pro Roſtris [21] agerentur rei: [22] cauſæ dictione [23] decreto ſuo liberavit. Vacuum omnis judicii metu [24] eum honorem reddendo, qui exigere debet [25] rationem, non [26] reddere. [27] Par illa

1 Commiſſa in ſe Imperatorem ob falſam proſperi eventus renunciationem: quam niſi morte pullarii purgaſſet, in perniciem ſuam exercitusque ſui ſenſiſſet. 2 Puniri. 3 Quia mendaci non pepercit. 4 Aut quia renunciationem, licet falſam, ſequi voluit, aut quia eam religiosè, & ut Diis placitum erat, expiavit. 5 Quia Aquiloniam cepit. 6 Moderationem: quia timuit mendacem pullarium ſequi, donec eum puniendum conſtituerat. 7 Quia in Deorum arbitrio politum, ut, ſi innocentem cenſerent, ipſum à telis hoſtibus defenderent: ſi nocentem, occidi permitterent. 8 Quia cognito, quod Dii iram ſuam in pullarium convertiſſent, ſpei plenus urbem expugnavit. 9 Uno rationis, ea omnia decernentis, impulſu celeriter amplexando. 10 In Italiam advenientem. 11 Conatu. 12 Mutuam benevolentiam. 13 Optima ratio cur diſſidentes inter ſe duces rem benè gerere nullo modo poſſit: nam qui inter ſe odio laborant, magis ſtudent alter alterius interpellare facta, quam præclarum quidquam edere, & ſe invicem magis inſectantur, quam hoſtes. 14 Præclara ſc. 15 Impediendi. 16 Emittendi & producendi in lucem. 17 Perpetuum, & in malitiâ perſeverans. 18 In militiam. 19 Jam dictos Conſules. Addit ſecundum Senatus prudens factum. 20 Antè roſtra, id eſt, ad populum. 21 Dies illis dicta eſſet. 22 Sui defenſione. 23 Interponendo decretum. 24 Cenſorium. 25 Geſtorum ab aliis. 26 Rationem ſc. geſtorum à ſc. 27 Adfert tertium Senatus exemplum.

ſapientia ſenatus, qua Ti. Gracchum trib. pl. [1] Agrariam legem [2] promulgare auſum, morte mulctavit: [3] Idem, ut ſecundum [4] legem [5] ejus per [6] triumviros ager populo [7] viritim divideretur, [8] egregiè cenſuit. Siquidem graviſſimæ ſeditionis eodem tempore & [9] auctorem & [10] cauſam ſuſtulit.

[11] Quam deinde ſe prudenter in [12] rege Maſiniſſa [13] geſſit? Nam cùm promptiſſima & fideliſſima [14] ejus opera adverſus Carthaginenſes uſus eſſet, [15] eumque in dilatando regno avidiorem cerneret; legem ferri juſſit, quæ Maſiniſſæ ab imperio populi Rom. [16] ſolutam libertatem tribueret. Quo facto cùm optimè [17] meriti benevolentiam retinuit, tùm [18] Mauritaniæ & Numidiæ, ceterarumque illius tractus gentium nunquam fida pace quieſcentem feritatem, [19] à valvis ſuis repulit.

## EXTERNA.

I [20] Tempus deficiet domeſtica narrantem: quoniam imperium noſtrum non tam robore corporum, quàm amicorum vigore incrementum ac tutelam ſui comprehendit. Majore itaque ex parte Romana prudentia in admiratione tacitè reponatur, alienigeniſque hujus generis exemplis detur aditus. Socrates [21] hu-

1 De dividendis agris, militiâ patris, æquis portionibus.
2 Executioni mandare.
3 Senatus.
4 Quam Gracchus promulgare voluit.
5 Ti. Gracchi.
6 Rei judicatæ exactores.
7 Æquis portionibus in ſingula capita.
8 Excellenti prudentiâ.
9 Occidendo Gracchum.
10 Quia, ut agri portionem haberet, populus ſeditionem movit, & eam habuit.
11 Adfert quartum ejuſdem prudentiæ facinus.
12 Numidiæ.
13 Senatus.
14 Maſiniſſæ auxilio.
15 Et Maſiniſſam in extendendo regno ſuo nimis avidum videret.
16 Ut eſſet in poteſtate & arbitrio Maſiniſſæ, quibuſcum vellet, belli paciſve gerendæ.
17 Maſiniſſæ.
18 Quia enim non ampliùs habuerunt provocationem ad Senatum populumq; Romanum, non amplius moleſtiam attulerunt.
19 Ab oſtiis ſuis, quæ quotidiè aut judicium aut opem poſtulantes pulſare ſolebant.
20 Si voluero cuncta Senatus acta ſapienter enarrare, tempus non ſufficeret: cùm tantum imperium non viribus ſolùm, ſed conſilia & ratione pepererit, partum auxerit, auctum conſervaverit, ſatius eſt illius prudentiam tacitâ admiratione involvi.
21 Quatenus homini contingere poteſt.

manæ

manæ ſapientiæ quaſi quoddam [1] terreſtre oraculum, nihil [2] ultra petendum à Diis immortalibus arbitrabatur, quam ut [3] bona tribuerent. Quia ii [4] demùm ſcirent quid unicuique eſſet utile: [5] nos autem plerumque id votis expetere, quod non impetraſſe [6] melius foret. [7] Etenim, denſiſſimis tenebris involuta mortalium mens, in quam latè patentes errores [8] cæcas precationes tuas ſpargis! [9] Divitias appetis, quæ multis exitio fuerunt: honores concupiſcis, qui complures peſſumdederunt: regna tecum ipſa [10] volvis, quorum exitus ſæpenumerò miſerabiles cernuntur: [11] ſplendidis conjugiis injicis manus, at hæc ut aliquando illuſtrant, ita nonnunquam funditùs domos evertunt. Deſine igitur [12] ſtulta, futuris malorum tuorum cauſis, quaſi feliciſſimis rebus inhiare, teque totam [13] cœleſtium arbitrio permitte: [14] Quia qui tribuere bona ex facili ſolent, etiam eligere aptiſſima poſſunt.

[15] Idem [16] expedita & [17] compendiaria via eos ad gloriam pervenire dicebat, qui id agerent, ut quales videri vellent, tales etiam eſſent. Qua quidem prædicatione apertè monebat, ut homines ipſam potius virtutem, quam [18] umbram ejus conſectarentur. Idem ab adoleſcentulo quodam [19] conſultus, uxorem duceret, an ſe omni matrimonio abſtineret; reſpondit, [20] utrum eorum feciſſet, acturum pœniten-

1 In terrâ converſatum promptuarium providentiæ & cognitionis divinæ ad danda reſponſa de futuris & rebus occultis, ac de vitæ ratione. Reſpicit autem Valerius ad illud, quòd cùm Socrates templum Apollinis ingreſſus eſſet, ſic exceptus eſt à ſacerdote, ut diceret, *Salve ſapientiſſime omnium.*
2 Ulterius.
3 Sc. *vera.*
4 Solummodo.
5 Multis rationibus probat, homines plerumque ea, quæ noxia ſunt, appetere, ut opes, honores, imperia.
6 Cujus deinde pœniteat, cùm impetraveris.
7 Probat ita eſſe. Q.d. Præcipites in multos errores tuæ preces incurrunt: cùm ea plerumque petas, quę tibi nocitura ſunt. 8 Temerarias & inconſideratas. 9 Quaſi bonas: quæ ex hoc probantur non eſſe bonæ, quòd multis exitio fuerint. 10 Meditaris & amplecteris. 11 Splendidarum fœminarum matrimoniis affectanter inhias, tibique ea vendicas. 12 O mens ſtolida. 13 Deorum. Q.d. Sine Deos, quod ſit utile, ſine voto tribuere. Hæc ſtulta & incerta vota Juvenalis his verſibus carpit: *Si conſilium vis, Permittas ipſis expendere numinibus quid Conveniat nobis, rebuſque ſit utile noſtris. Nam pro jucundis aptiſſima quæque dabunt Dii,* &c. 14 Sc. *Dii.* 15 Socrates. 16 A nullo impeditâ, atque ita facili. 17 Brevi viâ. 18 Apparentiam. 19 Conſilium petitus. 20 Socrates ergo ita reſpondit, ut illum ambiguum relinqueret.

tiam. [1] Hîc te,inquit ſolitudo, hîc [2] orbitas, hîc generis interitus; hîc [3] hæres alienus excipiet: [4] illic perpetua [5] ſolicitudo, [6] contextus querelarum, [7] dotis exprobratio, [8] affinium grave ſupercilium, [9] garrula ſocrus lingua, [10] ſubſeſſor alieni matrimonii, [11] incertus liberorum eventus. Non [12] paſſus eſt juvenem in [13] contextu rerum [14] aſperarum, quaſi lætæ materiæ facere [15] delectum.

[16] Idem cùm Athenienſium ſcelerata dementia [17] triſtem de capite ejus ſententiam tuliſſet, fortique animo & conſtanti vultu potionem [18] veneni è manu carnificis accepiſſet; admoto jam labris poculo, uxori Xanthippæ inter fletum & lamentationem vociferanti innocentem [19] eum perimi, [20] Quid ergo, inquit, nocenti mihi mori ſatius eſſe duxiſti? O immenſam illam ſapientiam, quæ ne in ipſo quidem vitæ exceſſu oblviſci [21] ſui potuit!

4 Age,quam prudenter Solon, neminem, dùm adhuc viveret, [22] beatum dici debere arbitrabatur! quòd ad ultimum uſque [23] fati diem ancipiti fortunæ ſubjecti eſſemus. Felicitatis igitur humanæ appellationem [24] rogus [25] conſummat, [26] qui ſe [27] incurſui malorum objicit. [28] Idem cùm ex amicis quendam gra-

1 In cœlibatu. 2 Privatio prolis legitimæ, id eſt, ſine filiis nullos hæredes relinquens. 3 Qui tuis potietur. 4 In matrimonio. 5 Parandi ea, quæ uxori & liberis neceſſaria ſunt. 6 Cumulus congeſtus, id eſt, continua materia querelarum, cùm ſemper aliquid ſit, quod diſpliceat in familiâ. 7 Sc. per uxorem aut affines tuos, quæ & qui, quicquid poſſidetis, doti acceptum ferent. Undè Juv. *Intolerabilius nihil eſt, quam fæmina dives.* 8 Putantium te indignum tali uxore. 9 Rara erit inter maritum uxoremque concordia, vivente ſocru, quæ filiam docet, quomodo virum ſibi reddat obnoxium. 10 Inſidiator, & qui ſollicitet uxorem tuam de ſtupro. 11 Quia neque ſcit, qui uxorem ducit, an habiturus ſit liberos, nec, ſi habuerit, quales futuri ſint, probi an improbi. 12 Socrates. 13 Ordine, ab utraque parte propoſitione. 14 Quia aſperum eſt ducere, & non ducere uxorem. 15 Delectionem. 16 Socrates. 17 Eum morti adjudicaſſet. 18 Nam illum Athenienſes honoris gratiâ eo mortis genere honeſtiori necari voluerunt. 19 Socratem maritum ſuum. 20 Si ideò fles, quòd innocens pereo. 21 Suæ ſapientiæ & fortitudinis. 22 Multi quidem felices ſunt, ſed non beati: beatos enim dicimus, qui ad extremum uſque vitæ ſuæ diem in felicitate permanſerint. 23 Mortis. Undè Ovid. *Sed ſcilicet ultima ſemper exſpectanda dies homini eſt, dicique beatus, Antè obitum nemo ſupremaque funera debet.* 24 Quo mortuorum cadavera cremabantur, aut mors. 25 Perficit. 26 Rogus ſc. id eſt, finis vitæ. 27 Ne mala aliqua incurrant: quia *mors ultima linea rerum eſt.* 28 Solon.

viter

viter mœrentem videret, in [1] arcem perduxit, hortatuſque eſt, ut per omnes [2] ſubjectorum ædificiorum partes oculos circumferret: Quod ut factum animadvertit, Cogita nunc tecum, inquit, quam multi luctus ſub his tectis & olim fuerint, hodieque verſentur, inſequentibuſque ſæculis ſint habitaturi: ac [3] mitte [4] mortalium incommoda tanquam [5] propria deflere. Qua conſolatione demonſtravit, urbes eſſe humanarum cladium [6] conſepta miſeranda. Idem ajebat, ſi in unum locum cuncti mala ſua [7] contuliſſent; futurum, ut propria deportare domum, quam ex eo communi miſeriarum acervo [8] portionem ſuam ferre mallent. Quo [9] colligebat, non oportere nos quæ fortuito patimur, præcipuæ & intolerabilis amaritudinis judicare.

3 Bias autem, cùm patriam ejus Prienem hoſtes invaſiſſent; omnibus, quos modo ſævitia belli [10] incolumes abire paſſa fuerat, pretioſarum rerum pondere onuſtis fugientibus, interrogatus, [11] quid ita nihil ex bonis ſuis ſecum ferret: Ego verò (inquit) [12] bona mea mecum porto. Pectore enim illa geſtabat, non humeris: non oculis viſenda, ſed æſtimanda animo. Quæ domicilio mentis incluſa, nec mortalium, nec Deorum manibus [13] labefactari queunt: [14] & ut manentibus præſto ſunt, ita fugientes non deſerunt.

4 [15] Jam Platonis verbis [16] adſtricta, ſed ſenſu prævalens ſententia. Qui tùm demùm beatum [17] terrarum orbem futurum prædicavit; cùm aut ſapientes regnare, aut reges ſapere cœpiſſent.

1 Summam domum urbis. 2 Sc. *viſui.* 3 Omitte. 4 Humanos caſus. 5 Eſſent tua unius aut tibi ſoli. Ovid. *Neque enim fortuna querenda Sola tua eſt, ſimiles aliorum reſpice caſus, Mitius iſta feres.* 6 Quaſi quædam ovilia & clauſtra. 7 Congeſſiſſent in cumulum. 8 Quæ cuique contingeret, ſi æqualibus portionibus mala dividerentur. 9 Concludebat Solon. 10 Salvos. 11 Cur. 12 Virtutes, quæ ſola bona ſunt, & ſua cujuſque verè dici poſſunt, quæ nullâ ratione poſſunt amitti. 13 Conquaſſari, corrumpi, ſubduci. 14 Et ſicut bona animi, id eſt, virtutes perſiſtentibus in patriâ ſuâ præſentes ſunt, ita è patriâ ſuâ diſcedentes juſtâ de causâ non derelinquunt. 15 Breve Platonis dictum, ſed ſapientiæ plenum, qui tùm res humanas ſtabiles fore dixit, mundumque beatum, ſi aut ſapientes regerent, aut regentes ſaperent. 16 Brevis, præciſa. 17 Mundum hunc,

5 Rex etiam [1] ille ſubtilis judicii; quem ferunt traditum ſibi [2] diadema, priuſquam capiti imponeret, [3] retentum diu conſideraſſe, ac dixiſſe: O [4] nobilem magis, [5] quam felicem [6] pannum, quem ſi quis penitùs cognoſcat, quàm multis ſolicitudinibus, & periculis, & miſeriis ſit refertus; ne [7] humi quidem jacentem [8] tollere vellet.

6 Quid? [9] Xenocratis reſponſum, quam laudabile! cum maledico ſermoni quorundam ſummo ſilentio intereſſet; uno ex [10] his quærente, cur ſolus ita linguam cohiberet: Quia [11] dixiſſe me, inquit, aliquando pœnituit, tacuiſſe nunquam.

7 [12] Ariſtophanis quoque altioris eſt prudentiæ præceptum, qui in comœdia introduxit remiſſum ab inferis Athenienſem Periclem, vaticinantem, non oportere in [13] urbe nutriri [14] leonem; ſin autem ſit [15] alitus, [16] obſequi ei convenire. Monet enim, ut præcipuæ nobilitatis & [17] concitati ingenii juvenes refrenentur. Nimio verò favore ac [18] profuſa indulgentia paſti, quò minus potentiam obtineant, ne impediantur: quòd ſtultum ſit, & inutile, eas [19] obtrectare vires, quas ipſe foveris.

8 Mirifice etiam [20] Thales. Nam interrogatus an facta hominum Deos [21] fallerent: [22] Nec cogitata, inquit. Ut non ſolùm [23] manus, ſed etiam [24] mentes puras habere vellemus; cùm ſecretis cogitationibus noſtris [25] cœleſte numen adeſſe credidiſſemus.

Ac ne quod ſequitur quidem minus ſapiens. Unicæ filiæ pater Themiſtoclem conſulebat,

1 Cujus nomen ignoratur.
2 Inſigne capitis regii.
3 In manibus.
4 Facientem hominem potiùs nobilem & clarum.
5 Quia plus amaritudinis ſentiat, quam felicitatis.
6 Eſt enim faſcia quædam, cui corona ſuperimponebatur apud Perſas.
7 Super terram.
8 Nedum cum labore & periculis.
9 Philoſophi.
10 Maledicis.
11 Locutum fuiſſe.
12 Antiquæ Comœdiæ ſcriptoris.
13 Athenienſium.
14 Virum ferocis ingenii & præpotentem.
15 Educatus & nutritus.
16 Inſervire ei conveniens & utile eſſe.
17 Acris & ardentis.
18 Nimiâ facilitate & permiſſione educati.
19 Non velle pati, reſiſtere.

20 Philoſophus Mileſius, unus è ſeptem ſapientibus, ſc. *reſpondit.* 21 Laterent. 22 Unde verſus exſtant in hanc ſententiam: *Cùm quid turpe facis, ſi me præſente rubeſcis; Cur præſente Deo non magis ipſe rubes?* 23 Quantum ad facta. 24 Quantum ad cogitata. 25 Deum.

utrum

utrum eam pauperi, ſed [1] ornato: an locupleti parum probato [2] collocaret: cui is, Malo, inquit, virum pecuniâ, quàm pecuniam viro indigentem. Quo dicto ſtultum monuit, ut generum potius, quàm divitias generi [3] legeret.

Age [4] Philippi quàm [5] probabilis epoſtola, in qua Alexandrum quorundam Macedonum benevolentiam [6] largitione ad ſe attrahere conatum ſic [7] increpuit: Quæ te, fili, ratio in hanc tam vanam ſpem induxit, ut eos tibi fideles futuros exiſtimares, quos pecuniâ [8] ad amorem tui compuliſſes? à charitate [9] iſtud præſtatur. At verò antè Philippus majore ex parte [10] mercator Græciæ, quàm victor.

Ariſtoteles autem Calliſthenem auditorem ſuum ad Alexandrum dimittens monuit, ut cum eo aut rariſſimè, aut quam jucundiſſimè loqueretur: quo ſcilicet apud regias aures vel ſilentio tutior, vel ſermone eſſet acceptior. At [11] ille dùm Alexandrum Perſica Macedonum ſalutatione gaudentem objurgat, & ad majorum mores invitum revocare perſeverat; [12] ſpiritu carere juſſus, ſeram neglecti [13] ſalubris conſilii pœnitentiam egit.

Idem Ariſtoteles de ſemet ipſo in [14] neutram partem loqui debere prædicabat: quoniam laudare ſe, vani: vituperare, ſtulti eſſet. [15] Ejuſdem eſt utiliſſimum præceptum, Ut voluptates [16] abeuntes conſideremus. Quas quidem [17] ſic oſtendendo [18] minuit: [19] Feſſas enim, pœnitentiæque plenas [20] animis noſtris ſubjecit, quo minus cupidè [21] repetantur.

8 [22] Nec parùm prudenter [23] Anaxagoras interroganti cuiquam, quiſnam eſſet beatus:

1 Prudentiâ & cæteris virtutibus.
2 Matrimonio jungeret, nuptui daret.
3 Eligeret.
4 Regis Macedoniæ, patris Alexandri magni.
5 Commendabilis, laude digna.
6 Largâ munerum & pecuniarum collatione.
7 Reprehendit.
8 Ut te ament.
9 Amari.
10 Quia plus acquiſivit per largitionem, quàm bello.
11 Calliſthenes.
12 Id eſt, necatus.
13 Quod Ariſtoteles ei dederat.
14 Neque bonam, neque malam.
15 Ariſtotelis.
16 Quales ſint, cùm abeunt à nobis ſatietate & nauſeâ captis.
17 In profectu earum.
18 Parvi aut minoris æſtimandas docuit.
19 Non ampliùs nos affi.ere valentes.
20 Contemplandas objecit.
21 Iterùm petantur.
22 Multùm.
23 Philoſophus.

Nemo,

Nemo, inquit, ex his quos tu felices exiſtimas: ſed eum in illo [1] numero reperies, qui à te ex miſeris conſtare creditur. Non erit [2] ille divitiis & honoribus abundans: ſed aut exigui ruris, aut non [3] ambitioſæ doctrinæ fidelis ac [4] pertinax cultor, in [5] receſſu quam in [6] fronte beatior.

10 Demadis quoque dictum ſapiens: nolentibus enim Athenienſibus divinos honores Alexandro [7] decernere, Videte (inquit) ne dum [8] cœlum cuſtoditis, [9] terram amittatis.

11 Quam porro ſubtiliter Anacharſis leges [10] aranearum telis comparabat: Nam ut illa [11] infirmiora animalia retinere, [12] valentiora [13] tranſmittere; ita [14] his humiles & pauperes conſtringi, divites & [15] præpotentes non alligari, videmus.

12 Nihil etiam [16] Ageſilai facto ſapientius: ſiquidem cum adverſus remp. Lacedæmoniorum [17] conſpirationem ortam noctu comperiſſet, leges Lycurgi continuò [18] abrogavit, quæ de [19] indemnatis ſupplicium ſumi vetabant: Comprehenſis autem & interfectis ſontibus, eaſdem è veſtigio [20] reſtituit. Atque utrumque ſimul providit, ne [21] ſalutaris animadverſio vel [22] injuſta eſſet, vel [23] jure impediretur. Itaque ut ſemper eſſe poſſent, [24] aliquando non fuerunt.

13 Sed neſcio an [25] Hannonis [26] excellentioris prudentiæ conſilium. [27] Magone enim [28] Cannenſis pugnæ exitum ſenatui Pœnorum nunciante, inque tanti ſucceſſus [29] fidem an-

1 Beatorum.
2 Verè beatus.
3 Quærentis honores populi.
4 Aſſiduus.
5 Pectore & ſui ipſius conſcientiâ, aut fine vitæ.
6 Apparitione & oſtentatione externâ, aut principio vitæ, quia virtutis merces in fine eſt, voluptatis in principio.
7 Decreto attribuere.
8 Cultum Deorum immortalium.
9 Urbem & ditionem in terris, id eſt, ne Alexander iratus vos perdat.
10 Quas araneæ texunt.
11 Ut muſcas & culices.
12 Ut veſpas, mures, &c.
13 Mittere trans illas.
14 Legibus.
15 Valdè potentes, qui civicam conditionem excedunt.

16 Regis Lacedæmoniorum. 17 Malorum conjurationem. 18 Subvertit. 19 De quibus non eſſet ſolenniter lata ſententia. 20 Promulgavit. 21 Ad ſalutem reipublicæ ſpectans. 22 Si de indemnatis fieret. 23 Si ſemper leges ſervaſſet. 24 Sc. pro modico illo tempore, quo abrogatæ fuerunt. 25 Carthaginenſium principis. 26 Quam Ageſilai. 27 Hannibalis fautore. 28 Quam cladem illic Romani accepiſſent. 29 Credulitatem, approbationem.

nulos aureos trium modiorum menſuram explentes effundente, qui interfectis noſtris civibus detracti erant; quæſivit an aliquis ſociorum poſt tantam cladem à Romanis defeciſſet: Atque ut audivit neminem ad Annibalem tranſiſſe, ſuaſit protinus, ut legati Romam, per quos de pace ageretur, mitterentur: cujus ſi ſententia [1] valuiſſet, neque [2] ſecundo Punico bello victa Carthago, neque tertio [3] deleta foret.

14 Ne [4] Samnites quidem parvas pœnas conſimilis erroris [5] pependerunt, quòd [6] Herennii Pontii ſalutare conſilium neglèxerunt: Qui auctoritate & prudentia [7] cæteros [8] præſtans, ab exercitu & [9] ejus duce filio ſuo conſultus, quidnam fieri de legionibus Romanis apud [10] Furcas Caudinas incluſis deberet, inviolatas dimittendas reſpondit. [11] Poſtero die eâdem de re interrogatus, deleri eas oportere dixit: ut aut [12] maximo beneficio gratia hoſtium emeretur, aut graviſſima [13] jactura [14] vires confringerentur: ſed improvida temeritas victorum, dum utramque partem ſpernit utilitatis, ſub [15] jugum [16] miſſas in perniciem ſuam accendit.

Multis & magnis ſapientiæ exemplis [17] parvulum adjiciam. [18] Cretenſes cùm acerbiſſima execratione adverſus eos, quos [19] vehementer oderunt, uti volunt; ut mala conſuetudine delectentur, optant; modeſtoque [20] voti genere efficaciſſimum ultionis eventum repetiunt. [21] Inutiliter enim aliquid concupiſcere, & in eo perſeveranter morari, [22] exitio vicina dulcedo eſt.

1 Approbata fuiſſet.
2 In quo tributaria facta eſt à Scipione majore.
3 A Scipione Africano minore.
4 Italiæ populi.
5 Perſolverunt.
6 Principis ſui: ſicut Carthaginenſes Hannonis.
7 Samnites.
8 Superans.
9 Exercitus Samnitum.
10 Anguſtias montium, undè exire non poterant, à Caudio oppido dictas, ibi propinquo.
11 Nam prius conſilium non placuit exercitui.
12 Si ſalvi dimitterentur.
13 Amiſſione tot legionum.
14 Hoſtium.
15 Haſtas tres, duas erectas, & unam tranſverſam in formam patibuli.
16 Sc. legiones Romanas.
17 Minoris prudentiæ.
18 Cretenſes optare & imprecari ſolebant.
19 Capitales hoſtes haberet.
20 Imprecationis.
21 Pernicioſe.
22 Ad exitium perducens.

## CAP. III.

# DE VAFRE DICTIS AUT FACTIS.


| A ROMANIS. | AB EXTERNIS. |
|---|---|
| 1 Antiſtite templi Dianæ. | 1 Alexandro Magno, & quodam aſinario. |
| 2 L. Junio Bruto. | 2 Darii regis equiſone. |
| 3 P. Scipione Africano majore. | 3 Biante Prienenſi. |
| 4 Q. Fabio Labeone. | 4 Anaximene. |
| 5 M. Antonio oratore. | 5 Demoſthene oratore. |
| 6 Q. Sertorio. | 6 Quodam Athenienſi. |
| 7 Q. Fabio Max. Verrucoſto. | 7 Annibale Giſgonis F. Pœno. |
| 8 M. Voluſio Saturnino ædil. pleb. | 8 Annibale Amilcaris F. Pœno. |
| 9 Sentio Saturnino. | 9 Tuſculanis. |
| 10 Patre quodam. | 10 Tullo Attio Volſcorum duce. |


[1] Est aliud factorum dictorumque genus à ſapientia [2] proximo deflexu ad [3] Vafri nomen progreſſum: [4] quod niſi fallacia vires aſſumpſerit, [5] fidem propoſiti non invenit: laudemque [6] occulto magis [6] tramite, quam [7] aperta via petit.

1 Ser. Tullio [8] regnante, cuidam patrifamilias in agro Sabino præcipuæ magnitudinis & eximiæ formæ vacca nata eſt. Quam oraculorum certiſſimi [9] auctores [10] in hoc à Diis immortalibus [11] editam reſponderunt, ut quiſquis eam [12] Aventinienſi Dianæ immolaſſet, ejus patria totius terrarum orbis imperium obti-

1 Nunc de Vafrè dictis aut factis dicere incipit, & dicit hoc cum ſuperiore jungendum eſſe: ſed in hoc differre: quòd hoc non ſine dolo fieri poteſt. Eſt enim *Vafre dictum*, cùm aliud dicimus, & aliud innuimus.
2 Primâ declinatione; quia à ſapientiâ procedit, ſed ſapientiæ conjuncta eſt fallacia. 3 Aſtuti. 4 Sc. *genus*. 5 Non aſſequitur quod prætendit. 6 Dolo. 7 Simplici viâ, id eſt, integrâ virtute. 8 Romæ. 9 Interpretes. 10 Ad hunc finem, aut hoc portento. 11 Natam. 12 Quæ Romæ in Aventino monte templum habebat.

obtineret. Lætus [1] eo [2] dominus, [3] bovem [4] cum ſumma feſtinatione Romam actam, in [5] Aventino ante aram Dianæ conſtituit, [6] ſacrificio Sabinis regimen humani generis [7] daturus. De qua re [8] antiſtes templi certior factus, [9] religionem [10] hoſpiti intulit, ne prius victimam cæderet, quam [11] proximi amnis aqua ſe abluiſſet. [12] Eoque alveum Tiberis petente, vaccam ipſe immolavit, & urbem noſtram tot civitatum, tot gentium dominam pio ſacrificii furto reddidit.

2 Quo in genere [13] acuminis imprimis [14] Junius Brutus referendus eſt. Nam cùm à rege [15] Tarquinio, [16] avunculo ſuo, omnem [17] nobilitatis indolem excerpi, interque cæteros etiam fratrem ſuum, quòd [18] vegetioris ingenii erat, interfectum animadverteret; [19] obtuſi ſe cordis eſſe ſimulavit: eaque fallacia maximas virtutes ſuas texit. Profectus etiam Delphos cum [20] Tarquinii filiis, quos [21] is ad Apollinem Pythium muneribus ſacrificiiſque honorandum miſerat, aurum Deo nomine doni [22] clam cavato baculo incluſum [23] tulit: quia timebat ne ſibi cœleſte [24] numen apertâ liberalitate venerari tutum non eſſet. Peractis deinde mandatis [25] patris, Apollinem [26] juvenes conſuluerunt; quiſnam ex ipſis Romæ regnaturus videretur. At is [27] penes eum ſummam Urbis noſtræ poteſtatem futuram reſpondit, qui [28] ante omnes [29] matri oſculum dediſſet.

1 Oraculo.
2 Pater ille familias, poſſeſſor vaccæ.
3 Vaccam illam.
4 Aut quia cupidus erat talis eventus, aut ne oraculum aliis innoteſceret & vacca ſibi præriperetur.
5 Sc. *monte*.
6 Talis vaccæ.
7 Eo animo ut daret.
8 Primarius ſacerdos edoctus.
9 Metum religionis, ne Deam offenderet, ſi eam illatis manibus immolaret.
10 Homini peregrino.
11 Tiberis. Putabant enim aquam fluentem habere vim purgativam: undè Æneas apud Virg. 2. Æn. *Tu genitor cape ſacra manu patrioſque Penates, Me bello ex tanto digreſſum & cæde recentè Attrectare nefas, donec me flumine vivo Abluero.*

12 Hoſpite, aut patrefamilias. 13 Callidæ ſagacitatis & vaframenti. 14 Exactor regum & primus conſul. 15 Superbo ſc. 16 Quia matris fratre. 17 Florem nobilium paulatim ex aliis ad mortem eligi. 18 Magis vividi & acutioris. 19 Hebetis ingenii. 20 Tito & Arunte. 21 Tarquinius. 22 Occultè, neſcientibus id filiis regis. 23 Brutus. 24 Apollinis, quem cœleſtium Deorum unum putabat. 25 Tarquinii. 26 Filii regis. 27 In poteſtate ejus. 28 Primus omnium. 29 Ovid. 2. Faſt. *Conſulitur Phœbus, ſors eſt ita reddita, matri Qui dederit primus oſcula, victor erit.*

Tunc Brutus, perinde atque caſu prolapſus, [1] de induſtria ſe abjecit, terramque communem omnium matrem exiſtimans, oſculatus eſt. Quod [2] tam vafrè telluri impreſſum oſculum, Urbi libertatem, Bruto primum [3] in faſtis locum tribuit.

3 Scipio quoque ſuperior [4] præſidium calliditatis amplexus eſt. Ex Sicilia enim petens Africam, cùm ex fortiſſimis peditibus Romanis trecentorum equitum numerum complere vellet, neque tam ſubitò poſſet eos inſtruere: quod temporis anguſtiæ negabant, ſagacitate conſilii [5] aſſecutus eſt. Namque ex iis juvenibus, quos ſecum ex tota Sicilia nobiliſſimos & ditiſſimos, ſed [6] inermes habebat, trecentos ſpecioſa arma & electos equos quam celerrimè [7] expedire juſſit; velut eos continuò ſecum ad oppugnandam Carthaginem evecturus: Qui cum [8] imperio ut celeritate, ita longinqui & periculoſi belli [9] reſpectu ſolicitis animis paruiſſent; remittere ſe Scipio illam [10] expeditionem, ſi arma & equos militibus ſuis traderent, edixit. [11] Rapuit conditionem [12] imbellis ac timida juventus, [13] inſtrumentoque ſuo cupide noſtris ceſſit. [14] Ergo calliditas ducis providit, ut ſi quod protinus imperaretur, grave prius, deinde remiſſo militiæ metu [15] maximum beneficium fieret.

4 Quod ſequitur, narrandum quoque eſt. Q. Fabius Labeo arbiter à ſenatu finium conſtituendorum inter Nolanos & Neapolitanos

1 Datâ operâ ſe in terram abjecit.
2 Tam callidè, ut nemo perciperet.
3 In libris, in quibus annua geſta deſcribebantur, & conſulum nomina: ipſe autem primus conſulum fuit.
4 Protectionem, ſubſidium.
5 Obtinuit.
6 Quia non aderant belli gerendi causâ.
7 Acquirere.
8 Scipionis.
9 Ex conſideratione.
10 Profectionem militarem in Africam.
11 Celeriter accepit.
12 Bello non aſſueta.
13 De inſtrumento ſuo, id eſt, quo bellum gerere poſſit, ſc. armis & equis.
14 Laudat Scipionis conſilium callidum, qui ſine ſociorum querelâ exercitum inſtruxit opibus illorum tantâ calliditate, ut illi ſe beneficium recepiſſe exiſtimarent, quod ſi imperatum fuiſſet, graviſſimum exiſtimaſſent.
15 Loco maximi beneficii haberetur. Q. d. Si Scipio ſtatim exegiſſet ab illis nobilibus, ut ſinguli arma & equum talem militi Romano tribuerent, viſum fuiſſet illis pergrave, præſertim cùm ſibi clariſſimos equos & aptiſſima arma delegiſſent: ſed nunc cùm viderent per ornamenta ſua ſe à militiæ onere abſolvi, loco maximi beneficii habuerunt ea dare.

datus,

datus, cùm [1] in rem præſentem veniſſet, utroſque ſeparatim monuit, ut omiſſa cupiditate, [2] regredi modo controverſo, quam progredi mallent. Idque cùm utraque pars auctoritate viri mota feciſſet, aliquantum in medio [3] vacui agri relictum eſt. Conſtitutis deinde [4] finibus ut [5] ipſi terminaverant; quicquid reliqui ſoli fuit, populo Romano adjudicavit: Cæterum etſi [6] circumventi Nolani ac Neapolitani queri nihil potuerunt, ſecundum ipſorum demonſtrationem dicta ſententia; improbo tamen [7] præſtigiarum genere novum civitati noſtræ vectigal acceſſit. [8] Eundem ferunt, cùm à rege Antiocho, quem bello ſuperaverat, ex fœdere icto dimidiam partem navium accipere deberet, [9] medias omnes ſecuiſſe, ut eum [10] tota claſſe privaret.

5 Jam [11] M. Antonio [12] remittendum convitium eſt: qui idcirco ſe ajebat nullam orationem ſcripſiſſe, ut, ſi quid, ſuperiore judicio actum, ei, quem poſtea defenſurus eſſet, nociturum foret, non dictum à ſe, affirmare poſſet. Qui facti [13] vix pudentis tolerabilem cauſam habuit: pro [14] periclitantium enim capite, non ſolum eloquentia ſua uti, ſed etiam verecundia abuti erat paratus.

6 Sertorius verò corporis robore, atque animi conſilio [15] parem naturæ indulgentiam expertus, proſcriptione Syllana dux Luſitanorum fieri coactus, cùm eos oratione [16] flectere non poſſet, ne cum Romanorum univerſa acie confligere vellent, vafro conſilio ad ſuam ſententiam perduxit. Duos enim in conſpectu eorum conſtituit equos, alterum validiſſimum, alterum infirmiſſimum: ac deinde validi caudam ab imbecillo ſene paulatim [17] carpi, infirmi à juvene eximiarum virium [18] univerſam convelli juſſit. Obtemperatum [19] imperio eſt.

1 Ad locum ipſum de quo controverſia erat.
2 Diſcedere à lite & controverſiâ.
3 Carentis poſſeſſore.
4 Limitibus.
5 De utraque parte commiſſi.
6 Decepti fraude arbitri.
7 Illuſionum, deceptionum.
8 Q. Fabium Labeonem.
9 Naves.
10 Quia dimidiatæ naves inutiles erant.
11 Oratori.
12 Vel quia morte ſatis ſupplicii luit, aut quia gravius meruit Labeone.
13 Quaſi nullam habuit cauſam.
14 Reorum.
15 Quia pares illi natura corporis & animi dotes conceſſerat, ut & corporis viribus, & animi conſilio plurimùm valeret.
16 Inducere.
17 Extrahi.
18 Simul totam
19 Mandato Sertorii in evellendâ caudâ equinâ.

Sed dum adoleſcentis dextera [1] irrito ſe labore fatigat, ſenio [2] confecta manus [3] miniſterium executa eſt. Tunc [4] barbaræ concioni, [5] quorſum ea res tenderet, cognoſcere cupienti, [6] ſubjecit: Equi caudæ conſimilem eſſe Romanorum exercitum, cujus partes aliquis [7] aggrediens opprimere poſſit: [8] univerſum conatus proſternere, celerius [9] tradiderit victoriam, quam occupaverit. Ita gens [10] barbara, aſpera, & [11] regi difficilis, in exitium ſuum ruens, quam utilitatem auribus reſpuerat, [12] oculis prævidit.

7 Fabius autem Maximus, cujus [13] non dimicare, vincere fuit: cum præcipuæ fortitudinis [14] Nolanum peditem [15] dubia fide ſuſpectum, & [16] ſtrenuæ operæ [17] Lucanum equitem amore ſcorti deperditum in caſtris haberet: ut utroque potius bono milite uteretur, quam [18] in utrumque animadverteret; [19] alteri ſuſpicionem ſuam diſſimulavit; in [20] altero, [21] diſciplinam paululum à [22] recto tenore deflexit: Nam [23] illum [24] plene pro [25] tribunali laudando, omnique genere honoris [26] proſequendo, animum ſuum à [27] Pœnis ad Romanos coëgit revocare: & [28] hunc clam meretricem [29] redimere paſſus, [30] paratiſſimum pro nobis [30] excurſorem reddidit.

8 Veniam nunc ad eos, quibus [31] ſalus aſtutiâ quæſita eſt. M. Voluſius [32] ædilis plebis

1 Vano, quia non potuit caudam equi, quantumvis fragilis, uno tractu evellere.
2 Debilitata
3 Opus ſingulos pilos paulatim extrahendi perfecit.
4 Multitudini barbarorum convocatorum ad audiendum verbum Imperatoris.
5 Ad quem finem hoc feciſſet Imperator.
6 Continuò dixit.
7 Invadens,
8 Simul totum Romanum exercitum.
9 Hoſti.
10 Incultis moribus.
11 Ut regatur.
12 Subjecta ſimilitudine.
13 Nulla dimicatio victoria fuit, Infinitivus enim ponitur loco nominativi.
14 In Nolâ oppido.
15 Quia videbatur ad Annibalem velle tranſire.
16 Acris & diligentis operationis militaris.
17 E Lucaniâ.
18 Juſtè utrumque puniret.
19 Nolano ſuſpicionem ſuam de perfidiâ illius abſcondit.
20 Lucano.
21 Militarem ſc.
22 A rigore ſuo: quia præter diſciplinam militiæ Romanæ permiſit hunc in caſtris ſcortum habere.
23 Nolanum ſc. ſuſpectæ fidei.
24 Tanquam minimè ſuſpectum.
25 Cathedrâ imperatoriâ.
26 Afficiendo.
27 Carthaginenſibus.
28 Equitem Lucanum.
29 A lenone.
30 Expedientiſſimum bellatorem: nam *excurſores* dicuntur, qui in expeditionem adverſus hoſtes ducuntur.
31 Conſervatio vitæ.
32 Et ita non curulis. Erant enim Ædiles Curules, qui ſellâ honoris cauſa utebantur, & Plebeji, qui in ſubſelliis tantùm ſedebant.

1 pro-

[1] proſcriptus, [2] aſſumpto Iſiaci habitu, per itinera viaſque publicas [3] ſtipem petens, quiſnam reverà eſſet, occurrentes dignoſcere paſſus non eſt: eoſque fallaciæ genere tectus, in M. Bruti caſtra pervenit. Quid illa neceſſitate miſerius, quæ [4] magiſtratum populi Romani [5] abjecta honoris prætexta, [6] alienigenæ religionis obſcuratum inſignibus, per Urbem juſſit incedere? [7] Omnes autem hi ſuæ vitæ, aut illi alienæ mortis cupidi, qui talia vel ipſi ſuſtinuerunt, vel alios perpeti coëgerunt.

9 [8] Aliquantò [9] ſpecioſius Sentii Saturnini [10] Vetulionis in eorum genere caſus [11] ultimæ ſortis auxilium. Qui cùm à triumviris inter proſcriptos nomen ſuum propoſitum audiſſet; continuò præturæ inſignia [12] invaſit: præcedentibuſque in modum lictorum, & [13] apparitorum, publicorumque ſervorum ſubornatis, vehicula [14] comprehendit, hoſpitia occupavit, obvios [15] ſubmovit, ac tam audaci uſurpatione imperii, [16] in maxima luce denſiſſimas hoſtilibus oculis tenebras offudit. Idem ut [17] Puteolos venit, [18] perinde ac publicum miniſterium agens, [19] ſumma cum licentia correptis navibus in Siciliam, [20] certiſſimum tunc proſcriptorum profugium, penetravit.

1 A Triumviris. 2 Sumpto habitu ſacerdotis Iſidis. Erat autē habitus mendicantis, nam ſacerdotes Iſiaci mendicantes per urbem & vicos vagabantur, pollicentes ſe futura prædicturos, ſi daretur aſſis, & indè quæſtum faciebant. 3 Eleemoſynam. 4 Ædilem ſc. 5 Depoſito magiſtratus inſigni. 6 Nempe Ægyptiacæ. 7 Damnat ulteriùs & eos, qui vitæ nimiùm cupidi, omnem indignitatem & turpitudinem vitandæ mortis gratiâ ſubire non dubitabant, & eos, qui alienæ mortis avidi, homines ad eam neceſſitatem impellebant, ut ea ſuſtinere cogantur. Q. d. Omnes autem hi, qui ipſi in ſe ſuſtinuerunt tam miſerum ſubterfugium, cupidi fuerunt vitæ ſuæ conſervandæ plus quam honoris: aut illi, qui alios coëgerunt perpeti talia, alienæ mortis cupidi fuerunt. 8 Hic Saturninus Vetulio honeſtiori ratione, longeque à ſuperiori diverſâ, ſuæ ſaluti conſuluit. 9 Honeſtius aliquâ ex parte, quam Voluſii. 10 Ad differentiam Saturnini Apuleji, de quo ſuprà dictum eſt. 11 Mortis evitandæ. 12 Violenter accepit. 13 Satellitum. 14 Ubicunque ſc. invenerat, currus comprehendit, quibus ſarcinas ſuas avexit. 15 De viâ cedere fecit. 16 Cùm incederet maximè conſpicuus, & tanquam prætor Romanus ab inimicis, eum quærentibus, non eſt agnitus. 17 Oppidum maritimum Campaniæ. 18 Tanquam officio publico, id eſt, ad remp. pertinente fungens. 19 Pro libidine quas vellet, invitis dominis. 20 Nam ibi tuti eſſe poterant proſcripti.

10 His uno adjecto [1] levioris notæ exemplo, ad externa convertar. Amantiſſimus quidam filii, cùm eum inconceſſis ac [2] periculoſis [3] facibus accenſum, ab inſana cupiditate [4] inhibere vellet; ſalubris conſilii aſtutia patriam indulgentiam temperavit. Petiit enim, ut prius quam ad eam, quam diligebat, iret; vulgari ac permiſſa Venere uteretur. Cujus precibus obſecutus adoleſcens, infelicem animi impetum ſacietate concubitus liciti [5] reſolutum; ad id, quod non licebat, tardiorem pigrioremque afferens, paulatim depoſuit.

1 Minoris æſtimationis, ignobilioris conditionis.
2 Quia matronam amabat, ad quam ſine periculo accedere non poterat.
3 Amoris.
4 Retrahere, coërcere.
5 Retuſum & refrænatum.

## EXTERNA.

1 Cum Alexander, Macedonum rex, [6] ſorte monitus, ut eum, qui ſibi portâ egreſſo primus occurriſſet, interfici juberet: [7] aſinarium fortè ante omnes obviam factum, ad mortem arripi imperavit. Eoque quærente, quidnam ſe immerentem [8] capitali ſupplicio, innocentemque [9] addiceret; cùm ad excuſandum factum ſuum [10] oraculi præceptum retuliſſet; aſinarius, Si ita eſt, inquit, rex, alium ſors huic morti deſtinavit: nam aſellus, quem ego ante me agebam, prior tibi occurrit. Delectatus Alexander & illius tam callido dicto, & quòd ab [11] errore ipſe revocatus erat; occaſionem in aliquanto viliori animali [12] expiandæ religionis rapuit. Summa in [13] hoc cum [14] calliditate [15] manſuetudo, ſumma quoque in [16] alterius regis [17] equiſone calliditas.

2 Sordidâ [18] Magorum dominatione [19] op-

6 Oraculo, vaticinio.
7 Actorem aſini.
8 Morti.
9 Deſtinaret, aſtringeret.
10 Reſponſum Apollinis, qui ſuæ ſalutis cauſâ id facere juſſiſſet.
11 Quo humanam hoſtiam immolare conſtituerat.
12 Placandæ, aut exolvendæ.
13 Exemplo.
14 Aſinarii.
15 Regis ſc.
16 Darii.
17 Agaſone, & equorum miniſtro ſive ſtabulario. Q. d. In hoc exemplo calliditas & manſuetudo apparuit: in ſequenti verò ſola agaſonis regis Darii calliditas cognoſcitur.
18 Ignobilium quorundam, qui regnum occupaverant.
19 A Dario, quibuſdam aliis nobilibus.

preſſa, Darius [1] rex [2] adjutoribus ejuſdem dignitatis aſſumptis, [3] pactum cum [4] præclari operis conſortibus fecit, ut equis inſidentes, ſolis ortu curſum in quendam locum dirigerent; iſque regno potiretur, cujus equus in eo primus hinniiſſet. Cæterum [5] maximæ mercedis competitoribus [6] fortunæ beneficium expectantibus, [7] ſolus [8] acumine [9] equiſonis ſui Ebaris [10] proſperum exoptatæ rei effectum aſſecutus eſt: qui in equæ [11] genitalem partem demiſſam manum, cùm ad eum locum ventum eſſet, naribus equi admovit. Quo odore [12] irritatus, ante omnes hinnitum edidit: Auditoque eo, ſex reliqui ſummæ poteſtatis [13] candidati continuo equis [14] delapſi, (ut eſt [15] mos Perſarum) humi proſtratis corporibus Darium regem ſalutaverunt. Quantum imperium, [16] quam parvo interceptum eſt vaframento!

3 Bias autem, [17] cujus ſapientia diuturnior inter homines eſt, quam patria Priene fuit, (ſi quidem illa etiam nunc [18] ſpirat, [19] hujus perinde atque extinctæ veſtigia tantummodo extant) ita ajebat oportere homines in uſu amicitiæ verſari, ut meminiſſent, eam ad graviſſimas inimicitias poſſe converti. Quod quidem præceptum prima ſpecie nimis fortaſſe callidum videatur, [20] inimicumque ſimplicitati, [21] qua præcipue familiaritas gaudet: [22] ſed ſi altioribus animis cogitatio demiſſa fuerit, perquam utile reperietur.

1 Futurus.
2 Aliis nobilibus, qui ſecum magos oppreſſerant.
3 De regis novi creatione.
4 Tyrannicidii.
5 Tanti regni.
6 Ut forte fortunâ equus ſuus hinniret, nullâ induſtriâ adhibitâ.
7 Darius.
8 Solerti induſtriâ.
9 Actoris equorum ſuorum, ſtabularii ſui.
10 Adeptionem regni propter hinnitum equi.
11 Quâ concipere ſolent.
12 Provocatus ad Venerem, & ita exhilaratus.
13 Competitores.
14 Ubi celeriter deſcenderant.
15 Adorandi regem.
16 Quam parvâ calliditate aliis præreptum eſt.
17 Quia everſâ & extinctâ patriâ ejus ſapientiæ nomen & gloria ſtetit immortalis, quæ ad noſtram uſque ætatem pervenit: quamvis ergo patria perierit, non tamen ejus ſapientia potuit intercipi, aut aliquo modo perire.
18 Durat.
19 Patriæ.
20 Quia, qui ſimpliciter amat, amat uſque ad finem.
21 Nam vera amicitia ſimplicitate lætatur, & nullâ ſimulatione, aut diſſimulatione ſit involuta, quales eſſe ſolent, qui amicitias & inimicitias non ex re, ſed ex commodo ſuo metiantur.
22 Sed ſi diligentiùs hoc dictum excogitare voluerit quiſpiam.

4 [1] Lampſacenæ verò urbis ſalus unius [2] vaframenti beneficio conſtitit. Nam cùm ad [3] excidium ejus ſummo ſtudio Alexander [4] ferretur, progreſſumque extra mœnia Anaximenem præceptorem ſuum vidiſſet; quia manifeſtum erat, futurum ut [5] preces ſuas iræ ejus opponeret, non facturum ſe, quod [6] petiiſſet, [7] juravit. Tunc Anaximenes, Peto, inquit, ut Lampſacum diruas. Hæc [8] velocitas ſagacitatis, oppidum vetuſta nobilitate inclytum exitio, cui deſtinatum erat, ſubtraxit.

5 [9] Demoſthenis quoque aſtutiâ mirificè cuidam ancillæ ſuccurſum eſt, quæ pecuniam depoſiti [10] nomine à duobus hoſpitibus acceperat, ea conditione ut illam ſimul utriſque redderet. Quorum alter interjecto tempore tanquam mortuo ſocio [11] ſqualore obſitus, decepta ea omnes [12] nummos abſtulit. Supervenit deinde alter, & depoſitum petere cœpit. [13] Hærebat miſera in maxima pariter & [14] pecuniæ & [15] defenſionis penuria: jamque [16] de laqueo & ſuſpendio cogitabat; Sed opportunè Demoſthenes ei [17] patronus affulſit: qui ut in [18] advocationem venit, Mulier, inquit, parata eſt depoſiti ſe fide ſolvere: ſed niſi ſocium adduxeris, id facere non poteſt. Quoniam, ut ipſe vociferaris, hæc dicta eſt lex, ne pecunia alteri ſine altero numeretur.

6 Ac ne illud parum quidem prudenter. Quidam Athenis univerſo populo inviſus, [19] cauſam apud eum de capitali crimine [19] dicturus, maximum honorem ſubito petere cœpit: Non quòd ſperaret ſe illum conſequi poſſe; ſed ut haberent homines ubi [20] procurſum iræ, qui acerrimus eſſe ſolet, [21] effunderent.

1 Lampſaci.
2 Callidi inventi.
3 Everſionem ejus urbis.
4 Impelleretur.
5 Precibus obſiſteret iræ ſuæ.
6 Anaximenes.
7 Alexander.
8 Solers inventio ſagacis medii.
9 Oratoris clariſſimi in Græciâ.
10 Sub ratione.
11 Immundus, & ita atrâ veſte indutus, barbâ capilloque promiſſo.
12 Ab utriſque depoſitos.
13 Perplexa & ſuſpenſa erat miſera ancilla.
14 Quia omnem, quam acceperat, alteri reddiderat, & propriam non habebat.
15 Quia paupercula erat & ancilla.
16 De ſe ſuſpendendâ & laqueo ſtrangulandâ.
17 Defenſor apparuit.
18 Ancillæ defenſionem.
19 Defenſurus ſe, aut purgaturus.
20 Primum excurſum.
21 Evacuarent.

derent. Neque eum hæc tam callidi conſilii ratio fefellit: [1] comitiis enim clamore [2] infeſto, & crebris [3] totius concionis ſibilis vexatus, [4] nota etiam denegati honoris perſtrictus, ejuſdem plebis paulo poſt in [5] diſcrimine vitæ clementiſſima ſuffragia expertus eſt. Quòd ſi adhuc ei, [6] ultionem ſitienti, capitis ſui periculum objeciſſet, nullam partem defenſionis odio [7] obſeratæ aures reperiſſent.

7 Huic [8] vaframento conſimilis illa calliditas. [9] Superior Annibal à Duilio [10] conſule [11] navali prœlio victus, [12] timenſque claſſis amiſſæ pœnas dare, [13] offenſam aſtutia mire avertit: Nam [14] ex illa infelici pugna prius quam cladis nuntius domum perveniret, quendam ex amicis compoſitum & [15] ornatum Carthaginem miſit. Qui poſtquam civitatis ejus curiam intravit: [16] Conſulit, inquit, vos Annibal, [17] cùm [18] dux Romanorum magnas ſecum maritimas trahens copias advenerit, an cum eo confligere debeat: Acclamavit univerſus ſenatus, non eſſe dubium, [19] quin oporteret: tùm [20] ille: Conflixit, inquit, & ſuperatus eſt. [21] Ita liberum iis non reliquit id factum damnare, quod ipſi fieri debuiſſe judicaverant.

8 Alter item Annibal Fabium Maximũ invictam armorum ſuorum vim ſaluberrimis [22] cunctationibus pugnæ [23] ludificantem, ut [24] aliqua ſuſpicione [25] trahendi belli reſpergeret;

1 Tempore, quo populus conveniebat ad magiſtratus eligendos.
2 Moleſto.
3 Populi convocati irriſionibus.
4 Infamiâ & repulſæ ignominia affectus, ita ut plebs in repulsâ tali omnem ſuam iram effutiret.
5 Periculo.
6 Damnationem ejus cupienti ultionem acceptæ injuriæ.
7 Clauſæ.
8 Callido facto.
9 Ut diſcernatur ab illo Annibale, qui ſequitur, & bellum ſecundum Punicum geſſit, Amilcaris filio.
10 Romano.
11 In navibus commiſſo.
12 Et metuens perſolvere populo Carthaginenſi pœnas ob claſſem Carthaginenſium amiſſam: quia capitale erat apud Carthaginenſes, ſi quis, injuſſu Senatus infeliciter pugnaſſet.
13 Iram Carthaginenſium offenſorum miro artificio à ſe amovit.
14 Poſt illam infelicem pugnam.
15 Inſtructum tali cautelâ, qualem jam dicet.
16 Conſilium à vobis petit.
17 Quoniam.
18 Duilius.
19 Eum confligere cum Romanis.
20 Subornatus & inſtructus ad hoc.
21 Hoc pacto Annibal Carthaginenſibus Senatoribus integrum non reliquit damnare factum, quod faciendum judicarant.
22 Dilationibus.
23 Fruſtrantem.
24 Malâ occaſione, tanquam corruptus ſit ab hoſtibus.
25 Protrahendi, dilatandi.

totius Italiæ agros ferro atque igni vaſtando, [1] unius ejus fundum [2] immunem ab hoc injuriæ genere reliquit. [3] Profeciſſet aliquid tanti beneficii [4] inſidioſa adumbratio, niſi Romanæ urbi & Fabii [5] pietas, & Annibalis [6] vafri mores fuiſſent notiſſimi.

9 [7] Tuſculanis etiam [8] acumine conſilii [9] incolumitas parta eſt: Cùm enim crebris rebellationibus meruiſſent, ut eorum urbem [10] funditus Romani evertere vellent, atque [11] ad id exequendum Furius Camillus dux, validiſſimo inſtructus exercitu, veniſſet, [12] univerſi ei [13] togati obviam proceſſerunt, [14] commeatuſque, & cætera pacis [15] munia benigniſſime præſtiterunt: Armatum etiam intrare mœnia paſſi ſunt, nec vultu, nec habitu mutato. Qua conſtantia tranquillitatis non ſolùm ad amicitiæ noſtræ jus; ſed etiam ad [16] communionem civitatis, quam uſque cupierant, penetraverunt. Sagaci hercule uſi ſimplicitate; quoniam aptius eſſe intellexerant, [17] metum officio diſſimulare, quam armis protegere.

10 At Volſcorum ducis Tulli execrabile conſilium; Quia ad bellum inferendum Romanis maxima cupiditate accenſus, cùm aliquot [18] adverſis prœliis [19] contuſos animos ſuorum, & ob id [20] paci proniores animadverteret: inſidioſa ratione, [21] quò volebat, compulit. Nam cùm ſpectandorum ludorum gratiâ magna Volſcorum multitudo Romam conveniſſet; conſulibus dixit, Vehementer ſe timere, ne

1 Solius Fabii, 2 Intactum & expertem. 3 Ad adimendum Fabio imperium, aut ad cogendum eum committere prœlium. 4 Simulatio tecta: non enim erat beneficium, ſed umbra quædam beneficii, in quo latebant inſidiæ, ut ſc. Dictatorem populo ſuſpectum redderet. 5 Charitas in patriam & captivos, ut agrum ſuum venderet, illoſque redimeret. 6 Aſtuti. 7 Tuſculi incolis ac civibus. Hoc oppidum à Thuſcis occupatum nomen accepit, undè originem habuere Catones, ubi & Cicero prædia habuiſſe fertur: à quibus Tuſculanæ quæſtiones dictæ ſunt. 8 Subtilitate. 9 Conſervatio vitæ & patriæ. 10 A fundo uſque. 11 Ad evertendum funditùs eorum urbem. 12 Omnes Tuſculani. 13 In ſignum pacis & otii. 14 Cibaria, & alimenta. 15 Officia & obſequia. 16 Quia tandem civitate donati ſunt. 17 Significare ſe nihil de Romanis metuere per officioſa obſequia. 18 Inſeliciter commiſſis. 19 Hebetatos & confractos. 20 Ad pacem inclinatiores, quam ad bellum. 21 Ad bellum ſc. gerendum.

quid hoſtile ſubitò [1] molirentur: [2] monuitque ut eſſent cautiores, & protinus ipſe urbe egreſſus eſt. Quam rem conſules [3] ad ſenatum retulerunt, qui, tametſi nulla ſuſpicio ſuberat, auctoritate tamen Tulli commotus, ut ante noctem Volſci abirent, decrevit. Qua contumelia irritati, facilè impelli potuerunt ad rebellandum. Ita mendacium verſuti ducis, ſimulatione benevolentiæ involutum, duos ſimul populos feſellit: Romanum, [4] ut inſontes notaret: Volſcum, ut [5] deceptis iraſceretur.

1 Attentarent Volſci. 2 Conſules. 3 Propoſuerunt Senatui, ut de eâ re conſultaret.

4 Ut innocentes Volſcos ignominiâ afficeret. 5 Romanis, qui à Tullio fuerant decepti.

## CAP. IV.

# DE STRATAGEMATIS.

ROMANORUM. 5 Q. Metelli Macedonici.

1 Tulli Hoſtilii regis.
2 Sex. Tarquinii I. F
3 Obſeſſorum in Capitolio.
4 M. Livii, C. Claudii, *Coſ.*

EXTERNORUM.

1 Agathoclis Syracuſanorum regis.
2 Annibalis Pœni.

[1] Illa vero pars calliditatis egregia, & [2] ab omni reprehenſione procul remota; cujus opera, quia [3] appellatione noſtra [4] vix apte exprimi poſſunt, Græca pronuntiatione [5] *Stratagemata* dicuntur.

1 Omnibus militaribus copiis [6] Tullo Hoſti-

1 Dicturus de aſtutia militari, quæ à ſapientiâ profecta, omni prorſus reprehenſione caret, dicit hoc nomen multò meliùs Græco, quam Latino ſermone exprimi poſſe: & *ſtratagemata* appellari, id eſt, *aſtutiæ* & *conſilia militaria*. *ςρατὸς* enim Græcè *exercitus*, & *ἄγω duco* eſt. 2 Hoc ideò dicit, quia in ſuperiore vaframento & calliditate nonnihil fraudis ineſſe videtur. 3 Vocabulo Romano. 4 Cum difficultate. 5 Conſilia vel aſtutiæ militares. 6 Romanorum rege.

lio [1] Fidenas aggreſſo; [2] quæ ſurgentis imperii noſtri [3] incunabula crebris rebellationibus [4] torpere paſſæ non ſunt, [5] finitimiſque trophæis ac triumphis alitam virtutem [6] ejus, ſpes ſuas ulterius [7] promovere docuerunt; Metius Suffetius dux Albanorum, dubiam & ſuſpectam ſemper [8] ſocietatis ſuæ fidem repente in ipſa acie detexit: [9] Detecto enim Romani exercitus latere, in proximo colle conſedit, [10] pro adjutore [11] ſpeculator pugnæ futurus; ut aut victis inſultaret, aut victores feſſos aggrederetur. Non erat dubium, quin ea res militum noſtrorum animos debilitatura eſſet; cum eodem tempore & hoſtes confligere, & auxilia deficere cernerent. Itaque [12] ne id fieret; Tullus providit: [13] concitato enim equo [14] omnes pugnantium globos percurrit, prædicans, ſuo juſſu [15] ſeceſſiſſe Metium, eumque, cùm ipſe ſignum dediſſet, invaſurum Fidenatium terga. [16] Quo imperatoriæ artis conſilio metum fiducia mutavit; proque trepidatione, [17] allacritate ſuorum pectora replevit.

2 At ne continuo [18] à noſtris regibus recedam. Sex. Tarquinius, [19] Tarquinii filius, indignè ferens, quòd patris viribus [20] expugnari [21] Gabii nequirent, [22] valentiorem armis excogitavit rationem, qua [23] interceptum id oppidum Romano imperio adjiceret. Subitò namque ſe ad Gabinos contulit, tanquam parentis ſævitiam & [24] verbera, quæ voluntate

1 Italiæ oppidum.
2 Fidenæ.
3 Primordia.
4 Pigreſcere & languere impediverunt: nam crebrò Fidenates, adverſus Romanos rebellantes, Romanam juventutem otio torpeſcere non permittebant.
5 Ex proximo loco partis.
6 Imperii Romani.
7 Extendere.
8 Cum Romanis initæ.
9 Nudato. Nam Albani, relictis Romanorum lateribus, ſe in collem receperunt.
10 Ubi deberet eſſe adjutor, quia ſocius.
11 Obſervator & ſpectator.
12 Ne animi ſuorum debilitarentur.
13 Ad curſum.
14 Omni multitudini & ordini pugnantium ſe miſcuit.
15 In collem illum.
16 Quo ſtratagemate metum in fiduciam convertit. 17 Invadendi hoſtem. 18 A ſtratagematis eorum. 19 Superbi ſc. ultimi regum Romanorum. 20 Pugnâ vinci & capi. 21 Latii urbs. 22 Efficaciorem ad expugnationem Gabiorum viam, armis paternis, viam invenit. 23 Dolo ac fraude captum. 24 Quia ſe ipſum deditâ operâ juſſerat verberari Juſtinus hac eâdem ſimulatione uſum fuiſſe Zopyrum, unum ex interfectoribus magorum, & de principibus Darii, Perſarum regis, dicit: qui, ut Babiloniam Perſarum imperio ſubjiceret, domi ſe verberibus lacerari toto corpore juſſit, & titulo transfugæ Babilonem profectus, hac eâdem arte urbem & imperium Dario prodidit.

ſua

ſua perpeſſus erat, fugiens : Ac paulatim [1] uniuſcujuſque fictis & [2] compoſitis blanditiis alliciendo benevolentiam, ut apud omnes plurimum poſſet, conſecutus, [3] familiarem ſuum ad patrem miſit, indicaturum quemadmodum in ſua [4] manu haberet univerſa : & [5] quæſiturum quidnam [6] fieri vellet. [7] Juvenili calliditati ſenilis aſtutia reſpondit. Siquidem [8] re eximia delectatus [9] Tarquinius, fidei autem nuntii parum credens, nihil reſpondit; ſed ſeducto eo in hortum, maxima & altiſſima [10] paparverum capita baculo decuſſit. [11] Cognito adoleſcens ſilentio patris, ſimul ac facto, cauſam altioris argumenti pervidit : nec ignoravit, præcipi ſibi, ut excellentiſſimum quemque Gabinorum, aut exilio ſummoveret, aut morte conſumeret. Ergo ſpoliatam bonis [12] propugnatoribus civitatem, [13] tantum non vinctis manibus [14] ei tradidit.

3 Illud quoque à majoribus & conſilio prudenter, & exitu feliciter proviſum, cùm Urbe capta [15] Galli Capitolium obſiderent, ſolamque potiendi ejus ſpem in fame [16] obſeſſorum repoſitam animadverterent : Perquam callido enim genere conſilii, [17] unico perſeverantiæ irritamento [18] victores ſpoliaverunt. Panes enim [19] jacere compluribus ex [20] locis cœperunt. Quo ſpectaculo [21] obſtupefactos, infinitamque frumenti abundantiam noſtris ſupereſſe credentes, ad [22] pactionem omitten-

1 Gabinorum.
2 Ad fraudem ſubornatis.
3 A ſecretis.
4 Poteſtate.
5 A patre.
6 Ad expugnandos commodè Gabios.
7 Patris ſenis Tarquinii calliditas filii aſtutiæ conſona fuit : nam pater tacens, quid ſibi vellet, filio callidè ſatis indicavit.
8 Quam maximè exoptabat.
9 Pater.
10 Herbarum altè creſcentium, & quarum fructus ſoporem inducit.
11 Cùm intellexiſſet, quid ſibi vellet pater ſilendo, quidve innueret decutiendo papaverum capita.
12 Defenſoribus.
13 Hoc ſolo dempto, quòd non erant illi civitati manus vinctæ.
14 Patri ſuo.
15 Senones ſc.
16 Majorum Romanorum illic incluſorum.
17 Unum erat, inquit, quod Gallos in obſidendis Romanis perſeverare incitaret, quòd eos fame vincere poſſe ſperabant : nam armis aut vi aliquâ capi poſſe Capitolium deſperabant, quòd locus naturâ munitiſſimus eſſet.
18 Sc. Gallos, urbis, præter Capitolium, expugnatores.
19 Dejicere.
20 Capitolii.
21 Gallos.
22 Faciendum pactum pro certo pondere auri.

dæ

dæ obſidionis compulerunt. [1] Miſertus eſt tunc profectò Jupiter Romanæ virtutis, [2] præſidium ab aſtutia mutuantis : cùm in ſumma alimentorum inopia, projici [3] præſidia inopiæ cerneret. Igitur ut [4] vafro , ita [5] periculoſo, conſilio, ſalutarem exitum [6] dedit.

4 [7] Idemque Jupiter poſtea [8] præſtantiſſimorum ducum noſtrorum ſagacibus conſiliis propitius aſpiravit. Nam cum [9] alterum Italiæ latus Annibal [10] laceraret, [11] alterum invaſiſſet [12] Aſdrubal ; ne [13] duorum fratrum junctæ copiæ [14] intolerabili onere feſſas ſimul res noſtras urgerent , [15] Hinc Claudii Neronis [16] vegetum conſilium, [17] illinc Livii Salinatoris inclyta providentia effecit. Nero enim [18] compreſſo à ſe in Lucanis Annibale, [19] præſentiam ſuam( quoniam ita ratio belli deſiderabat) mentitus hoſti ; ad opem [20] collegæ ferendam per [21] longum iter celeritate mira tetendit, Salinator in Umbria apud Metaurum [22] flumen proximo die dimicaturus , ſumma cum diſſimulatione Neronem [23] caſtris noctu recepit: [24] Tribunos enim à [25] tribunis, centuriones à centurionibus, equites ab equitibus, pedites à peditibus excipi juſſit : ac ſine ulla tumultuatione, ſolo vix unum exercitum capiente, [26] al-

1 *Eodem tempore, inquit* Lactantius, *Jovi Piſtori ara poſita eſt, quòd eos in quiete monuiſſet, ut ex omni frumento, quod habebant, panem conficerent, & in hoſtium caſtra jactarent, eoque facto ſoluta eſt obſidio, deſperantibus Gallis inopiâ ſubigi poſſe Romanos.* Ovid. Faſt. 6. *Poſſe fame vinci ſpes excidit : hoſte repulſo Candida Piſtori ponitur ara Jovi.*

2 Protectionem & auxilium ſalutis à calliditate mutuò accipientis.

3 Remedia aut ſuſtentacula inopiæ, id eſt, panem, qui præſidium erat inopiæ. *Jupiter Piſtor* hinc natus.

4 Aſtuto & callido. 5 Quia ſic quod habuerunt alimenti diminuerunt. 6 Obſeſſis in Capitolio. 7 Qui ſic Romanos miſeratus eſt tempore obſidionis Capitolinæ. 8 Claudii Neronis & Livii Salinatoris. 9 Lucaniam regionem. 10 Vaſtaret. 11 Latus Italiæ , ſcilicet Brutium, aut Brutios ipſos. 12 Frater ejus. 13 Annibalis & Aſdrubalis. 14 Nam Annibal vires Romanas multis cladibus attriverat , rempublicamque longo bello laſſaverat. 15 Ex unâ parte, utpote Lucanicâ. 16 Vivacis ingenii. 17 Ex alterâ parte , utpote Brutiâ. 18 Coërcito, & in arctum deducto. 19 Fingens & oſtendens hoſti ſe non abiiſſe ab exercitu, quem ductitabat in Lucaniam : nam adeò occultè caſtris diſceſſit , ut non ſentiretur , & ideò illum in caſtris Annibal eſſe ſemper credidit. 20 Suo, ſcilicet Salinatori. 21 Nam longum erat intervallum à Lucaniâ in Brutios. 22 Umbriæ. 23 In caſtra ſua. 24 Neronis. 25 Suis. 26 Secundum exercitum,

terum inſeruit. [1] Quo evenit, ne Aſdrubal cum duobus ſe conſulibus prœliaturum prius ſciret, quam ab utriſque proſterneretur. Ita illa toto terrarum orbe infamis Punica calliditas [2] fruſtrata fuit: Romana prudentia Annibalem [3] Neroni, Aſdrubalem Salinatori decipiendum tradidit.

5 [4] Memorabilis etiam conſilii [5] Q. Metellus Qui cùm proconſul bellum in Hiſpania adverſus Celtiberos gereret, urbemque Contrebiam caput ejus gentis viribus expugnare non poſſet; intra pectus ſuum diu multumque conſiliis agitatis, [6] viam reperit, [7] qua propoſitum ad exitum perduceret. Itinera magno impetu [8] ingrediebatur, deinde alias atque alias regiones petebat. Modo hos obſidebat montes, paullo poſt ad illos tranſgrediebatur. Cum interim tam ſuis omnibus, quam ipſis hoſtibus ignota erat cauſa inopinatæ ejus ac ſubitæ [9] fluctuationis. Interrogatus quoque à quodam amiciſſimo ſibi, quid ita [10] ſparſum & incertum militiæ genus ſequeretur. [11] Abſiſte, inquit, iſta quærere: nam ſi hujus conſilii mei [12] interiorem tunicam conſciam ſenſero, continuo eam cremari jubebo. Quorſum igitur iſta diſſimulatio erupit? aut quem finem habuit? poſtquam vero & exercitum ſuum ignorantia, & totam Celtiberiam [13] errore implicavit; cum [14] alio curſum direxiſſet, ſubito ad Contrebiam reflexit, eamque inopinatam & attonitam oppreſſit. [15] Ergo niſi mentem ſuam dolos [16] ſcrutari coëgiſſet, ad ultimam ei ſenectutem apud mœnia Contrebiæ armato ſedendum foret.

1 Non priùs Annibal ſenſit Neronem è caſtris diſceſſiſſe ad opem collegæ ferendam, quam Nero caput Aſdrubalis in caſtra fratris conjici juſſit. Quo viſo, dixiſſe fertur, tùm demùm cognoſcere ſe Deos iratos Carthaginenſibus.

2 Eluſa.

3 A Nerone.

4 Digni memoriâ.

5 Qui Pius cognominatus eſt, quia patris exilium longis lachrymis proſecutus eſt, nec ab iis temperare potuit, priuſquam in patriam revocatus fuit.

6 Rationem. Virg. *Inveni germana viam, gratare ſorori.*

7 Quâ Contrebiam caperet.

8 Faciebat.

9 Vagationis & erroris.

10 Quia nuſquam conſiſtebat.

11 Define.

12 Veſtem lineam.

13 Quia putabat eum timore non conſiſtere in aliquo loco.

14 Ad alium locum.

15 Niſi hanc aſtutiam excogitaſſet in obſidione apud Contrebiam, conſenuiſſet.

16 Inquirere.

EX-

## EXTERNA.

1 Agathocles autem Syracuſanorum rex audaciter callidus. Cùm enim urbem ejus [1] majore ex parte Carthaginienſes occupaſſent, exercitum ſuum in Africam trajecit; ut [2] metum [3] metu, [4] vim [5] vi [6] diſcuteret; [7] neque ſine effectu: Nam repentino ejus adventu [8] perculſi Pœni, libenter incolumitatem ſuam ſalute hoſtium redemerunt: pactique ſunt, ut eodem tempore & Africa Siculis, & Sicilia Punicis armis liberaretur. Age ſi Syracuſarum mœnia tueri [9] perſeveraſſet, illa belli [10] malis urgerentur, [11] bona pacis fruenda ſecuræ Carthagini reliquiſſet. Nunc [12] inferendo quæ patiebatur, dum alienas potius [13] laceſſit opes, quam ſuas tuetur: quò æquiore animo regnum deſeruit, eò tutius recepit.

2 Quid Annibal Cannenſi prœlio? nonne prius quam ad dimicandum deſcenderet, aciem populi Rom. compluribus aſtutiæ [14] implicatam laqueis ad tam miſerabilem perduxit exitum? Ante omnia enim providit, ut & ſolem & pulverem, qui ibi vento multus excitari ſolet, [15] adverſum haberet. Deinde partem copiarum ſuarum, inter ipſum prœlii tempus de induſtria fugere juſſit: quam cùm à reliquo exercitu [16] abruptam legio Romana ſequeretur, trucidandam eam ab iis, quos in inſidiis collocaverat, curavit. Poſtremò quadringentos equites ſubornavit, qui ſimulata [17] tranſitione petierunt [18] conſulem, à quo juſſi more transfugarum depoſitis armis in ultimam pugnæ partem ſecedere; [19] diſtrictis gladiis, quos inter tunicas & loricas abdiderant;

1 Nam præter Acradinam, munitiſſimum urbis locum, occupaverunt urbem.
2 Quem patiebatur à Carthaginenſibus.
3 Quem Carthaginenſibus inferebat.
4 Illatam à Carthaginenſibus ſibi.
5 Illatâ à ſe in Carthaginenſes.
6 Removeret, averteret.
7 Nec fuit callidus, aut id fecit ſine conſecutione propoſiti.
8 Attoniti.
9 Agathocles.
10 Incommodis.
11 Commoda.
12 Sc. mala belli.
13 Vexat, aut laceratum it.
14 Tranſlatio ſumpta à feris, quæ laqueis implicantur: ſic & acies Romana multis dolis, quaſi laqueis, capta & cæſa fuit.
15 Objectum oculis & toti faciei.
16 Per vim ſeparatam.
17 Ad Romanos.
18 Ut ab eo in fidem reciperentur.
19 Nudatis.

1 po-

[1] poplites pugnantium Romanorum ceciderunt. Hæc fuit [2] Punica fortitudo, dolis & inſidiis & fallacia inſtructa. [3] Quæ nunc certiſſima [4] circumventæ virtutis noſtræ excuſatio eſt: quoniam decepti magis, quam victi fuimus.

1 Genua. Pars pro toto. Eſt enim *poples* flexura genuum.
2 Pœnorum.
3 Fallacia, aut fallax fortitudo.
4 Deceptæ per fraudem.

## CAP. V.

# DE REPULSIS.

1 Q. Ælii Tuberonis.
2 P. Scipionis Naſicæ.
3 L. Æmilii Pauli.
4 Q. Metelli Macedonici.
5 L. Cornelii Syllæ.
6 M. Catonis Uticenſis.

[1] Campi quoque repræſentata [2] conditio [3] ambitioſam ingredientes viam, ad fortius ſuſtinendos parum proſperos [4] comitiorum eventus utiliter [5] inſtruxerit. Ut propoſitis ante [6] oculos clariſſimorum virorum repulſis non minore cum ſpe honores, ac [7] prudentiore cum animi judicio petant: Memine-rintque, nefas non eſſe, aliquid ab [8] omnibus uni negari: cum ſæpenumero ſinguli cunctorum voluntatibus reſiſtere fas eſſe duxerint. Scientes etiam, patientia quæri debere, quod [9] gratia impetrari nequierit.

1 Q. Ælius Tubero, à Q. Fabio Maximo, [10] epulum populo nomine P. Africani [11] patrui ſui dante, rogatus ut [12] triclinium ſterne-

1 Dicturus de repulſis Valerius, brevi præfatione docilitatem & benevolentiam quodam modo ſibi conciliat: cùm dicat hujus rei cognitionem futuram utilem multis magiſtratus & dignitates petituris, quaſi fortè repulſam paſſi fuerint, clariſſimorum hominum exemplis ſe conſolari, ſuamque indignitatem æquo animo ferre poterunt: diſcentque patientiâ quærere, quod gratiâ obtinere nequiverunt. 2 Dubius eventus & periculum repulſæ, quibus ſubjacet petitio honorum in campo Martio: in eo enim populi Romani comitia habebantur, creabanturque Magiſtratus, & in eum candidati deſcendebant. 3 Honorum cupidam. 4 Qui ſunt in comitiis. 5 Poſſit inſtruere. 6 Ambitioſorum. 7 Cautius. 8 Toto populo. 9 Favore populi. 10 Solenne convivium & quaſi parentationem. 11 Sc. defuncti. 12 Cœnaculum & locus, ubi convivari antiqui conſueverunt.

ret:

ret : lectulos [1] Punicanos [2] pellibus hœdinis ſtravit : & pro argenteis vaſis [3] Samia [4] expoſuit. Cujus [5] rei deformitate ſic omnes offendit, ut cum alioqui vir egregius haberetur, [6] comitiiſque Prætoris [7] candidatus in [8] campum L. Paulo avo, & P. Africano [9] avunculo [10] nixus deſcendiſſet, [11] repulſa [12] inde notatus abierit. Nam ut [13] privatim ſemper continentiam [14] probabant, ita [15] publicè maxima cura [16] ſplendoris habita eſt: [17] Quocirca non unius convivii numerum, ſed totam ſe in illis [18] pelliculis jacuiſſe credens [19] civitas, ruborem epuli [20] ſuffragiis ſuis vindicavit.

2 P. autem Scipio Naſica, [21] togatæ potentiæ clariſſimum lumen, is qui conſul [22] Jugurthæ [23] bellum indixit, qui [24] matrem Idæam Phrygicis ſedibus ad noſtras aras focoſque migrantem ſanctiſſimis manibus excepit: qui multas & [25] peſtiferas ſeditiones auctoritatis ſuæ robore oppreſſit: [26] quo principe ſenatus per aliquot annos gloriatus eſt : cùm ædilitatem [27] curulem adoleſcens peteret, manumq; [28] cujuſdam ruſtico opere [29] duratam more [30] candidatorum [31] tenaciùs apprehendiſſet, joci gratia interrogavit eum, nùm [32] manibus ſolitus eſſet ambulare. Quod dictum à circumſtantibus [33] exceptum, ad populum [34] manavit, cauſamque repulſæ Scipioni attulit. Omnes namque

1 Parvos & humiles, & ligneos: nam hujuſmodi lecti ex Carthagine primùm advecti ſunt.
2 Quibus nihil fœdius & abjectius.
3 Sc. *vaſa*, id eſt, fictilia à *Samo* inſulâ, ubi primùm facta fuerunt ejuſmodi fictilia.
4 Convivis ſc. aut in abaco poſuit.
5 Apparatus.
6 In congregationibus populi pro eligendo Prætore.
7 Candidâ veſte indutus competitorum more.
8 Martium.
9 Quia erat ejus ſororis filius.
10 Confiſus & fretus.
11 Ignominiâ repulſæ.
12 E comitiis, aut campo Martio.
13 In ſumptu privato.
14 Romani.
15 In ſumptu publicè faciendo. 16 Splendidi apparatus. 17 Hanc dignitatem non his tantum, qui interfuêre convivio, ſed univerſæ civitati factam exiſtimaverunt Romani, & propterea illum proximis comitiis repulſæ notâ affecerunt. 18 Hœdinis. 19 Roma. 20 Tuberoni ſc. negatis. 21 In togâ & intrà muros exercitæ, id eſt, totius Senatus ſplendor eximius. 22 Numidiæ regi. 23 Propter iniquitatem ejus in fratres. 24 Cybelen Phrygiam. 25 Nam Tiberium Gracchum, hominem ſeditioſiſſimum, propriâ manu interemit 26 Eò quòd eſſet princeps Senatorum. 27 Digniorem, & cui ſella curulis aſſignaretur. 28 Civis Romani. 29 Calloſam. 30 Competitorum. 31 Preſſiùs. 32 Super manum. 33 Captum & intellectum. 34 Divulgatum eſt.

ruſticæ

ruſticæ tribus paupertatem ſibi ab eo exprobratam judicantes, iram ſuam adverſus contumelioſam ejus urbanitatem [1] diſtrinxerunt. [2] Igitur civitas noſtra nobilium juvenum ingenia ab [3] inſolentia revocando, magnos & utiles cives fecit; [4] honoribuſque, non patiendo eos à [5] ſecuris peti, debitum auctoritatis pondus adjecit.

3 Nullus error [6] talis in L. Æmilio Paulo conſpectus eſt: ſed tamen [7] aliquoties fruſtra conſulatum petiit. Idemque, cùm jam [8] campum repulſis ſuis [9] fatigaſſet, bis conſul & cenſor factus, [10] ampliſſimum dignitatis gradum obtinuit. Cujus virtutem [11] injuriæ non fregerunt, [12] ſed acuerunt. Quoniam quidem [13] ipſa nota accenſus, cupiditatem [14] ſummi honoris ardentiorem ad comitia detulit; ut populum, quia nobilitatis ſplendore & [15] animi bonis [16] movere non poterat, pertinacia vinceret.

4 Q. autem Cæcilium Metellum pauci & mœſti amici, conſulatus repulſa afflatum, triſtitia ac rubore plenum, domum reduxerunt: quem de [17] Pſeudo-Philippo triumphantem univerſus ſenatus lætum & alacrem in Capitolium proſecutus erat. Achaici etiam belli, cui ſummam manum L. Mummius adjecit, maxima pars ab [18] hoc viro [19] profligata fuerat. Eine ergo populus conſulatum negare potuit, cui [20] mox [21] duas clariſſimas provincias aut debebat, aut erat debiturus? Et quidem [22] hoc facto, meliore eo cive uſus eſt. [23] Intellexit enim, quam induſtriè ſibi

1 Exercuerunt & vibraverunt.
2 Fecit civitas, ut quorum juvenum laſciviam repreſſiſſet, eoſdem cives reipublicæ utiles exhiberet, magiſtratus etiam ſuum auctoritatis pondus adjecit, non ſuſtinendo à ridiculis peti.
3 Superbiâ & petulantiâ.
4 Magiſtratibus ſuis.
5 *Al. ſcurris*, id eſt, ſcurrili dicacitate utentibus.
6 Qualis in Tuberone & Naſicâ fuit.
7 Quia ter.
8 Congreſſos in campum Martium.
9 Nam adeò in petendo inſtabat, ut, cùm populum fatigaſſet, ipſe tamen in petendo perſiſteret.
10 Quia Cenſor factus eſt.
11 In repulsâ illatæ.
12 Viri namque fortis eſt, non injuriâ frangi, nec de ſententiâ dejici.
13 Signo infamiæ

14 Ut conſulatus. 15 Animi dotibus, id eſt, virtutibus. 16 Sc. à propoſito denegandi honoris. 17 Falſo Philippo, id eſt, qui ſe falsò Philippi regis filium nomine Philippum aſſeverans, totam fermè Macedoniam multo favore occupaverat. 18 Cæcilio Metello, repulſam paſſo. 19 Profligando finita. 20 Paulò poſt. 21 Achaiam & Macedoniam. 22 Hac repulsâ. 23 Cæcilius Metellus.

gerendus

gerendus eſſet conſulatus, quem tanto labore impetrari ſenſerat.

5 Quid tam [1] excellens, quid tam opulentum, quam L. Sylla? [2] Divitias & imperia largitus eſt: leges vetuſtas [3] abrogavit, novas tulit: Hic quoque in eo [4] campo, cujus poſtea [5] dominus extitit, repulsâ Præturæ [6] ſugillatus eſt: omnia loca petiti honoris, ſi quis modo Deorum formam & imaginem futuræ ejus potentiæ populo Rom. repræſentaſſet, [7] impetraturus.

6 Sed ut [8] comitiorum maximum crimen referam. M. Portius Cato, plus moribus ſuis præturæ [9] decoris adjecturus, quam [10] prætexta ejus ſplendoris ipſe laturus: conſequi [11] illam à populo aliquando non potuit. Proxima dementiæ ſuffragia, quæ ſatis quidem graves pœnas erroris ſui pependerunt! quoniam quem honorem Catoni negaverant, [12] Vatinio dare coacti ſunt. Ergo ſi verè æſtimare volumus, non Catoni tunc prætura; ſed præturæ Cato negatus eſt.

1 Ingenio ſc. & felicitate fuit.
2 Nam occupatâ republicâ, proſcriptorum civium bona donavit, magiſtratus & provincias atque imperia pro ſuâ libidine dedit.
3 Antiquavit, ſuſtulit.
4 Martio.
5 Occupatâ ſc. perpetuâ Dictaturâ.
6 Defamatus, notatus.
7 Cùm talis eſſet, qui poſſet impetrare.
8 Eorum, qui in comitiis magiſtratus elegerant. Damnat autem ſtultitiæ Romanos, qui Præturam Catoni verè Philoſopho denegaverunt: à quo plus ſplendoris ille magiſtratus, quam à magiſtratu Cato gloriæ fuerat recepturus. 9 Honoris. 10 Prætoriæ dignitatis inſigni. 11 Præturam. 12 Quem, ambitus accuſatum, Cicero defendit.

CAP.

## CAP. VI.

# DE NECESSITATE.

| | EXTERNORUM |
|---|---|
| 1 Populi Rom. poſt cladem Cannenſem. | |
| 2 Caſilinatum in obſidione. | |
| 3 Prænestinorum militum in eadem obſidione. | 1 Cretenſium à Q. Metello obſeſſorum. |
| 4 Populi Rom. in bello Mariano | 2 Numantinorum à P. Scipione. |
| 5 C. Cæſaris ad Mundam. | 3 Calagurritanorum à Cn. Pompejo. |
| 6 Populi Aſiatici bello Parthico. | |

1 ABominandæ quoque neceſſitatis amariſſimæ leges, & [2] truculentiſſima imperia, tùm Urbem noſtram, tùm etiam [3] exteras gentes, multa, non intellectu tantum, ſed etiam auditu gravia, perpeti coëgerunt.

1 Cum ſuperiori conjungitur, non ſolùm repulſa viros præſtantes Romanos, ſed etiam neceſſitas tùm Romanos, tùm cæteras gentes, indigna multa & fœda tam dictu, quam auditu, perpeti coëgit.
2 Duriſſima.
3 Quorum non meminit in capite de repulſis.

I [4] Nam aliquot adverſis prœliis ſecundo Punico bello [5] exhauſta militari juventute Romana, ſenatus [6] autore [7] Ti. Graccho conſule deſignato [8] cenſuit; uti [9] publice ſervi adverſus [10] propulſandorum hoſtium impetum emerentur: Eaque de re per tribunos plebis ad populum lata rogatione, tres creati ſunt viri, qui [11] quatuor & viginti millia ſervorum comparaverunt: [12] adactoſque jurejurando, ſtrenuam ſe, fortemque operam daturos, quoad Pœni eſſent in Italia, datis armis in [13] caſtra miſerunt. Ex Apulia quoque & [14] Fidiculis ſeptuaginta atque ducenti ad ſupplemen-

4 Probat quod præmiſerat, leges ſc. neceſſitatis coëgiſſe aliquando Romanos.
5 Evacuatâ.
6 Id approbante autoritate
tâ. 7 Patre Caii & Tiberii Gracchorum. 8 Decrevit. 9 Ære publico. 10 Pœnorum. 11 Livius tantum octo millia fuiſſe tradit. 12 Sacramento militiæ adſtrictos, more juſtæ legitimæque militiæ. 13 Romana adverſus Annibalem. 14 Italiæ urbe.

tum equitatus ſunt empti: [1] Quanta violentia eſt caſus acerbi! Quæ civitas [2] ad id tempus [3] ingenuæ quoque originis [4] capite cenſos habere milites [5] faſtidierat: eadem [6] cellis ſervilibus extracta corpora, & à [7] paſtoralibus caſis collecta mancipia, velut præcipuum firmamentum, exercitui ſuo adjecit. [8] Cedit ergo interdum generoſus ſpiritus utilitati, & fortunæ viribus ſuccumbit: ubi niſi tutiora elegerit conſilia, ſpecioſa ſequenti [9] concidendum eſt. Cannenſis autem clades adeò urbem noſtram vehementer confudit, ut M. Junii opera, dictatura remp. adminiſtrantis, ſpolia hoſtium affixa templis, Deorum [10] numini conſecrata, inſtrumenta militiæ futura, [11] convellerentur, ac [12] prætextati pueri arma induerent: [13] addictorum etiam, & capitali crimine damnatorum ſex millia conſcriberentur. [14] Quæ ſi [15] per ſe aſpiciantur, aliquid [16] ruboris habent: ſi autem admotis neceſſitatis viribus [17] ponderentur, ſævitiæ temporis convenientia præſidia videbuntur. Propter eandem cladem ſenatus Otacilio, qui Siciliam, & Cornelio Mammulæ, qui Sardiniam [18] proprætoribus obtinebant; querentibus quòd neque ſtipendium, neque frumentum claſſibus eorum & exercitibus [19] ſocii præberent: affirmantibus etiam, ne habere quidem [20] eos, unde [21] id præſtare poſſent; reſcripſit, [22] ærarium [23] longinquis expenſis non ſufficere:

1 Deplorat quodammodò caſum & neceſſitatem populi Romàni, ut qui anteà capite cenſos milites habere faſtidierat, ex ergaſtulis & paſtoralibus caſis ſervos educere coactus fuerit.

2 Sc. *uſque.*

3 Nullâ ſervitute ſuâ nec parentum ſuorum aſtrictæ.

4 Dummodò eſſent cenſi capite, id eſt, præter caput nihil, quod ad cenſum adſcriberetur, attulerunt, quia parùm vel nihil poſſidebant.

5 Superbè contempſerat.

6 Ex ergaſtulis, in quibus ſervi à dominis ſervabantur.

7 Ut ex Apuliâ & Fidiculis empta.

8 Plerumque nos cogit neceſſitas utilitatem dignitati anteponere, & fortunæ libidini ac viribus obtemperare.

9 Cum tuis pereundum ſit. 10 Divinitati. 11 Abſtraherentur. 12 Nobiles ſc, qui nondum decimum ſeptimum ætatis annum, quo virilem togam acciperent, attigerant. 13 Nexorum, id eſt, qui in temporariam ſervitutem propter debita creditoribus, ſententiâ Prætoris, addicebantur. 14 Sex millia damnatorum. 15 Secluſo neceſſitatis reſpectu æſtimentur. 16 Verecundiæ. 17 Examinentur, librentur. 18 Foris prætoriâ poteſtate fungentibus. 19 Quibus præerant. 20 Socios. 21 Stipendium & frumentum. 22 Romanum, id eſt pecuniam publicam. 23 Cùm ipſi domi indigerent.

Proinde,

Proinde, quo pacto tantæ inopiæ ſuccurrendum eſſet, [1] ipſi viderent. His literis quid aliud, quam imperii ſui gubernacula, è manibus [2] abjecit? Siciliamque & Sardiniam, benigniſſimas [3] urbis noſtræ nutrices, gradus & [4] ſtabilimenta bellorum, tam multo ſudore & ſanguine in jus ac [5] poteſtatem redactas, paucis verbis, ita ſcilicet neceſſitate jubente, dimiſit.

2 [6] Eadem [7] Caſilinates obſidione Annibalis clauſos, alimentorumque facultate [8] defectos, [9] lora neceſſariis [10] vinculorum uſibus [11] ſubducta, èque ſcutis detractas pelles ferventi [12] reſolutas aqua, mandere voluiſti. Quid illis, ſi acerbitatem caſus intueare, miſerius? ſi [13] conſtantiam reſpicias, fidelius? qui ne à Romanis [14] deſciſcerent, tali cibi genere uti ſuſtinuerunt; cùm pinguiſſima arva ſua, fertiliſſimoſque campos, mœnibus ſuis ſubjectos, intuerentur. Itaque [15] Campanæ urbis, quæ [16] Punicam feritatem deliciis ſuis cupidè fovit, in propinquo ſitum Caſilinum, [17] modo rara [18] virtute clarum, perſeverantis amicitiæ pignore impios oculos [19] verberavit.

3 In illa [20] obſidione & fide cùm trecenti [21] Præneſtini permanerent, evenit ut ex his quidam murem captum ducentis potius [22] denariis vendere, quam ipſe leniendæ famis gratia [23] conſumere mallet. Sed credo, Deorum providentia & [24] venditori & [25] emptori, quem uterque merebatur exitum, [26] attribuit. [27] Avaro enim fame conſumpto, [28] manubiis [29] for-

1 Proprætores ſc. diſpicerent.
2 Senatus ſc.
3 Romæ.
4 Suſtentacula bellorum, à quibus Romani ad ſuſtentanda onera belli juvabantur.
5 Romanam.
6 Apoſtrophen facit ad neceſſitatem.
7 Incolas Caſilini, Campaniæ oppidi.
8 Deſtitutos & evacuatos.
9 Corrigias.
10 Quibus ſcuta vinciebantur & alligabantur lateribus aut ſiniſtris bellantium.
11 Subtracta.
12 Mollitas atque decoctas.
13 Illorum.
14 Deficerent.
15 Ipſius Capuæ
16 Pœnos feroces.
17 Quaſi deſertum.
18 Abſtinentiæ ac fortitudinis in perferendâ fame.
19 Concuſſit dolore aut invidiæ aut feræ pœnitentiæ. 20 Caſilinatum. 21 Præneſtis oppidi cives, qui poſt cladem Cannenſem ſe Caſilinum, ut in proximum ſubterfugium, receperant. 22 Nummis. 23 Sc. *eum*. 24 Sc. avariſſimo. 25 Minimè parco pecuniæ in ſummâ fame. 26 Mus ille. 27 Venditori ſc. 28 Pretio, quaſi ex prædæ portione ad ſe pertinente. 29 Avaritiæ ſuæ: quâ plus pecuniam, quam vitam, amaverat. Rectè autem *ſordes* avaritiam appellat, quia nihil hominem ſordidiorem eſſe facit quam avaritia, quæ *veneni malis imbuta, corpus animumque virilem effœminat.*

dium ſuarum frui non licuit: [1] æqui animi vir, ad ſalutarem impenſam faciendam; carè quidem, verum neceſſariè, comparato [2] cibo vixit.

4 C. autem Mario & Cn. Carbone conſulibus, bello civili cum L. Sylla diſſidentibus; quo tempore non [3] reip. victoria [4] quærebatur, ſed [5] præmium victoriæ res erat publica, ſenatus conſulto aurea atque argentea templorum ornamenta, ne militibus ſtipendia deeſſent, [6] conflata ſunt. [7] Digna enim erat cauſa, [8] hi-ne, an [9] illi crudelitatem ſuam proſcriptione civium ſatiarent, ut Dii immortales ſpoliarentur. [10] Non ergo patrum conſcriptorum voluntas, ſed tua, teterrima neceſſitas, truculenta manus illi [11] conſulto [12] ſtylum impreſſit.

5 Divi Julii exercitus, idem invicti ducis invicta dextera, cùm [13] armis Mundam clauſiſſet, aggerique extruendo materia deficeret; congerie hoſtilium cadaverum, quam deſideraverat, [14] altitudinem inſtruxit. Eamque [15] tragulis & [16] pilis, quia [17] roboreæ ſudes deerant, magiſtra [18] novæ molitionis neceſſitate uſus, [19] vallavit.

6 Atque ut [20] divinam [21] filii mentionem [22] cœleſtis [23] patris recordationi ſubnectam: cùm effuſurus ſe in [24] noſtras provincias Parthorum rex Phraates videretur, vicinæque imperio ejus regiones ſubita indicti [25] tumultus denuntiatione quaterentur: tanta in [26] Boſphorano tractu [27] commeatus penuria inceſſit,

1 Juſti & parati ad faciendam impenſam ſalutarem.
2 Murino ſc.
3 Ut reſpublica vinceret ſui oppreſſores.
4 A Syllâ.
5 Quia Sylla tyrannide rempublicam occupavit, & perpetuam Dictaturam invaſit.
6 Fuſa & ſignata in pecuniæ formam.
7 Ironia.
8 Syllani.
9 Mariani.
10 Oſtendit invitum id feciſſe Senatum ob metum victoris, qui ita jubebat. Ergo excuſat quodammodò Senatum, qui neceſſitate compulſus ſit id facere.
11 Decreto.
12 Graphium ſuum, i. non ſcripſit ipſum in tabellam ceratam, in quâ olim ſcriptitabant.
13 Oppidum Hiſpaniæ, in
quod ſe hoſtes receperant, armatis militibus clauſiſſet. 14 Aggeris. 15 Te-
lis Gallicis. 16 Telis Romanis. 17 Querni pali acuti ex utraque parte.
18 Inſolitæ & inuſitatæ munitionis. 19 Quaſi vallis ſepſit & corroboravit.
20 Auguſtus enim, adhùc juvenis, divinos honores obtinuit. 21 Auguſti Cæ-
ſaris à Julio Cæſare adoptati. 22 In cœlum tranſlati. 23 Adoptivi Cæ-
Julii Cæſaris. 24 Imperio Romano ſubjectas. 25 Tumultuarii belli.
26 Circà Boſphorum, id eſt, mare anguſtum, à *ferendâ bove* dictum, vel à
*tranſitu bovis*, ſive ab anguſtis meatibus *bovi* perviis. 27 Victualium ac-
quirendorum difficultas invaſit homines.

ut à militibus, [1] ſingulis olei frumentique modiis, totidem mancipia permutarentur. Sed amariſſimam [2] tempeſtatem Auguſti cura, tutelæ tunc terrarum [3] vacans, [4] diſpulit.

## EXTERNA.

1 Cretenſibus nihil [5] tale præſidii affulſit: qui obſidione Metelli ad [6] ultimam uſque [7] penuriam compulſi, ſua, jumentorumque ſuorum urina ſitim [8] torſerunt, juſtius dixerim, quam ſuſtentarunt: Quia dum vinci timent, id paſſi ſunt, quod eos ne victor quidem pati coëgiſſet.

2 [9] Numantini autem à Scipione vallo & aggere circumdati, cùm omnia, quæ famem eorum [10] trahere poterant, conſumpſiſſent; ad ultimum humanorum corporum dapibus uſi ſunt. Quapropter capta jam [11] urbe, complures inventi ſunt, [12] artus & [13] membra trucidatorum corporum ſinu ſuo geſtantes. Nulla eſt in [14] his neceſſitatis excuſatio: nam quibus mori licuit, ſic vivere neceſſe non fuit.

3 [15] Horum [16] trucem pertinaciam in conſimili [17] facinore [18] Calagurritanorum execrabilis impietas [19] ſupergreſſa eſt: Qui quò perſeverantius [20] interempti Sertorii cineribus, obſidionem Cn. Pompeji fruſtrantes, fidem præſtarent; quia nullum jam aliud in urbe eorum ſupererat animal, uxores ſuas [21] natoſque ad uſum [22] nefariæ dapis verterunt. Quoque diutius armata juventus viſcera ſua [23] viſceribus ſuis aleret, infelices cadaverum reliquias [24] ſalire non dubitavit. [25] Eam-ne unquam aliquis in aciem [26] hortaretur, ut pro ſalute conjugũ & liberorũ fortiter dimicaret? Ex hoc [27] nimirũ [28] ho-

1 Pro modio olei frumentique daretur ſervus.
2 Caritatem illam annonæ.
3 Operam dans.
4 Dimovit.
5 Talis præſidii.
6 Extremam.
7 Cibi & potus.
8 Quodam cruciatu ſedaverunt.
9 Qui populi ſunt in Hiſpaniâ.
10 Protrahere, prolongare.
11 Sc. eorum, id eſt, Numantia.
12 Membrorum conjunctiones.
13 Corporis partes, ut ſunt humeri, brachia.
14 Numantinis.
15 Numantinorum.
16 Atrocem.
17 Veſcendi humanis carnibus.
18 Populorum in Hiſpaniâ.
19 Superavit.
20 A Perpennâ.
21 Filios.
22 Deteſtandæ.
23 Carnibus ex ſe genitis.
24 Sale aſpergere: diutiùs enim ſervatur caro ſalſa.

25 Juventutem. 26 Q. d. id fruſtrà facturum, cùm ipſa ... abſumpſerit. 27 Haud dubiè. 28 Tali hoſte, ſc Calagurritano.

ſte, [1] tanto duci [2] pœna magis, [3] quam victoria, petenda fuit; quia plus [4] vindicatus [5] libertatis, quam victus [6] gloriæ afferre potuit: cum omne ſerpentum ac ferarum genus [7] comparatione ſui, titulo feritatis ſuperarit: Nam quæ [8] illis dulcia vitæ [9] pignora [10] proprio ſpiritu chariora ſunt, ea Calagurritanis prandia atque cœnæ extiterunt.

1 Quantus erat Cnæus Pompejus. 2 Impietatis admiſſæ in uxores & liberos. 3 Q.d. ardentiùs debebat eos oppugnare, ut de impiis ultionem ſumeret, quam ut de victis à ſe gloriam ullam obtineret. 4 Sc. ho[illeg.]is, id eſt, ſumpta de hoſte vindicta. 5 Cùm tali populo tamque impiè vivente, nunquam libertas tuta eſſe poſſit. 6 Quia non virtute, ſed nefandâ fame, domiti eſſent. 7 Si quis ferarum & ſerpentum feritatem cum horum immanitate comparaverit. 8 Serpentibus & feris. 9 Proles ac propria generatio. 10 Propriâ vitâ.

## CAP. VII.

# DE TESTAMENTIS RESCISSIS.

1 Patris qui filium exhæredaverat.
2 M. Anneji Carſeolani.
3 C. Tettii.
4 Septitiæ Thrachalorum matris.
5 Terentii cujuſdam.
6 Næviani cujuſdam.
7 Juventii cujuſdam.

1 VAcemus nunc negotio, [2] quod actorum hominis & præcipuæ curæ, & [3] ultimi eſt temporis: conſideremuſque quæ teſtamenta aut [4] reſciſſa ſunt [5] legitime facta; aut cùm meritò reſcindi poſſent, [6] rata manſerunt: [7] quæve ad alios, quam qui exſpectabant, honorem hæreditatis tranſtulerunt.

1 Atque [8] iſta ut ordine, quo propoſui, [9] exe-

1 Agitur hoc capite de teſtamentis, quæ, cùm reſcindi poſſent, rata manſerunt, & contrà, cùm rata viderentur, & legitimè condita, reſciſſa fuerunt. 2 Quæ homo agit in hac vitâ, id eſt, teſtamento ſeu ſupremæ voluntati. 3 Quia in exitu vitæ teſtamenta ut plurimum conduntur. 4 Revocata & pro nihilo habita. 5 Quamvis eſſent legitimè facta. 6 Firma & ſtabilia. 7 Aliud teſtamentorum genus, cùm ſpe magnâ fruſtrati ſunt, qui ſe hæredes conſtituendos ſæpè crediderunt. 8 Ea genera teſtamentorum. 9 Enarrem teſtamentorum eorum primò, quæ legitimè facta reſciſſa fuerunt.

quar

quar: [1] militantis cujuſdam pater, cùm de morte filii falſum è caſtris nuntium accepiſſet, aliis hæredibus ſcriptis, [2] deceſſit. [3] Peractis deinde ſtipendiis, adoleſcens reverſus, [4] domum [5] errore patris [6] impudentiaque amicorum ſibi clauſam reperit. Quid enim illis inverecundius? florem juventæ pro rep. [7] abſumpſerat, maximos labores & plurima pericula toleraverat, [8] adverſo corpore exceptas oſtendebat [9] cicatrices: & poſtulabat, ne [10] avitos ejus lares [11] otioſa ipſi urbi onera poſſiderent. Itaque [12] depoſitis armis, coactus eſt in [13] foro [14] togatam ingredi militiam. Acerbè cum improbiſſimis enim hæredibus de paternis bonis apud [15] centumviros contendit: omnibuſque non ſolum [16] conſiliis, ſed etiam [17] ſententiis [18] ſuperior diſceſſit.

2 Item M. Annejus, M. Carſeolani ſplendidiſſimi equitis Romani filius, à Suſenate avunculo ſuo adoptatus, teſtamentum [19] naturalis patris, quo [20] præteritus erat, apud centumviros [21] reſcidit, cùm in eo Tullianus, Pompeji Magni familiaris, ipſo quidem Pompejo [22] ſignatore, hæres ſcriptus eſſet. Itaque plus [23] illi

1 Id eſt, narrabo primùm, quomodo militantis, id eſt, militis, &c.
2 Mortuus eſt.
3 Expleto tempore militiæ, undè ſtipendium acceperat.
4 Quæ patris fuerat.
5 Qui, quòd eum in acie cecidiſſe putarat, alios hæredes ſcripſerat.
6 Quia, quæ pater per errorem fecerat, rata fore volebant.
7 Attriverat adoleſcens.
8 Hoſtibus objecto & oppoſito, non in tergo: ergo non aufugerat.
9 Obductorum vulnerum veſtigia & ſigna.
10 Domum, quam pater ab avo jure hæreditario acceperat.
11 Qui homines otioſi erant onera ipſi urbi, quia abſumebant, & nihil lucrabantur, *fruges* (ut ait Horatius) *conſumere nati*.
12 Quibus accinctus è bello redierat, & nefas erat in judicium prodire armatum.
13 Judiciali.
14 Litem, quæ eſt ſpecies militiæ, & concertatio quædam.
15 Judices talium cauſarum. Erat enim centumvirale judicium: nam ex triginta quinque tribubus, quot ſcilicet erant in urbe Romanâ, terni deligebantur ex unaquaque judices, & quamvis plures eſſent, *centum* tamen *virorum* nomen retinuerunt. Horum unus haſtam tenebat, præcipuum judiciorum ſignum: undè & haſtæ ſubjiciebant, quæ publicè venundabant.
16 Quia, priuſquam ſententiam ferrent, monuerant centumviri amicos illos paternos, ut ab iniquâ vendicatione hæreditatis alienæ deſiſterent, ſed noluerunt conſiliis acquieſcere.
17 Judicum.
18 Potior in causâ & victor.
19 Qui ipſum genuerat.
20 Prætermiſſus & non inſcriptus ſaltem ex legitimâ portione hæres, quia in aliam familiam tranſierant.
21 Irritum fecit.
22 Notario.
23 Filio M. Carſeolani, ſc. M. Annejo.

in judicio cum [1] excellentiſſimi viri gratia, [2] quam cum parentis cineribus negotii fuit: Cæterum quamvis [3] utraque hæc adverſus eum [4] nitebantur, tamen paterna bona obtinuit. Nam L. quidem Sextilius & P. Popilius, quos M. Annejus ſanguine ſibi conjunctos [5] eadem ex parte, qua Tullianum, hæredes fecerat, [6] ſacramento cum adoleſcentulo contendere auſi non ſunt: tametſi præcipuis eo tempore [7] Magni viribus ad defendendas tabulas teſtamenti [8] invitari poterant. Et aliquantulum adjuvabat hæredes, quod M. Annejus in Suſenatis [9] familiam ac [10] ſacra tranſierat: ſed [11] arctiſſimum inter homines [12] procreationis vinculum, patris ſimul [13] voluntatem, & [14] principis viri auctoritatem ſuperavit.

3 C. autem [15] Tertium [16] infantem à patre exhæredatum, Petronia matre, quam Tertius, quoad vixit, in matrimonio habuerat, natum, [17] Divus Auguſtus in bona paterna ire decreto ſuo juſſit: patris patriæ [18] animo uſus: Quoniam Tertius in proprio [19] jure procreato filio ſumma cum iniquitate paternum nomen [20] abrogaverat.

4 Septicia quoque mater Trachalorum Ariminenſium filiis irata, in contumeliam eorum, cùm jam parere non poſſet, Publicio ſeni admodum nupſit, [21] teſtamento etiam utrumque [21] præteriit. A [22] quibus [23] aditus Divus Auguſtus, & [24] nuptias mulieris, & [25] ſuprema judicia improbavit. Nam hæreditatem ma-

1 Pompeji, qui apud judices, & univerſum populum plurimum valebat.
2 Q. d. plus illi obſtitit auctoritas & gratia Pompeji, pro Tulliano familiari ſuo advocantis, quam voluntas ultima patris, qui, ipſo prætermiſſo, alium hæredem inſtituerat.
3 Duo jam dicta, ſc. Pompeji gratia, & ultima patris voluntas.
4 Militabant.
5 Ex triente.
6 Juramento, ſe ſc. legitimè inſtitutos, & filium meritò aut juſtè præteritum.
7 Pompeji.
8 Allici & incitari.
9 Per adoptionem.
10 Quia ſacris ejus initiabatur: & ita per adoptionem videbatur à patre alienatus, & ab eo meritò præteritus.

11 Quia pater & filius quodammodò unum ſunt. 12 Generationis. 13 Supremam. 14 Civitatis Romanę, ſc. Gnæi Pompeji, ab adverſariis ejus ſtantis. 15 Veteres filios ut plurimum de nomine patrũ appellabant. 16 Cùm adhùc eſſet infans. 17 Inter Deos etiam vivens deputatus. 18 Affectione: quia ſe Tertio verum patrem præſtitit iniqui patris teſtamentum reſcindendo. 19 Legitimo matrimonio. 20 Exuerat. 21 Hæreditate privavit. 22 Duobus filiis ejus. 23 Sc. ad auxilium contra injuriam maternam ferendum. 24 Quia in fraudem filiorum nupſerat. 25 Ultimam voluntatem ejus, aut teſtamentum, in quo ultimum ejus judicium & voluntas continebatur, damnavit & vituperavit, quia iniquum, & diliranus anus eſſe cenſuit.

ternam

ternam filios habere juſſit: dotem, quia [1] non creandorum liberorum cauſâ conjugium interceſſerat, virum retinere vetuit. [2] Si ipſa æquitas hac de re [3] cognoſceret, poſſetne [4] juſtius aut gravius pronuntiare? Spernis quos genuiſti: nubis [5] effœta: [6] teſtamenti ordinem violento animo confundis: neque erubeſcis ei totum patrimonium addicere, cujus [7] pollincto jam corpori [8] marcidam ſenectutem tuam ſubſtraviſti. Ergo dum ſic te geris, ad inferos uſque [9] cœleſti fulmine [10] afflata es.

5 [11] Egregia eſt quoque C. Calpurnii Piſonis prætoris [12] Urb. [11] conſtitutio. Cum enim ad eum Terentius ex octo filiis, quos in adoleſcentiam [13] perduxerat, ab uno, in [14] adoptionem dato, [15] exhæredatum ſe querelam detuliſſet: bonorum adoleſcentis poſſeſſionem [16] ei dedit, hæredeſque [17] lege agere paſſus non eſt. Movit profecto Piſonem [18] patria majeſtas, [19] donum vitæ, [20] beneficium educationis: ſed aliquid etiam [21] flexit circumſtantium [22] liberorum numerus, quod cum patre ſeptem fratres impiè exhæredatos videbat.

6 Quid Mamerci Æmilii Lepidi conſulis, quam grave decretum! Genucius quidam, [23] Matris Magnæ [24] Gallus, à Cn. Oreſte prætore Urbis impetraverat, ut reſtitui ſe in bona

1 Sed ira in filios.
2 Laudat hoc judicium Valerius, dicens, nec ipſam quidem juſtitiam, ſi loqui poſſet, rectiùs fuiſſe judicaturam.
3 Haberet cognitionem, & jus judicandi.
4 Quam Auguſtus.
5 Exhauſta omni fœcunditate.
6 In quo filii meritò primò ſcriberentur à matre.
7 Uncto ut ſepeliretur. *Al. polluto ſc.* à ſitu & obſcœnitate tuâ.
8 Carioſam & corruptam.
9 Severo Auguſti judicio: quia in terris pro Deo habitus & cultus eſt.
10 Proſtrata.
11 Nobile judicium.
12 Romæ.

13 Educaverat. 14 Sc. in alienam familiam. 15 Hæreditate privatum: quia moriens filius patrem non ſcripſerat hæredem. 16 Terentio patri. 17 Legibus ſe tueri, & hæreditatem ſecundum leges adire. 18 Paterna: quia filius omnia patri debet, ne igitur paterna violaretur majeſtas, patrem hæredem eſſe juſſit. 19 Quia à patre accepiſſet eſſe, quo nihil majus homini eſſe poteſt, niſi benè eſſe, quod, niſi naſceretur, conſequi non poſſit. 20 Quod eum ad adoleſcentiam uſque educaſſet, movit Piſonem ad judicandum ſecundum patrem. 21 Movit Piſonem in favorem patris. 22 Quos pater ſecum in judicium adduxerat. 23 Cybeles, quæ magna mater, id eſt, Deorum omnium mater dicebatur: cujus ſacardotes Galli ſunt appellati, qui ſe ipſos evirabant. Ovid. Faſt. 3. *Cur igitur Gallos, qui ſe excidêre, vocamus?* Huic etiam ludi conſtituti, quæ Megaleſia vocabant. 24 Sacerdos eviratus,

Næviani juberet, quorum poſſeſſionem ſecundum [1] tabulas teſtamenti ab [2] ipſo acceperat. [3] Appellatus Mamercus à Surdino, cujus libertus Genucium hæredem fecerat, prætoriam juriſdictionem [4] abrogavit: quòd diceret, Genucium amputatis ſui ipſius ſponte [5] genitalibus corporis partibus, neque virorum, neque mulierum numero haberi debere. Conveniens Mamerco, conveniens [6] principi ſenatus decretum; quo [7] proviſum eſt, ne [8] obſcœna Genucii præſentia, [9] inquinataque voce, tribunalia magiſtratuum ſub ſpecie petiti juris polluerentur.

7 Multò Q. Metellus prætorem [10] urbanum ſeveriorem [11] egit, quam Oreſtes geſſerat: Qui Vecilio [12] lenoni bonorum Juventii poſſeſſionem ſecundum [13] tabulas [14] teſtamenti non dedit; quia [15] vir nobiliſſimus & graviſſimus [16] fori ac [17] lupanaris [18] ſeparandam conditionem exiſtimavit: Nec aut factum [19] illius comprobare voluit; qui [20] fortunas ſuas in [21] ſtabulum contaminatum [22] projecerat: aut [23] huic, [24] tanquam integro civi, jura reddere; [25] qui ſe ab omni honeſto vitæ genere abruperat.

1 Inſtrumenta.
2 Næviano.
3 Per appellationem ut judex aditus.
4 Revocavit, antiquavit, ac improbavit.
5 Virilibus.
6 Sc. eidem Mamerco.
7 Cautum.
8 Turpi.
9 Quia effœminata culpâ ipſius Genutii, qui ſeſe caſtraverat.
10 Quia erant etiam Prætores provinciarum.
11 Geſſit ſe.
12 Ex meretricum quæſtu victitanti.
13 Inſtrumenta legitimè conſcripta.
14 Ipſius juvenis, qui lenonem hæredem reliquerat.
15 Metellus.
16 Judicialis.
17 Domus meretriciæ.
18 Ita ut non continuò, qui primas partes in lupanari habebat, eaſdem in judicio haberet.
19 Juvenis defuncti.
20 Divitias.
21 Proſtibulum: quia loca fœtida & immunda ſunt lupanaria.
22 Id eſt, qui lenoni divitias ſuas legaverat.
23 Lenoni.
24 Tanquam eſſet civis incorruptus, cui hæreditas haud dubiè reddenda fuiſſet.
25 Qui contempto morali & honeſto vivendi genere ſe turpiſſimæ obſcœnitati, & quaſi ferinæ vitæ ſubjecerat.

CAP.

# CAP. VIII.

# DE RATIS TESTAMENTIS.

ROMANORUM.

1 Sempronii Tuditani.
2 Æbuciæ.
3 Q. Metelli.
4 Fratris Pompeji Rhegini.
5 Q. Cæcilii.
6 T. Marii.
7 L. Valerii Heptachordi.
8 T. Barruli.
9 M. Popilii.

1 HIs [2] reſciſſorum teſtamentorum exemplis contenti, attingamus ea, quæ rata manſerunt, cùm cauſas haberent, propter quas [3] reſcindi poſſent.

1 Quam [4] certæ, quam etiam [5] notæ inſaniæ Tuditanus; utpote qui populo nummos ſparſerit, togamque, [6] velut tragicam veſtem, in foro trahens, maximo cum hominum riſu conſpectus fuerit, ac [7] multa his conſentanea fecerit. Teſtamento is filium inſtituit hæredem: quod Ti. Longus, ſanguine [8] proximus, [9] haſtæ judicio [10] ſubvertere fruſtra conatus eſt. [11] Magis enim centumviri, [12] quid ſcriptum eſſet in tabulis, quam quis eas ſcripſiſſet, conſiderandum exiſtimaverunt.

2 [13] Vita [14] Tuditani demens: Æbuciæ autem, quæ L. Menenii Agrippæ uxor fuerat, tabulæ teſtamenti plenæ furoris. Nam cum haberet duas ſimillimæ probitatis filias, Plætoriam & Afraniam: animi ſui potius [15] inclinatione provecta, quàm ullis [16] alterius injuriis aut [17] officiis commota, Plætoriam tantummodo hæredem inſtituit: Filiis autem Afraniæ ex ſuo

1 Præfatio eſt in alteram ſpeciem teſtamentorum, utpote quæ cùm reſcindi poſſent, rata manſerunt.
2 Improbatorum, & pro irritis judicatorum.
3 Irrita cenſeri.
4 Ex lege conſtat, furioſo & inſano teſtari non licere.
5 Manifeſtæ.
6 Quæ Tragœdo conveniret.
7 Alia inſaniæ opera.
8 Ei Tuditano.
9 Centumvirali judicio, qui bonorum poſſeſſiones cognoſcebant, & ſub haſtâ interdum vendentes pronuntiabant.
10 Irritum facere, quòd exhæredationem meruiſſet.

11 Magis teſtamenti, quam teſtatoris, rationem habere voluerunt centumviri. 12 Quia juſtum & æquum erat, ut filius patri, licet furioſo, ſuccederet. 13 Scilicet *fuit*. 14 Cujus tamen teſtamentum fuit laudabile. 15 Propenſione aut affectione. 16 Afraniæ. 17 Alterius Plætoriæ.

admodum amplo patrimonio viginti millia nummûm legavit. [1] Afrania tamen cum ſorore ſua [2] ſacramento contendere noluit; teſtamentumque matris patientia honorare, quam judicio [3] convellere ſatius eſſe duxit: [4] Eo ſe ipſa indigniorem [5] injuria oſtendens, [6] quo eam æquiore animo ſuſtinebat.

3 Minus mirandum errorem [7] muliebrem Q. Metellus fecit. Is namque plurimis & celeberrimis [8] ejuſdem nominis viris in urbe noſtra vigentibus, [9] Claudiorum etiam familiâ, quam arctiſſimo ſanguinis vinculo contingebat, florente; Carrinatem ſolum [10] hæredem reliquit: nec hocce ejus teſtamentum quiſquam [11] attentavit.

4 Item Pompejus Rheginus, vir [12] tranſalpinæ regionis, cùm teſtamento fratris præteritus eſſet; & ad [13] coarguendam iniquitatem ejus, binas tabulas [14] teſtamentorum ſuorum in [15] comitio inciſas, habita [16] utriuſque ordinis maxima frequentia, recitaſſet; in quibus magna ex parte hæres [17] frater erat ſcriptus, [18] prælegabaturque ei centies & quinquagies ſeſtertiûm: multum ac diu inter [19] aſſentientes indignationi ſuæ amicos queſtus, [20] quod ad [21] haſtæ judicium attinuit, [22] cineres fratris quietos eſſe paſſus eſt. Et erant ab eo inſtituti hæredes, [23] neque ſanguine patrio pares, neque proximi: ſed & alieni & humiles: ut non ſolum flagitioſum [24] ſilentium, ſed etiam [25] prælatio contumelioſa videri poſſet.

1 Prætermiſſa ſc.
2 Nam potuit Afrania apud centumviros jurare, ſe injuſtè à matre exhæredatam.
3 Infringere.
4 Tantò.
5 A matre illatâ.
6 Quantò.
7 Qui fuit in Æbuciâ.
8 Id eſt, Metellis.
9 Nam genus maternum ducebat à gente Claudia: Metellus enim ſuperior Claudiam duxit uxorem, ex quâ natus eſt Quintus Metellus.
10 Bonorum ſuorum.
11 Reſcindere conatus eſt.
12 Trans Alpes ortus.
13 Reprehendendam & deteſtandam.
14 Quæ ipſe Pompejus fecerat.
15 Populi congregatione habitâ.
16 Patricii & Plebeji.
17 Ejus ſc. à quo præteritus erat. 18 Antè cæteros legabatur, id eſt, antequam alii hæredes quicquam acciperent, fratri centies & quadragies ſeſtertiorum habendum legarat. 19 Aſſerentes ipſum juſtam habere indignationem in fratris ingratitudinem. 20 Quantum. 21 Centumvirale judicium. 22 Voluntatem ſupremam jam defuncti oppugnare noluit. 23 Juſtam oſtendit querelam, quòd non ſolùm alienos, ſed ne patrio quidem ſanguini comparandos homines inſtituiſſet hæredes. 24 Ejus ſc. qui fratrem ſilentio præterierat. 25 Alienorum ſc. & humilium.

5 [1] Æque felicis [2] impunitatis, ſed neſcio an [3] tetrioris hæc delicti teſtamenta. Q. Cæcilius L. Luculli promptiſſimo ſtudio, maximaque liberalitate, & honeſtum dignitatis gradum, & ampliſſimum patrimonium conſecutus; cùm [4] præ ſe ſemper tuliſſet, [5] unum illum ſibi eſſe hæredem, moriens etiam [6] annulos [7] ei ſuos tradidiſſet; Pomponium Atticum [8] teſtamento adoptavit, omniumque bonorum reliquit hæredem. Sed fallacis & inſidioſi cadaver pop. Rom. [9] cervicibus [10] reſte circumdatum, [11] per viam traxit: Itaque nefarius homo [12] filium quidem, & hæredem habuit, [13] quem voluit: funus autem & exequias, [14] quales meruit.

6 Neque [15] aliis dignus fuit T. Marius [16] Urbinas, qui ab infimo [17] militiæ loco, beneficiis Divi Auguſti imperatoris ad ſummos [18] caſtrenſes honores perductus, [19] eorumque uberrimis quæſtibus locuples factus; non ſolum cæteris vitæ temporibus [20] ei ſe fortunas ſuas relinquere, à quo acceperat, prædicavit; ſed etiam pridiè quam expiraret, idem illud ipſi Auguſto dixit: cùm interim ne nomen quidem [21] ejus tabulis teſtamenti adjecerit.

7 L. autem Valerius, cui cognomen [22] Heptachordo fuit, [23] togatum hoſtem Cornelium Balbum expertus, utpote opera ejus & conſilio compluribus privatis vexatus litibus, ad ultimumque [24] ſubjecto accuſatore capitali

1 Ut prædictat quia reſciſſa non ſunt. Paucis verò aditum munit ac narrationem de teſtamentis, quæ aliis, quanquam ea ſperaverant & meruerant, obvenerunt.
2 Immunitatis à reſciſſione.
3 Fœdioris, cùm major fuerit impudentia in ſequentium teſtamentorum conditoribus.
4 Geſtu, & vultu, & verbis ſignificaſſet.
5 Solum Lucullum.
6 Quibus contractus ſuos ſignare ſolebat.
7 Lucullo.
8 In filium & hæredem aſſumpſit.
9 Collo ejus.
10 Fune, quo viliſſima cadavera trahi ſolent.
11 Volens ſignificare occultum fuiſſe furem.
12 Per adoptionem.
13 Sc. Pomponium Atticum.

14 Sc. ignominioſiſſimas. 15 Exequiis ſc. quamvis alias fortè habuerit: qui enim pari crimine tenetur, dignus pari pœnâ cenſetur. 16 Patrium nomen, ut Arpinas, Suffenas, aliaque multa. 17 Militis gregarii. 18 Qui in caſtris contingere poterant. 19 Honorum caſtrenſium. 20 Auguſto. 21 Auguſti. 22 Habenti in facie ſeptem chordas ſive poros. 23 In toga, id eſt, urbe verſatum ſeu forenſem. 24 Clanculum immiſſo, ſubornato.

crimine accuſatus: præteritis advocatis & patronis ſuis, ſolum hæredem reliquit, nimia [1] conſternatione, quæ animum ejus [2] tranſverſum egit, depravatus. [3] Amavit enim [4] ſordes ſuas, & dilexit pericula, & [5] damnationem votis expetivit: [6] auctorem harum rerum benevolentia, [7] propulſatores [8] odio inſecutus.

8 T. Barrulus Lentulo [9] Spintheri, cujus [10] amantiſſimum animum, liberaliſſimamque amicitiam ſenſerat, decedens ſuos annulos perinde atque unico hæredi tradidit, quem nulla ex parte hæredem relinquebat. [11] Quantum [12] illo momento temporis conſcientia, (ſi modo vires, quas habere creditur, poſſidet) à teterrimo [13] homine ſupplicium exegit! Inter ipſam enim fallacis & [14] ingratæ culpæ cogitationem, [15] ſpiritum poſuit, quaſi [16] tortore aliquo mentem ejus intus cruciante: Quod animadvertebat è vita ad mortem tranſitum ſuum, & [17] ſuperis Diis inviſum eſſe, & [18] inferis deteſtabilem futurum.

9 M. vero popilius [19] ſenatorii ordinis Oppium Gallum ab ineunte ætate familiariſſimum ſibi, moriens, pro vetuſto jure amicitiæ, & vultu benigno reſpexit, & verbis magnum [20] præ ſe amorem [20] ferentibus [21] proſecutus eſt. [22] Unum etiam de multis, qui [23] aſſidebant, ultimo complexu & oſculo dignum judicavit; inſuperque annulos ſuos ei tradidit: videlicet [24] ne quid ex ea hæreditate, quam non erat aditurus, amitteret. [25] Quos ocyus vir dili-

1 Judicii & rationis perturbatione.
2 Extra viam æquitatis & honeſti impulit.
3 L. Valerius.
4 Vitæ turpitudinem, ac avaritiam.
5 Viſus eſt optaſſe damnationem, quam ope amicorum ſubterfugerat. Hæc enim ad increpationem dicit autor, non quòd ita eſſe ſignificare velit.
6 Balbum.
7 Ut advocatos & patrones.
8 Quia eos in teſtamento ſuo præteriit.
9 Cognomen eſt.
10 Sc. *ſui*.
11 Invehitur in hunc teſtatorem ingratum Valerium, cùm dicat ſuæ ingratitudinis conſcientiâ graves dediſſe pœnas in ipſo mortis articulo.
12 Quo deceſſit. 13 Barrulo. 14 Commiſſæ per fallaciam & ingratitudinem. 15 Animam depoſuit. 16 Carnifice. 17 Diis cœleſtibus, quos relinquebat. 18 Sc. *Diis*, ad quos accedebat. 19 Sc. *vir*. 20 Indicantibus. 21 Affatus eſt. 22 Solum Oppidum. 23 Morienti. 24 Jocatur Valerius, cùm dicit, ut omnia conſequeretur ex eâ hæreditate, quam non erat habiturus. 25 Annulos.

gens

gens, ſed morientis amici [1] plenum contumeliæ ludibrium, in [2] locellum repoſitos, & à [3] præſentibus aſſignatos, diligentiſſime hæredibus [4] illius, [5] exhæres ipſe reddidit. Quid hoc [6] loco [7] inhoneſtius? aut quid [8] intempeſtivius? [9] Senatorem populi Rom. Curia egreſſum homo vitæ [10] fructibus continuo cariturus, ſanctiſſimæ jura familitatis, morte [11] preſſis oculis, & [12] ſpiritu ſupremos anhelitus reddente, [13] ſcurrili luſu ſugillanda ſibi [14] deſumpſit.

1 Nihil aliud fuit ei annulos tradere, niſi eum ludificare, & contumeliâ afficere.
2 Sacculum, loculum, quem crumenam vocant.
3 Teſtibus, ne arguatur non reddidiſſe.
4 Quos ille inſtituerat.
5 Hæreditatis expers.

6 Exemplo hujus loci. *Al. joco.* 7 Turpius, propter ingratitudinem, quam planè moriens declaravit. 8 Minus ſuo tempore factum: nam tempus illud, quo mortis inſtantis terrore perturbari debuerat, luſus non appetebat. 9 Hoc dicit Valerius, nihil inhoneſtius fuiſſe, quam Senatorem Popilium paulò antè è curiâ venientem, & ſanctiſſima familiaritatis jura ad irriſionem deformanda ſibi deſumere, & nihil intempeſtivius, quam hominem mox moriturum fallere & illudere, ut tùm fecit Popilius ille. 10 Dulcedine, & uſu. 11 Oppreſſis & gravatis. 12 Animâ. 13 Obſcœnâ ludificatione, Senatore indignâ. 14 Ex propriâ animi malitiâ ſumpſit.

# VALERII MAXIMI

## LIBER OCTAVUS.

### CAP. I.

### DE JUDICIIS PUBLICIS INSIGNIBUS.

| QUIBUS ABSOLUTI. | DAMNATI. |
|---|---|
| 1 M. Horatius Tergeminus. | 1 L. Scipio Aſiaticus. |
| 2 Ser. Sulpitius Galba. | 2 C. Decianus. |
| 3 A. Gabinius. | 3 Sex. Titius. |
| 4 P. Claudius Pulcher. | 4 Claudia Ap. Cæci F. |
| 5 Tuccia virgo Veſtalis. | 5 M. Mulvius, Cn. Lollius, L. Sextilius, triumviri. |
| 6 L. Calpurnius Piſo. | 6 P. Villius triumvir. |
| 7 Q. Flavius augur. | 7 M. Æmilius Porcina. |
| 8 C. Coſconius Callidianus. | 8 Paterfamilias quidam. |
| 9 A. Atilius Calatinus. | |
| 10 M. Æmilius Scaurus. junior. | **AMBUSTÆ DUÆ.** |
| 11 L. Aurelius Cotta. | |
| 12 Callidius Bononienſis. | 1 Mulier matricida. |
| 13 Clœlii duo T. F. Tarracinenſes. | 2 Materfamilias quædam. |

### ABSOLUTI.

Nunc quoque, ut æquiore animo [1] ancipites judiciorum motus tolerentur, recordemur [2] invidia laborantes, quibus de cauſis aut abſoluti ſunt, aut damnati.

1 [3] M. Horatius [4] interfectæ ſororis crimi-

1 Dubii judiciorum eventus: nam ſemper dubius & incertus eſt litis & belli eventus.
2 Qui aliis invifi ſunt & odio habentur.
3 Qui Curiatios interemerat.
4 Eò quòd caſum ſponſi ſui iniquiùs ferret.

ne

ne à Tullo rege damnatus, ad populum provocato judicio [1] abſolutus eſt. Quorum [2] alterum atrocitas [3] necis [4] movit, [5] alterum cauſa flexit: quia [6] immaturum virginis amorem ſeverè magis, quam impiè punitum exiſtimabat. Itaque [7] forti punitione [8] liberata fratris dextera, [9] tantum conſanguineo, quantum hoſtili cruore gloriæ haurire potuit.

2 [10] Acrem ſe tunc [11] pudicitiæ cuſtodem populus Rom. poſtea [12] plus juſto placidum judicem præſtitit. Cùm à Libone trib. pleb. Ser. Galba [13] pro roſtris vehementer increparetur, quòd [14] Luſitanorum magnam [15] manum [16] interpoſita fide [17] prætor in Hiſpania interemiſſet, [18] actionique tribuniciæ M. Cato ultimæ ſenectutis, oratione ſua, quam [19] in Origines retulit, [20] ſubſcriberet, [21] reus pro ſe jam [22] nihil recuſans, parvulos liberos ſuos, & [23] Galli [24] ſanguine ſibi conjunctum filium, flens [25] commendare cœpit: [26] Eoque facto [27] mitigata concione, qui omnium conſenſu periturus erat, pene nullum [28] triſte ſuffragium habuit. Miſericordia ergo illam [29] quæſtionem, non æquitas texit: quoniam quæ innocentiæ tribui nequierat abſolutio, reſpectui puerorum data eſt.

3 [30] Conſentaneum eſt quod ſequitur. A. Ga-

1 Interceſſione ſc. paternâ.
2 Regem.
3 Sororis.
4 Ad damnandum eum.
5 Populum, abſolventem eum.
6 Quia in ſponſum nondum maritum.
7 Tali quam meruerat ex cæde ſororis.
8 Fratre ipſo liberato.
9 Non minùs gloriæ ex cæde ſororis, quam ex Curiatiorum victoriâ conſequi potuit.
10 In abſolvendo Horatio populus, quanti facienda eſſet pudicitia, declaravit, ſed in Galbæ judicio, quod ſequitur, mitem ſe judicem plus æquo præbuiſſe videtur.
11 Quia jure cæſam Horatiam judicavit, quæ impudica videri poterat, cùm immaturum ſponſi amorem tantoperè lugeret, ut fratrum & patriæ oblivißceretur.
12 In judicio Galbæ. 13 Antè roſtra, undè ad populum ſermo fieri ſolebat. 14 Luſitania pars eſt Hiſpaniæ, quæ nunc *Portugallia* dicitur. 15 Multitudinem bellicam. 16 Quos in deditionem receperat, datâ fide de ſalute eorum. 17 Cùm eſſet prætor. 18 Actioni tribuni in Galbam. 19 In opere quod ſcripſit de Origine rerum Italicarum. 20 Aſtipularetur, & aſſenſum præberet. 21 Galba ſc. 22 Nullum ſupplicii genus. 23 Sulpitii. 24 Quia nepotem ſuum. 25 Populo ſc. 26 Tantâ humiliatione Galba. 27 Placato populo: nam tria ſignificat, populum, orationem & locum. 28 Faciens contra ſe votum populi. 29 Actionem per inquiſitionem, & cauſam. 30 Conforme ſuperiori.

binius,

nius [1] in maximo infamiæ ſuæ ardore ſuffragiis populi C. Memmio accuſatore ſubjectus, [2] abruptæ eſſe ſpei videbatur: quoniam & accuſatio [3] pártes ſuas plene exhibebat, & defenſionis præſidia [4] invalida fide nitebantur: & qui judicabant, ira [5] præcipiti pœnam [6] hominis cupide expetebant. [7] Lictor igitur & carcer ante [8] oculos [9] obverſabantur: cùm interim [10] omnia iſta propitiæ fortunæ interventu diſpulſa ſunt. Filius namque Gabinii Siſenna [11] conſternationis impulſu ad pedes ſe [12] Memmii ſupplex proſtravit: [13] inde aliquod fomentum procellæ petens, unde totus impetus tempeſtatis eruperat: [14] Quem truci vultu à ſe victor inſolens repulſum, [15] excuſſo è manu annulo humi jacere aliquamdiu paſſus eſt. Quod ſpectaculum fecit, ut Lælius trib. pleb. approbantibus cunctis Gabinium [16] dimitti juberet; [17] ac documentum daretur, neque ſecundarum rerum proventu inſolenter abuti, neque adverſis propere quemquam debilitari oportere.

4 Idque proximo exemplo æquè patet. P. Claudius, neſcio religionis major, an patriæ injuria (ſiquidem [18] illius [19] vetuſtiſſimum morem neglexit, [20] hujus pulcherrimam claſſem amiſit) infeſto populo objectus, cùm effugere debitam pœnam nullo modo poſſe crederetur, ſubito coorti imbris beneficio [21] tutus fuit à damnatione: [22] diſcuſſa enim quæſtione, aliam

1 Cùm ad infamiam ejus ardentiſſimè procederetur. Magna enim illi infamia orta erat, quòd provinciam Syriam expilaſſet.
2 Fractæ & debilitatæ: neque enim ſibi ſpes ulla ſubeſſe videbatur.
3 Debitum ſuum.
4 Infirmâ fide fulciebantur: quia nulla fides ejus defenſoribus dabatur.
5 Vehementi.
6 A. Gabinii.
7 Miniſter publicus.
8 Gabinii.
9 Occurrebant.
10 Lictor, carcer, ſupplicium.
11 Ex impetu mentis conſternatæ, ubi vidit patrem damnatum iri.
12 Accuſatoris.
13 Ab eo Memmio ſuſtentamentum contra turbationem illam petens, à quo tota vexationis paternæ vis cum impetu exierat, id eſt, ab eo Memmio, qui accuſationem iſtam ſuſceperat, & Gabinii vitam in diſcrimen adduxerat.
14 Filium.
15 Quia indignè ferebat, illum, tanquam reum, annulum non depoſuiſſe. Rei & ſupplices annulos ponebant, more lugentium aut ærumnoſorum.
16 Abſolvi.
17 Exemplum, ait, ſtatuit Lælius, ne quis ſe nimiùm ſecundis extollat, neve adverſis deprimat: nam (ut ait Seneca) *Nemo confidat nimium ſecundis, Nemo deſperet meliora lapſis*.
18 Religionis.
19 Majores enim nihil gerebant, niſi priùs captatis auſpiciis.
20 Patriæ.
21 Imber enim diverſum egit populum: ita ut à damnatione illâ amoveretur.
22 Interruptâ enim ſemel diſceptatione de causâ ejus.

[1] velut Diis interpellantibus, de integro [2] inſtaurari non placuit. Ita [3] cui [4] maritima tempeſtas [5] cauſæ dictionem contraxerat, [6] cœleſtis ſalutem attulit.

5 Eodem [7] auxilii genere Tucciæ virginis Veſtalis inceſti criminis [8] reæ caſtitas infamiæ nube obſcurata emerſit: quæ conſcientia certæ [9] ſinceritatis ſuæ, ſpem ſalutis [10] ancipiti argumento auſa petere eſt. Arrepto enim [11] cribro, Veſta, inquit, ſi ſacris tuis caſtas ſemper admovi manus, effice, ut [12] hoc hauriam è [13] Tiberi aquam, & in ædem tuam perferam. Audaciter & [14] temere [15] jactis votis ſacerdotis [16] rerum ipſa natura ceſſit.

6 Item L. Piſo à P. Claudio Pulchro accuſatus, quòd graves & intolerabiles injurias [17] ſociis intuliſſet: [18] haud dubiæ ruinæ metum fortuito auxilio vitavit. Namque per id ipſum tempus, quo triſtes de eo ſententiæ ferebantur; repentina vis [19] nimbi [20] incidit. Cùmque proſtratus humi pedes judicum oſcularetur; os ſuum cœno replevit. Quod conſpectum, totam [21] quæſtionem à ſeveritate ad clementiam & manſuetudinem [22] tranſtulit: quia ſatis jam graves eum pœnas ſociis dediſſe arbitrati ſunt [23] hùc deductum neceſſitatis; ut [24] abjicere ſe tam ſuppliciter, aut attollere tam [25] deformiter cogeretur.

7 [26] Subnectam duos accuſatorum ſuorum culpa abſolutos. Q. Flavius Augur à C. Valerio ædili ad populum [27] reus actus, cùm quatuordecim tribuum ſuffragiis damnatus eſſet: pro-

1 Perindè ac ſi Dii prohibuiſſent ac impediviſſent ejus cauſæ perorationem.
2 Inſtar prioris fieri.
3 Sc. Appio.
4 In mari orta.
5 Neceſſitatem purgandi ſe in judicio.
6 Aërea tempeſtas, id eſt, imber de cœlo ortus evaſionem damnationis attulit.
7 Cœleſtis ſc. quo Appius, non tamen per pluviam, ſed per aquam Tiberinam.
8 Accuſatæ.
9 Integritatis, puritatis.
10 Dubii eventus.
11 Inſtrumento crebris foraminibus pervio.
12 Cribro.
13 Fluvio Romam præterlabente.
14 Sine ratione: quia nulla erat ratio vel cauſa, cur aqua per foramina cribri non flueret.
15 Jactanter emiſſis.
16 Quia ad vota Tuccia aqua, quæ naturâ liquida eſt, & per tenuiſſimas rimas defluens, in cribro manſit. 17 Imperii Romani. 18 Certæ. 19 Imbris. 20 In populum ſtantem pro roſtris. 21 Inquiſitionem ejus. 22 Tanſmutavit. 23 Ad hanc neceſſitatem coactum. 24 Ut humi proſtratus judicum pedes oſcularetur. 25 Deformata facie cœno. 26 Adjungam ſuperioribus caſu abſolutis. 27 Accuſatus.

clamavit ſe innocentem opprimi. Cui Valerius æquè clara voce reſpondit, nihil ſuâ intereſſe, nocenſne an innoxius periret, dummodò periret. Quâ violentia dicti, reliquas tribus [1] adverſario donavit. [2] Abjecerat inimicum: eundem, dum pro certo peſſumdatum credidit, erexit: victoriamque in ipſa victoria [3] perdidit.

8 C. etiam Coſconium [4] Servilia lege reum, propter plurima & evidentiſſima facinora, ſine ulla dubitatione nocentem, Valerii Valentini accuſatoris ejus recitatum in judicio [5] carmen, quo puerum [6] prætextatum, & ingenuam virginem à ſe corruptam [7] Poëtico joco ſignificaverat, erexit. Siquidem judices iniquum rati ſunt, [8] eum [9] victorem dimittere; qui [10] palmam non ex alio ferre, ſed de ſe [11] dare merebatur. Magis ergo Valerius in Coſconii abſolutione damnatus, quam Coſconius in cauſa ſua liberatus eſt.

9 [12] Attingam eos quoque, quorum ſalus propriis obruta criminibus; [13] proximorum claritati donata eſt. A. Atilium Calatinum [14] Soranorum oppidi proditione reum admodum infamem, imminentis damnationis periculo, Q. Maximi [15] ſoceri pauca verba ſubtraxerunt: quibus affirmavit, ſi in eo [16] crimine [17] ſontem illum ipſe comperiſſet, [18] diremptorum ſe fuiſſe affinitatem. Continuò enim populus penè jam [19] exploratam ſententiam ſuam unius judicio conceſſit: indignum ratus ejus teſtimonio non credere, cui [20] difficillimis reipublicæ

1 Ad defenſionem èjus.
2 Vicerat Valerius.
3 Quia tantâ dicti violentiâ reliquas tribus in ſui odium attraxit.
4 Repetundarum nocentem.
5 Ludicrum & jocoſum.
6 Ingenuum & nobilem: nam prætextâ nobiles utebantur. Eſt autem *prætexta* toga, cui purpura prætexitur.
7 More Poëtarum verſibus ludentium.
8 Valerium Valentinum.
9 In lite.
10 Palmam.
11 Sc. alii: quia etiam adverſarium flagitiis ſuperabat. Nam nunquam abſolutus fuiſſet Coſconius, niſi obſcœnitas accuſatoris judices perturbaſſet.
12 Dicturus Valerius de his, qui, cùm nocentes eſſent, abſoluti ſunt gratiâ majorum ſuorum, ab Aulo Atilio Calatino ſumpſit exordium.
13 Ob claritatem proximorum ſc. ſanguine aut affinitate remiſſa eſt.
14 *Sora* oppidum Campaniæ.
15 Patris uxoris Atilii Calatini.
16 Proditionis.
17 Culpabilem.
18 Abrupturum, ſeparaturum affinitatem cum eo contractam: per divortium enim filiam ſuam dempſiſſet.
19 Certam & compertam.
20 Propter ingentes Romanorum clades.

tem-

temporibus [1] benè ſe exercitus [2] credidiſſe meminerat.

10 M. quoque Æmilius Scaurus [3] repetundarum reus, adeo perditam & [4] comploratam defenſionem in judicium attulit; ut accuſator diceret, lege ſibi centum atque viginti hominibus denunciare teſtimonium licere, ſeque non recuſare quò minùs abſolveretur, ſi totidem nominaſſet, quibus in provincia nihil abſtuliſſet. Licet tam bona [5] conditione uti non potuerit; tamen propter vetuſtiſſimam [6] nobilitatem, & recentem memoriam patris, abſolutus eſt.

11 Sed quemadmodum ſplendor [7] ampliſſimorum virorum in protegendis reis plurimum valuit; ita in opprimendis [8] non ſane multum potuit. [9] Quinetiam evidenter noxiis, dum eos acrius impugnat, profuit. P. Scipio Æmilianus L. Cottam ad prætorem accuſavit. Cujus cauſa, quanquam graviſſimis criminibus erat [10] confoſſa, [11] ſepties ampliata, & ad ultimum [12] octavo judicio abſoluta eſt. Quia homines ſapientiſſimi verebantur, ne præcipuæ [13] accuſatoris amplitudini damnatio [14] ejus [15] donata exiſtimaretur. Quos hæc ſecum locutos crediderim: Nolumus caput alterius petentem, in judicium [16] trium-

1 Tutò.
2 Protegendum commiſiſſe. Hic enim Fabius eſt, de quo Ennius: *Unus homo nobis cunctando reſtituit rem.* Qui trahendo bellum, & exercitum Romanum ſervavit, & vires Annibalis debilitavit.
3 Pecuniarum à ſociis in provincia ablatarum & ab ipſis repetitarum.
4 Deſperatam de evaſione, ſicut complorati homines nullam ſpem vitæ habent, cùm manifeſtè ſint mortui.
5 Oblatâ ſc. ut ſc. centum & viginti, quibus nihil abſtuliſſet, nominare poſſet.
6 Majorum ſuorum.
7 Ut Fabii, & Scauri ſuperiùs commemorati.
8 Narrat Valerius, quomodo accuſatorum amplitudo peccantium cauſis aliquando profuerit.
9 Inſuper.
10 Afflicta, convicta. Tranſlatio à gladiatoribus ſumpta, qui ſibi invicem vulnera inferunt.
11 In aliud tempus, ad damnationem ejus magis opportunum dilata. Ampliata enim cauſa à judicibus protrahitur, intellecta enim, ſi juſta eſt, reùs confeſtim abſolvitur; ſi mala eſt, ſtatim damnatur; ſi non liqueat, in aliud tempus differtur: & in tabulis, ſi ſcriptum erat *A*, abſolutionem factam eſſe ſignificabatur; ſi verò, *D*, damnatum reum eſſe intelligebant; ſed ſi differebatur, in tabulis imprimebantur *N* & *L*. Id autem ſignificat non liquere.
12 Poſt ſeptem ampliationes, quibus tacitè damnata fuerat.
13 P. Scipionis.
14 Cottæ.
15 Id eſt, ne diceretur, quòd eum potiùs damnaſſet ob gratiam accuſatoris, quam ob crimen damnati.
16 Qui plenæ victoriæ decernebantur, utpote debellatis hoſtibus.

phos

phos & [1] trophæa, ſpoliaque ; ac devictarum navium [2] roſtra deferre. : Terribilis ſit [3] is adverſus hoſtem : civis verò ſalutem, tanto fulgore gloriæ ſubnixus, ne inſequatur.

12 Tam vehementes hi judices adverſus excellentiſſimum accuſatorem, quam illi mites in longe inferioris fortunæ reo. Callidius Bononienſis in cubiculo [4] mariti noctu deprehenſus, cùm ob id [5] cauſam adulterii diceret; inter maximos, & graviſſimos infamiæ fluctus [6] emerſit, [7] tanquam fragmentum [8] naufragii, leve admodum genus defenſionis amplexus. Affirmavit enim, ſe ob amorem pueri ſervi eo eſſe perductum. Suſpectus erat [9] locus, ſuſpectum [10] tempus, ſuſpecta [11] matrisfamiliæ perſona, ſuſpecta etiam [12] adoleſcentia [13] ipſius : ſed crimen adulterii [14] libidinis intemperantis confeſſio liberavit.

13 [15] Remiſſioris hoc, [16] illud aliquantò gravioris materiæ exemplum. Cùm [17] parricidii cauſam duo fratres Clœlii dicerent, ſplendido [18] Tarracinæ locó nati, quorum pater T. Clœlius in cubiculo quieſcens, filiis [19] altero lecto cubantibus, erat interemptus: neque aut ſervus quiſquam aut liber inveniretur, ad quem ſuſpicio cædis pertineret: [20] hoc uno nomine abſoluti ſunt, quia judicibus [21] planum factum eſt, illos aperto oſtio inventos eſſe dormientes. [22] Somnus, innoxiæ ſecuritatis certiſſimus index, miſeris [23] opem tulit. Judicatum eſt enim, rerum naturam non [24] recipere, ut occiſo patre, ſupra vulnera & cruorem ejus quietem capere potuerint.

1 Quæ ſemiplenæ victoriæ decernebantur, ut fuſis atq; fugatis hoſtibus. 2 Ferramenta acuta e proris. 3 Talis. 4 Cujuſdam ſc. matronæ. 5 Purgaret ſe de adulterio : neque enim negare poterat, utpote qui deprehenſus fuerat. 6 Incolumis evaſit. 7 Ita evaſit vel emerſit, quemadmodum nonnunquam naufragus evaſit parvo navis fragmento, id eſt, tabulâ. 8 Navis fractæ. 9 Quia cubiculum viri. 10 Quia nocturnum. 11 Quia ſola ſolum admiſerat in cubiculum, & quæ non ſatis pudica erat. 12 Quæ proclivior in libidinē eſſe conſuevit. 13 Viri aut mulieris. 14 Ardentioris amoris in puerum, id eſt, quòd confeſſus eſſet, ſe propter pueri ſervi amorem eò perductum. 15 Levioris & facilioris materiæ. 16 Exemplum quod ſequitur. 17 Defenderent ſe ab accuſatione parricidii 18 Oppidum eſt in Volſcis. 19 Ejuſdem cubiculi, id eſt, proximo lecto patris: in eodem enim cubiculo duo erant lecti, in altero pater, in altero filii cubabant. 20 Hac ſolâ ratione. 21 Aliâ enim ratione juvenes cædis abſolvi non poterant. 22 Somnus effecit, ut innoxii judicarentur, quia natura non paſſa fuiſſet filios ſomnum capere potuiſſe poſt vulnera patris. 23 Auxilium defenſionis. 24 Pati.

DAMNA-

## DAMNATI.

1 [1] Percurremus nunc eos, quibus in [2] cauſæ dictione, magis [3] quæ extra quæſtionem erant, nocuerunt, quam ſua innocentia opem tulit. L. Scipio poſt ſpecioſiſſimum triumphum de rege Antiocho ductum, perinde ac pecuniam ab eo accepiſſet, damnatus eſt. Non puto quòd pretio corruptus fuerat, ut illum totius Aſiæ dominum & jam [4] Europæ victrices manus injicientem, ultra Taurum montem [5] ſummoveret: ſed alioqui vir ſinceriſſimæ vitæ, ab hac ſuſpicione procul remotus, invidiæ, quæ tunc in [6] duorum fratrum [7] inclytis cognominibus habitabat, reſiſtere non potuit.

2 [8] At Scipioni quidem maximus fortunæ fulgor, C. autem Deciano ſpectatæ integritatis viro, vox ſua exitium attulit. Nam cùm [9] P. Furium inquinatiſſimæ vitæ [10] pro Roſtris accuſaret, quia quadam in parte [11] actionis de morte. [12] L. Saturnini queri auſus fuerat: [13] nec reum damnavit, & inſuper [14] ei pœnas addictas [15] pependit.

3 Sex. quoque Titium ſimilis caſus proſtravit: Erat innocens, Agraria lege lata gratioſus apud populum. Tamen quia [16] Saturnini imaginem domi habuerat, [17] ſuffragiis eum [18] tota cognitio [19] oppreſſit,

1 Tranſit ad eos, qui vel invidia accuſatorum, vel iniquitate judicum damnationem evitare non potuerunt, nec ſua ipſorum innocentia ſibi opem tulit.
2 Defenſione ſuâ.
3 De quibus non fiebat quæſtio.
4 Antiochus non contentus Aſiâ, Europam quoque invadere properabat.
5 Depelleret.
6 Scipionum.
7 Nam alter Africanus, alter Aſiaticus dictus erat.
8 Scipio non commiſsâ culpâ, ſed flagrante invidiâ damnatus; C. verò Decianus nullâ invidiâ, ſed errore linguæ factus eſt noxius.
9 Conjurationis Catilinariæ ſocium.

10 Antè roſtra, id eſt, in conſpectu populi. 11 Contra Furium. 12 Seditioſiſſimi viri, & Gracchos imitati, à Mario autem interfecti. 13 Neque perduxit ad condemnationem uſque reum. 14 Reo, quaſi iniquè accuſato. 15 Perſolvit: id eſt, non modò fecit, ut non damnaretur reus, quem accuſaverat, ſed inſuper ipſe damnatus eſt. 16 Hominis plebi inviſi, & ob ſeditionem occiſi. 17 Sententiâ latâ ex pluritate vocum. 18 Judicum collegium. *Al.* concio. 19 Damnavit.

4 Adjiciatur his [1] Claudia, quam inſontem [2] crimine, [3] votum impium [4] ſubvertit: Quia cùm à ludis domum rediens [5] turba eliderетur, optaverat, ut [6] frater ſuus, [7] maritimarum virium noſtrarum præcipua jactura, reviviſceret: ſæpiuſque conſul factus, [8] infelici ductu nimis magnam urbis frequentiam minueret.

5 Poſſumus & ad illos brevi diverticulo tranſgredi, quos leves ob cauſas damnationis [9] incurſus abripuit. M. Mulvius, Cn. Lollius, L. Sextilius triumviri, quòd ad incendium, in [10] Sacra via ortum, extinguendum tardiùs venerant; à trib. pleb. die dicta ad populum damnati ſunt.

6 Item P. Villius [11] triumvir nocturnus à P. Aquilio trib. pleb. accuſatus, populi judicio [12] concidit: quia vigilias negligentiùs circumierat.

7 Admodum [13] ſeveræ notæ & illud populi judicium, cùm M. Æmilium Porcinam à L. Caſſio accuſatum crimine nimis [14] ſublime extructæ [15] villæ in [16] Alſienſi agro, gravi [17] mulcta affecit.

8 Non ſupprimenda illius quoque damnatio, qui pueruli ſui nimio amore corruptus, rogatus ab eo ruri, ut [18] omaſum [19] in cœnam

1 Virgo Veſtalis.
2 Inceſti ſc. quo accuſabatur: purgata autem fuit per attractionem matris Deûm. Annibale enim Italiam vaſtante, ex reſponſo librorum Sibyllinorum mater Deûm à Peſſinunte accerſita, cùm adverſo Tyberi veheretur, repentè navis in alto ſtetit, & cùm moveri nullis viribus poſſet, ex libris cognitum, caſtiſſimæ demùm fœminæ manu moveri poſſe. Tùm Claudia virgo Veſtalis falſo crimine inceſti ſuſpecta, Deam oravit, ut, ſi ſe pudicam ſciret, ſequeretur, zonâque impoſitâ, navem movit, ſimulachrum matris Deûm advexit. Vide Ovid. Faſt. 4.

3 De imminuendo populo Romano per cladem, ut faciliùs per medium tranſiret. 4 Damnandam curavit. 5 Multitudine populari preſſa læderetur. 6 Claudius Pulcher. 7 Per quem virium Romanarum in mari verſantium præcipuum factum eſt damnum. 8 Adversâ fortunâ. 9 Impetus. 10 Inter Urbanas hæc celeberrima, incipit ab Amphitheatro, & per vicinos hortos juxta templum Pacis & forum Cæſaris rectâ tendit in Capitolium. 11 Ad hoc creatus, ut curaret cum collegis, ne incendia fierent nocte, aut ut facta quam ocyſſimè extinguantur. 12 Damnatus eſt. 13 Rigidæ damnationis. 14 Altè. 15 Domus ruſticæ. 16 Ab *Alſio*, maritimo Tuſciæ oppido, ſic dicto. 17 Pœnâ. 18 Ferculum ex inteſtinis bubulis. 19 Ad uſum cœnæ.

ferri

ferri juberet, cùm [1] bubulæ carnis in propinquo emendæ nulla facultas eſſet; [2] domito bove occiſo, deſiderium ejus explevit. [3] Eoque nomine publica quæſtione afflictus eſt: [4] innocens, niſi tam priſco ſæculo natus eſſet.

## AMBUSTÆ.

1 Atque ut eos quoque referamus, qui in [5] diſcrimen capitis adducti, neque damnati, neque abſoluti ſunt. Apud M. Popilium Lænatem prætorem [6] quædam, quòd matrem [7] fuſtim interemerat, [8] cauſam dixit: de qua [9] neutram in partem latæ ſententiæ ſunt. Quia abundè conſtabat, [10] eandem veneno necatorum liberorum dolore commotam, (quos [11] avia filiæ infenſa [12] ſuſtulerat) parricidium ultam eſſe [13] parricidio. [14] Quorum [15] alterum [16] ultione dignum, [17] alterum [18] abſolutione non dignum judicatum eſt.

2 [19] Eâdem hæſitatione P. Dolabellæ, [20] proconſulari imperio Aſiam obtinentis, animus [21] fluctuatus eſt. Materfamilias [22] Smyrnæa [23] virum & filium interemit, cùm ab [24] his optimæ indolis juvenem, quem ex priore viro enixa fuerat, occiſum comperiſſet. Quam rem Dolabella ad ſe delatam, Athenas ad [25] Areo-

1 Bovis. 2 Ad agriculturam. 3 Et eâ ratione publicâ inquiſitione & judicio affectus eſt. 4 Inſons judicatus fuiſſet ob id factum, niſi priſcis temporibus natus eſſet, quibus parſimoniæ & frugalitati honos habebatur. 5 Periculum. 6 Mulier. 7 Percuſſam fuſte, id eſt, baculò forti & longo. 8 Defendit ſe. 9 Nec in abſolutionem, neque damnationem. 10 Mulierem ſc. quæ matrem occiderat. 11 Sc. liberorum & mater ejus, quæ eam interfecerat. 12 Necaverat. 13 Filiorum. 14 Parricidiorum. 15 Commiſſum ab aviâ in nepotes.

16 Quia avia metuerat occîdi, ſed non à filiâ. 17 Commiſſum à filiâ in matrem. 18 Quia filia juſtiſſimas irarum cauſas habuiſſet, non tamen judicari debuit matrem juſtè interemiſſe: undè propter parricidium matris non eſt damnata, & propter parricidium ſuum non eſt abſoluta. 19 Conſimili hæſitatione, quâ Popilius: quia etiam neſciebat damnare-ne an abſolvere deberet ream. 20 Æquivalenti conſulari. 21 Agitatus, detentus eſt. 22 Habitatrix Smyrnæ, oppidi Aſiæ, & patriæ (ut multi volunt) Homeri. 23 Maritum. 24 Marito & filio. 25 Judicum in Areopago, ubi ſummi ſedebant viri. *Areopagus* enim vicus erat Athenis, à templo Martis ſic cognominatus, vel quòd ibi habitum eſſet judicium Martis parricidio accuſati. Nam ibi primùm judicium capitis actum fuiſſe dixit Plinius. Et indè *Areopagitæ* dicebantur, qui Athenis in templo Martis judicabant. Quod judicium exquiſitiſſimum habebatur

pagi cognitionem relegavit: quia ipſe neque liberare cædibus duabus contaminatam, neque punire eam juſto dolore impulſam, 1 ſuſtinebat. 2 Conſideranter, & manſuetè populi Rom. 3 magiſtratus; ſed 4 Areopagitæ quoque non minus ſapienter. Qui inſpecta cauſa, & accuſatorem & 5 ream poſt centum annos adeſſe juſſerunt: eodem affectu moti, quo Dolabella. Sed ille transferendo quæſtionem, hi 6 differendo damnandi atque abſolvendi 7 inexplicabilem cunctationem 8 invitabant.

1 Valebat animo refragante. 2 Prudenter, ſc. *egit*. 3 Sc. proconſul. 4 Judices in Areopago. 5 Accuſatam. 6 Sc. in centum annos, quo tempore neutram partem futuram noverunt. 7 Cujus nullus viventium viſurus eſſet finem. Nemo enim explicare poteſt quicquam, quod ſecum defierit eſſe. 8 Legendum *mutuabant*, id eſt, quaſi mutuò accepiebant & uſurpabant.

## CAP. V.

# DE PRIVATIS JUDICIIS INSIGNIBUS.

QUIBUS DAMNATI.

1 T. Claudius Centumalus.
2 Otacilia Laterenſis.
3 C. Titinius Minturnenſis.
4 Quidam ob equi vecturam longiorem.

1 Publicis judiciis adjiciam privata, quorum magis æquitas 2 quærentium delectare, quam immoderata 3 turba lectorem 4 offendere poterit.

I Claudius 5 Centumalus ab auguribus juſſus altitudinem domus ſuæ, quam in 6 Cœlio monte habebat, 7 ſubmittere, 8 quia his, ex arce augurium capientibus, officiebat, vendidit 9 eam Calpurnio Lanario: nec indicavit quod imperatum à Collegio Augurum erat. A

1 A publicâ perſonâ aut toto populo datis. 2 Inquirentium. 3 Turbatio. 4 Moleſtiâ afficere. 5 Cognomen eſt ab eventu. 6 Unus erat è ſeptem montibus Romanis, quos Roma circumdat. 7 Deponere & humiliare, id eſt, demoliri. 8 Quia altitudo domus ejus Auguribus, ex arce Tarpejâ, id eſt, Capitolio indicium rerum futurarum ex avium conſpectarum garritu, geſtu & advolatu capientibus, nocebat. 9 Domum.

quibus Calpurnius demoliri domum coactus, M. Porcium Catonem, inclyti Catonis patrem, arbitrum [1] Claudio adduxit, & [2] formulam [3] QUIDQUID. SIBI. DARE. FACERE. OPORTERET. EX. FIDE. BONA. Cato [4] ut eſt edoctus, de induſtria Claudium edictum ſacerdotum ſuppreſſiſſe; continuo illum [5] Calpurnio damnavit. Summa quidem cum æquitate, quia bonæ fidei venditorum [6] nec commodorum ſpem augere, nec incommodorum cognitionem [7] obſcurare oportet.

2 Notum ſuis temporibus judicium commemoravi: ſed nec quod relaturus quidem ſum, [8] obliteratum eſt ſilentio. C. Viſellius Varro [9] gravi morbo correptus, trecenta millia nummum ab [10] Otacilia Laterenſi, cum qua [11] commercium libidinis habuerat, [12] expenſa ferri ſibi paſſus eſt: [13] Eo conſilio, ut, ſi deceſſiſſet, ab hæredibus eam ſummam peteret, quam [14] legati genus eſſe voluit, libidinoſam liberalitatem [15] debiti nomine colorando. Evaſit deinde Viſellius ex [16] illa tempeſtate [17] adverſus vota Otaciliæ. Quæ [18] offenſa, quod

1 Ad Claudium venditorem.
2 Regulam juris.
3 Sc. ex fide bona, id eſt, ex merâ æquitate ſine ulla cavillatione, judicaret, quicquid oporteret ipſum Claudium facere atque præſtare ipſi Calpurnio. *Bona* enim *fides* dicitur, cùm id, quod dictum ac promiſſum eſt, benè ac rectè fit.
4 Poſtquam didicit, ex compoſito & ad fraudem emptoris Claudium imperium Augurum tacuiſſe.
5 Ad utilitatem Calpurnii.
6 Non oportet eum dicere, rem meliorem eſſe, quam ſit, aut plura commoda allatura ſit.
7 Occultare, celare.
8 Deletum eſt è memoria hominum, id eſt, adbùc, in memoriâ hominum viget.
9 Ita ut mori timeret.
10 Pellice Viſellii.
11 Veterem conſuetudinem rei Venereæ.
12 Afferri & computari tanquam expenſa à ſe, id eſt, ſe mutuò accepiſſe ab Otaciliâ Laterenſi. Dicimus enim *Refero tibi acceptum*, id eſt, fateor me abs te accepiſſe.
13 Sc. id paſſus eſt.
14 Cauti in teſtamento, ut illi ſatisfaciant hæredes, antequam hæreditatem condividant.
15 Sub velamento enim hæredes decipiebantur: nam videtur tranſlatio ſumpta à pectore.
16 Illo gravi morbo, aut periculo mortis.
17 Nihil erat quòd minùs vellet Otacilia, quam ut Viſellius evaderet incolumis.
18 Irata, quòd Viſellius trecenta millia nummorum, quos occulto quodam furto hæredibus ſurripuiſſet, morte ſuâ non acceleraſſet, Otacilia, quæ priùs viſa erat amica morigera, derepentè apertam, non diſſimulatam, vel acrem & immitem fœneratricem ſe gerere cœpit, trecenties mille nummos in judicio petens, quos veluti fronte impudenti, ita vanâ promiſſione, habere affectaverat. Neque enim conſecuta eſt, quod optabat; nam nihil commodatò Viſellio dederat.

ſpem prædæ ſuæ morte non maturaſſet; ex amica obſequenti, ſubito diſtrictam fœneratricem agere cœpit, nummos petendo; quos ut fronte inverecunda, ita inani [1] ſtipulatione captaverat. De qua re C. Aquilius, vir magnæ auctoritatis, & ſcientia juris civilis excellens, judex [2] adductus, adhibitis in [3] conſilium principibus civitatis, prudentia & [4] religione ſua [5] mulierem repulit. [6] Quod ſi eâdem [7] formulâ & [8] Varro damnari, & adverſaria abſolvi potuiſſet; [9] ejus quoque non dubito quin turpem & inconceſſum errorem libentes caſtrigaturus fuerit. Nunc privatæ actionis calumniam ipſe compeſcuit, adulterii crimen publicæ [10] quæſtioni vindicandum reliquit.

2 Multò animoſiùs, & ut militari ſpiritu dignum erat, ſe in [11] conſimili genere judicii C. Marius geſſit: Nam cùm C. Titinius Minturnenſis Fanniam uxorem, quam impudicam de induſtria duxerat, [12] eo crimine repudiatam, [13] dote ſpoliare conaretur: ſumptus inter eos judex, in [14] conſpectu habita quæſtione, [15] ſubductum Titinium monuit, ut incepto deſiſteret, ac [16] mulieri dotem redderet. [17] Quod cùm ſæpiùs fruſtra feciſſet, coactus ab eo ſententiam pronunciare: mulierem impudicitiæ ream [18] ſeſtertio nummo, Titinium [19] ſummæ totius dotis damnavit: Præfatus, idcirco ſe hunc judicandi modum ſecutum, quòd liqueret ſibi, Titinium [20] patrimonio Fanniæ inſidias ſtruentem, impudicæ conjugium expe-

1 *Stipulatio* eſt verborum conceptio, quibus is, qui interrogatur, daturum facturum-ve id, quod interrogatum eſt, reſpondit.
2 Ab utriſque litigantium.
3 Conſultationem.
4 Quâ religioſe, quod æquum erat, judicavit.
5 Tanquam injuſtè petentem.
6 Commendat Valerius æquitatem Aquilii. Q. d. ſi viſum fuiſſet æquum, ut mulier famoſa eam habuiſſet pecuniam, quam Varro amiſiſſe meruerat, non dubito, &c.
7 Ratione judicii, aut pronuntiatione ſententiæ.
8 Sc. Viſellius.
9 Varronis Viſellii, qui in fraudem hæredum meretriculæ tantùm addixerat.
10 Inquiſitioni: undè & *Quæſitores* rerum capitalium judices dicuntur.
11 Quia à meretri- ce agebatur.
12 Adulterii.
13 Per legem, quæ impudicas repudia- dote privabat.
14 Utriuſque, aut etiam populi.
15 Subtractum m- titudine aut conſpectu uxoris.
16 Repudiatæ.
17 Quam monitionem
18 Pendente duabus libris & ſemiſſe.
19 Ut totam domum reſtitueret
20 Quod nomine dotis ad maritum allatura erat.

tiſſe

[ni]ſſe. Fannia autem hæc eſt, quæ poſtea Marium, hoſtem à ſenatu judicatum, cœnoque paludis, qua [1] extractus erat, [2] oblitum, etiam in domum [3] ſuam cuſtodiendum Minturnis deductum, ope quantacunque potuit, adjuvit: Memor, quòd impudica [4] judicata eſſet, [5] ſuis moribus; quod dotem ſervaſſet, [6] illius religioni acceptum fieri debere.

4 Multus ſermo eo etiam judicio [7] manavit, in quo quidam furti damnatus eſt; quòd equo, cujus uſus illi uſque [8] Ariciam commodatus fuerat, [9] ulteriore [10] ejus municipii clivo vectus eſſet. [11] Quid aliud [12] hoc loci quam verecundiam [13] illius ſæculi laudemus, in quo tam minuti à pudore exceſſus puniebantur?

1 A Syllanis militibus.
2 Involutum: ab *oblinor* mediâ brevi.
3 Fanniæ.
4 A Mario.
5 Laſcivis ſc.
6 Marii integritati imputari debere.
7 Diffuſus eſt.
8 Urbem diſtantem ab urbe decem millibus paſſuum, ab *Aricià* puellâ dictam.
9 Per ulteriorem clivum.
10 Ariciæ.
11 Laudantur priſcorum mores à Valerio, quia tempore ſuo hujuſmodi exceſſus non puniebantur. 12 In hoc loco. 13 Sc. priſci.

## CAP. III.

## DE MULIERIBUS, QUÆ cauſas apud Magiſtratus egerunt.

1 Amæſia Sentia.
2 Afrania Licinii Buccionis.
3 Hortenſia Q. F.

[1] NE de his quidem fœminis tacendum eſt; quas conditio [2] naturæ, & verecundiæ [3] ſtola, ut in [4] foro & judiciis tacerent, cohibere non potuit.

I Amæſia Sentia rea cauſam ſuam, L. Titio prætore [5] judicium cogente, maximo populi concurſu egit: [6] parteſque omnes ac nume-

1 Convenienter annectit his judiciis mulieres, quæ apud magiſtratus pro ſe & aliis cauſas egerunt, & primùm de Amæſiâ loquitur.
2 Sexus. Neque enim in Senatum venire fœminas, fas erat. 3 Veſtis matronalis. 4 Judiciali. 5 Collegium judicum congregante. 6 Affectionum ſc. ut omnes ad miſericordiam flecteret auditores,

ros [1] defenſionis non ſolùm diligenter, ſed etiam fortiter executa, [2] prima actione, cunctis penè ſententiis liberata eſt: Quam, quia ſub ſpecie fœminæ virilem animum gerebat, [3] *Androgynem* appellabant.

2 Afrania verò, Licinii Buccionis ſenatoris uxor, prompta ad [4] lites contrahendas, pro ſe ſemper apud prætorem verba fecit: non quòd advocatis [5] deficiebatur, ſed quòd impudentiâ abundabat. Itaque inuſitatis foro [6] latratibus aſſiduè tribunalia exercendo, [7] muliebris calumniæ notiſſimum evaſit exemplum: adeò ut pro [8] crimine improbis fœminarum moribus [9] Afraniæ nomen objiciatur. [10] Prorogavit autem ſpiritum ſuum ad [11] C. Cæſarem iterum, atque P. Servilium Coss. Tale enim monſtrum magis [12] quo tempore extinctum, quam quo ſit ortum, memoriæ tradendum eſt.

3 Hortenſia verò, [13] Q. Hortenſii filia, cum ordo matronarum gravi tributo à [14] Triumviris eſſet oneratus, nec quiſquam virorum [15] patrocinium [16] eis accommodare auderet; cauſam fœminarum apud triumviros & conſtanter & feliciter egit. Repræſentata enim patris facundia, impetravit ut major pars imperatæ pecuniæ his remitteretur. [17] Revixit tum muliebri ſtirpe Q. Hortenſius, verbiſque filiæ [18] aſpiravit: cujus ſi virilis ſexus [19] poſteri vim ſequi voluiſſent, Hortenſianæ eloquentiæ tanta hæreditas una fœminæ actione [20] abſciſſa non eſſet.

1 Sc. ſuæ faciendæ, id eſt, confutandæ adverſariorum cauſæ, & ſuæ corroborandæ.
2 Ut lis non fuerit ampliata.
3 Virilem fœminam, aut virum & fœminam, virum animo, fœminam corpore: ἀνὴρ enim dicitur *vir*, & γυνὴ *mulier*.
4 Actiones cauſarum.
5 Careret: quippe quæ uxor viri Senatorii eſſet.
6 Rixis quaſi caninis.
7 Quæ mulieri objici ſolet.
8 Criminatione.
9 Quia fœminas inſolentes Afraniæ nomine appellabant.
10 Extendit verò vitam ſuam.
11 *Al. ad Cæſarem III.* id eſt, in tertio conſulatu ejus.
12 Quibus conſulibus vitam finierit.

13 Oratoris eximii. 14 Lepido, M. Antonio, & Auguſto. 15 Officium defenſoris. 16 Matronis. 17 Iterùm vivere cœpit in filiâ ſuâ ejus facundiam repræſentante. 18 Vim oratoriam afflavit: quoniam non aliter illa cauſam egit, quam ſi præſens pater ipſi omnia dictaſſet. 19 Poſteà nati. 20 Extincta & finita, ut membrum à corpore ſuo abſciſſum.

CAP.

## CAP. IV.

# DE QUÆSTIONIBUS.

HABITIS A [1] M. Agrii ſervo. [2] Alexandro C. Fannii. [3] Philippo Fulvii Flacci.

A Tque ut omnes judiciorum [1] numeros exequamur, [2] quæſtiones, quibus aut creditum non eſt, aut temerè habita fides eſt, referamus.

1 M. Agrii argentarii ſervus Alexandrum, C. Fannii ſervum, occidiſſe [3] inſimulatus eſt; [4] eoque nomine tortus à [5] domino, [6] admiſiſſe ſe id facinus conſtantiſſimè aſſeveravit: Itaque Fannio [7] deditus, ſupplicio affectus eſt. Parvulo deinde tempore interjecto, [8] ille, cujus de nece creditum erat, domum rediit.

2 Contra Fannii ſervus Alexander, cùm in ſuſpicionem C. Fl. equitis Romani [9] occiſi veniſſet, ſexies tortus [10] pernegavit ei ſe culpæ [11] affinem fuiſſe. Sed [12] perinde atque confeſſus, & à judicibus damnatus, & à L. Calpurnio triumviro in crucem actus eſt.

3 Item Fulvio Flacco [13] cauſam dicente, Philippus ſervus ejus, in quo tota quæſtio nitebatur, octies [14] tortus, nullum omnino verbum, quo dominus [15] perſtringeretur, emiſit: Et tamen [16] reus damnatus eſt: cùm certius argumentum innocentiæ unus octies tortus exhiberet, [17] quam octo ſemel torti præbuiſſent.

1 Partes aut ſpecies: quia quæſtio pars aut ſpecies eſt judiciorum.
2 Inquiſitiones per torturas aut teſtes.
3 Accuſatus.
4 Eâ causâ, ratione.
5 Vel occiſi, vel ſuo.
6 Occidiſſe ſe ſervum Fannii.
7 In poteſtatem datus. Lege enim cautum erat, ut ſervi noxæ dederentur. Erat autem hæc pœna ſervorum, quos domini malebant ad pœnam tradere, quam præſtare maleficium, quod illi admiſiſſent.
8 Alexander ſc ſervus Fannii.
9 Quod ab eo occiſus eſſet.
10 Conſtanter ad finem uſque negavit. 11 Vicinum aut attinentem. 12 Tanquam. 13 Se de crimine purgante. 14 Torturæ adhibitus. 15 Convinceretur. 16 Dominus. 17 Quia veriſimilius eſt octo ſemel torqueri ſine confeſſione, quam unum octies.



CAP.

## CAP. V.

# DE TESTIMONIIS IRRITIS vel ratis.

1 Cæpionum ac Metellorum in Q. Pompejum.
2 M. Æmilii Scauri in diverſos.
3 L. Craſſi in M. Marcellum.
4 Q. Metelli, Lucullorum, Hortenſii & Lepidi in C. Cornelium.
5 M. Ciceronis in P. Clodium.
6 P. Servilii Iſaurici in quendam reum.

I [1] SEquitur ut ad teſtes pertinentia exempla commemorem. [2] Cn. & Q. Serviliis Cæpionibus [3] iiſdem parentibus natis, & per omnes honorum gradus ad ſummam amplitudinem provectis: item fratribus Q. & L. Metellis [4] conſularibus & cenſoriis, [5] altero etiam [6] triumphali: in Q. Pompejum A. F. [7] repetundarum reum acerrimè dicentibus teſtimonium, non abrogata fides, [8] abſoluto Pompejo; ſed ne potentiâ [9] inimicum oppreſſiſſe videretur, [10] occurſum eſt.

2 M. etiam Æmilius Scaurus princeps ſenatus C. Memmium [11] repetundarum reum [12] diſtricto teſtimonio inſecutus eſt. Item C. Flavium [13] eadem lege accuſatum teſtis [14] proſcidit. Jam C. Norbanum [15] majeſtatis crimine publicæ [16] quæſtioni ſubjectum, ex profeſſo opprimere conatus eſt: nec tamen aut auctoritate, qua plurimum [17] pollebat, aut religione, de qua nemo dubitabat, quemquam illorum [18] affligere potuit.

1 A quæſtionibus rectè tranſit ad teſtes, ſubjiciens exempla eorum, qui teſtimonium dixêre.
2 Repetendus eſt ordo verborum ab ultimo verbo *Fides non eſt abrogata, ſed occurſum eſt, &c.*
3 Oſtendit quantæ auctoritatis fuerint teſtes.
4 Qui conſulatum & cenſuram geſſerant.
5 Sc. *fratrum*, ſc. Quinto.
6 Qui triumpharat.
7 De repetendis pecuniis provincialibus ablatis.
8 Quia, non eſt abſolutus Pompejus, tanquam illorum fides eſſet invalida.
9 Pompejum.
10 Reſtitutum eſt.
11 Pecuniarum provincialibus ablatarum crimine accuſatum.
12 Vehementi & armato. Tranſlatio ſumpta à gladiatore, qui adverſarium nudato gladio invadit.
13 Repetundarum.
14 E viventium contu abſcidit.
15 Sc. affectatæ.
16 Inquiſitioni.
17 Poterat.
18 Ad condemnationem perducere.

3 [1] L. quoque Craſſus tantus apud judices, quantus apud P. C. Æmilius Scaurus: namque eorum [2] ſuffragia robuſtiſſimis & feliciſſimis eloquentiæ [3] ſtipendiis regebat, eratque ſic fori, ut [4] ille [5] curiæ, princeps. Cùm vehementiſſimum teſtimonii fulmen in M. Marcellum [6] reum injeciſſet; [7] impetu gravis, exitu [8] vanus apparuit.

4 Age Q. Metellus Pius, L. M. Luculli, Q. Hortenſius, M. Lepidus. C. Cornelii majeſtatis rei, quam non onerarunt tantummodo [9] teſtes [10] ſalutem; ſed etiam negantes illo incolumi ſtare rempub. poſſe, [11] depopoſcerunt? Quæ [12] decora civitatis ([13] pudet referre) [14] umbone judiciali repulſa ſunt.

5 Quid, M. Cicero [15] forenſi militia [16] ſummos honores, [17] ampliſſimumque dignitatis locum adeptus, nonne [18] in ipſis eloquentiæ ſuæ caſtris teſtis [19] abjectus eſt, dum P. Clodium Romæ apud ſe fuiſſe juravit, [20] illo [21] ſacrilegum flagitium uno [22] abſentiæ argumento tuente? Siquidem judices Clodium inceſti crimine, quàm Ciceronem [23] infamia perjurii, liberare [24] maluerunt.

6 Tot [25] elevatis teſtibus, [26] unum, cujus [27] nova ratione [28] judicium ingreſſa auctoritas [29] confirmata eſt, referam. P. Servilius

1 Non minoris erat L. Craſſus æſtimationis apud judices in foro judiciali, quam apud Senatores Æmilius Scaurus. 2 Voces. 3 Mercede, aut militiâ & exercitio. 4 Scaurus. 5 Senatus. 6 Repetundarum. 7 In primo aſſultu. 8 Inanis & mendax: quia ipſo repulſo abſolutus eſt reus. 9 Exiſtentes teſtes contra eum producti. 10 Vitam. 11 Exegerunt. 12 Ornamenta. 13 Quòd tanti viri rejecti ſunt. 14 Clypeo & protectione judicium rejecta ſunt. Tranſlatio eſt ſumpta à militibus, qui pugnantes alius alium umbone propellunt. Eſt autem *umbo* media pars ſcuti, quaſi *umbilicus*. 15 Diſceptatione aut certatione in foro judiciali. 16 Præturam, conſulatum, auguratum: hos enim omnes conſecutus eſt Cicero. 17 Senatoriam dignitatem: nam in Senatu autoritate plurimùm valuit Cicero. 18 In foro, ubi cauſæ ſolâ eloquentiâ defendebantur. Forum igitur appellat *caſtra eloquentiæ*: & in tranſlatione perſeverat, quia dixerat, *forenſi militiâ*. 19 Reprobatus. 20 Clodio. 21 Inceſtum, dùm ſacra Bonæ Deæ fierent. Nam propter Pompejam, Cæſaris uxorem, Clodius adierat ſacra muliebri veſte indutus: quibus adeſſe nefas erat viro. Quamobrem & à Cæſare Pompeja repudiata fuit. 22 Quòd tunc Romæ non fuiſſet. 23 Quam reprobando ejus jusjurandum manifeſtè intulêre. 24 Quia erant pecuniâ corrupti. 25 Non ſatis ponderis habuiſſe judicatis, & ideò rejectis. 26 Teſtem. 27 Inſolitâ viâ & forma. 28 Concilium judicum. 29 Comprobata & ſtabilita eſt.

conſularis, cenſorius, [1] triumphalis, qui majorum ſuorum titulis [2] *Iſaurici* cognomen adjecit; cùm forum præteriens teſtes [3] in reum dari vidiſſet, [4] loco teſtis conſtitit: ac inter ſummam patronorum pariter & accuſatorum admirationem ſic orſus eſt. [5] Hunc ego, judices, qui [6] cauſam dicit, cujas ſit, aut quam vitam egerit, quamque meritò vel injuriâ accuſetur, ignoro: illud tantum ſcio, cùm occurriſſet mihi Laurentinâ viâ iter facienti, admodum [7] anguſto loco, equo deſcendere noluiſſe. Quod an aliquid ad [8] religionem veſtram pertineat, ipſi [9] æſtimabitis: ego id [10] ſupprimendum non putavi. Judices reum, vix auditis cæteris teſtibus, damnaverunt. Valuit enim apud eos, cùm amplitudo viri, tùm gravis neglectæ dignitatis ejus indignatio: eumque, qui venerari principes neſciret, in quodlibet facinus procurſurum crediderunt.

1 Quia de piratis triumphavit.
2 Quòd Iſauros in Ciliciâ domuerit.
3 Contra reum quendam ſibi inviſum.
4 Ut etiam in eum quaſi teſtis daretur.
5 Verba Servilii.
6 Se defendit.
7 Arcto loco, qui duos equos non admitteret.
8 Obſervationem majeſtatis veſtræ.
9 Judicabitis.
10 Tacendum.

## CAP. VI.

## QUI, QUÆ IN ALIIS vindicarant, ipſi commiſerunt.

1 C. Licinius Hoplomachus. 3 C. Licinius Calvus Stolo.
2 C. Marius *Cos. VI.* 4 Q. Varius Ibrida.

[1] NE illos quidē latere patiamur, qui, quæ in aliis vindicarant, ipſi commiſerunt.

I C. Licinius, cognomine [2] Hoplomachus, à prætore poſtulavit, ut patri ſuo [3] bonis, tanquam ea diſſipanti, interdiceretur. Et quidem quod petierat, [4] impetravit: ſed ipſe parvo poſt tempore, [5] mortuo ſene, amplam ab [6] eo relictam pecuniam latifundiaque feſtinanter conſumpſit. Dignus hac [7] viciſſitudine pœnæ

1 De his quoque dicamus, qui, quod in aliis damnarunt, ipſi commiſerunt.
2 Armis pugnans. Fuit autē nomine longè diſſentiens, quia non armis, ſed dentibus pugnaverit.
3 Bonorum uſu. 4 Quia patri datus eſt curator. 5 Amplos fundos & lata arva. 6 Patre ſene. 7 Alternatione: ut, quemadmodum ipſe patrem, ſic eum pater adminiſtratione rei domeſticæ privaret.

fuit:

fuit: quoniam hæreditatem abſumere, quàm hæredem maluit [1] tollere.

2 C. autem Marius, cùm magnum & ſalutarem reipublicæ civē in L. Saturnino opprimendo [2] egiſſet, à [3] quo in modum vexilli [4] pileum [5] ſervituti ad arma [6] capienda oſtentatum erat: L. Syllâ cum exercitu in Urbem irrumpente, ad auxilium ſervorum pileo [7] ſublato confugit. Itaque dùm facinus, quod [8] punierat, imitatur; [9] alterum Marium, à quo affligeretur, invenit.

3 C. verò Licinius Stolo, cujus beneficio plebi petendi conſulatum poteſtas facta eſt, cùm lege [10] ſanxiſſet, ne quis ampliùs quàm quingenta agri jugera poſſideret, ipſe mille comparavit: diſſimulandique criminis gratia, dimidiam partem filio [11] emancipavit. Quam ob cauſam à M. Popilio Lænate accuſatus, primus [12] ſua lege [13] cecidit: ac docuit, nihil aliud præcipi debere, niſi quod prius quiſque ſibi [14] imperaverit.

4 Q. autem Varius, propter [15] obſcurum jus civitatis [16] *Ibrida* cognominatus, [17] tribunus plebis legem adverſus interceſſionem collegarum perrogavit: qua jubebat [18] quæri, quorum dolo malo ſocii ad arma ire coacti eſſent, [19] magna cum clade reipublicæ: [20] ſociale enim prius, deinde civile bellum excitavit. Sed dum ante [21] peſtiferum tribunum pleb. quam certum civem agit, [22] ſua lex eum [23] domeſticis laqueis conſtrictum abſumpſit.

1 Educare, Ter. *Quicquid peperiſſet, decreverunt tollere.*
2 Se geſſiſſet.
3 Saturnino.
4 Signum libertatis. Dicitur *hoc pileum* & *hic pileus.*
5 Servis.
6 Contra dominos ſuos & præpotentes cives.
7 Erecto, id eſt, vocatis eis ad pileum, id eſt, libertatem.
8 In Saturnino.
9 Marii imitatorem, ſc. Syllam.
10 Sanctè conſtituiſſet, confirmaſſet.
11 Extra poteſtatem ſuam dedit.
12 A ſe latâ.
13 Damnatus eſt.
14 Servare intenderit.
15 Quia dubium erat, an deberet cenſeri civis Romanus.
16 Mixto ſanguine contumelioſè natus, ſemicivis.

Homines autem variis modis *Ibridæ* dici potuêre, ut, ſi quis ex ingenuo & ſervo, ex ſervo & libertino natus eſſet, *Ibrida* dicebatur. Item ſi quis patrem & matrem diverſæ nationis haberet. Poſtremò *Ibrida* dicebatur ſi quis mixto ſermonis genere uteretur. 17 Cùm eſſet tribunus plebis legem, licet alii tribuni intercederent, id eſt, auctoritatem ſuam opponerent, factâ prius rogatione promulgavit, & ita ſeditionem & bellum excitavit. 18 Inquiri. 19 Quia ſocii rurſus arma ſumpſerunt, & inter ſe cives peſtiferâ ſeditione laborarunt. 20 Bellum ſociorum, quod periculoſiſſimum fuit. 21 Pernitioſum. 22 Quam ipſe tulit. 23 Domi illi paratis: quia ſuâ lege damnatus, pœnas, quas debuit, dedit.

## CAP. VII.

# DE STUDIO ET INDUSTRIA.

### ROMANORUM.

1 M. Catonis Majoris.
2 M Catonis Uticenſis.
3 M. Terentii Varronis.
4 C. Livii Druſi.
5 Pauli ſenatoris & Pontii Lupi.
6 Craſſi Muciani.
7 Q. Roſcii comœdi.

### EXTERNORUM.

1 Demoſthenis Athenienſis.
2 Pythagoræ Samii.
3 Platonis Athenienſis.
4 Democriti Abderitæ.
5 Carneadis Cyrenæi.
6 Anaxagoræ Clazomenii.
7 Archimedis Syracuſii.
8 Socratis Athenienſis.
9 Iſocratis Athenienſis.
10 Chryſippi Tarſenſis.
11 Cleanthis Aſſii.
12 Sophoclis Athenienſis.
13 Simonidis Ceji.
14 Solonis Athenienſis.
15 Themiſtoclis Athenienſis.

1 Dicturus autor de ſtudio & induſtriâ, virtutem utramque brevi præfatione commendat, quòd harum viribus tam militiæ, quam fori, diſciplina confirmatur, cuncta ſtudia foventur, & quæ per ſe clara ſunt, illuſtriora redduntur: denique virtus ex omni parte perfecta comprobatur Inter *ſtudium* verò & *induſtriam* hoc intereſt, quòd *ſtudio* diſcimus: *induſtriâ* exercemus.

1 Quid ceſſo vires [2] induſtriæ commemorare? cujus alacri ſpiritu militiæ ſtipendia [3] roborantur; [4] forenſis gloria accenditur; fido [5] ſinu cuncta ſtudia recepta nutriuntur: quicquid [6] animo, quicquid [7] manu, quicquid [8] lingua admirabile eſt, ad cumulum laudis perducitur. Quæ cùm perfectiſſima ſit virtus, eam tamen [9] duramento ſui confirmat.

1 Cato ſextum & octogeſimum annum agens, dum in rep. tuenda juvenili animo perſtat, ab inimicis capitali crimine accuſatus, [10] ſuam cauſam egit. Neque aut [11] memoriam

2 Innatæ ingenioſitatis. 3 Stabiliuntur: nam ſine induſtriâ militaris diſciplina nihil valet. 4 Seſe in foro judiciali exercentium: aut *fo. glo.* id eſt, eloquentia, quâ cauſæ in foro aguntur. 5 Animo & pectore. Tranſlatio ſumpta à matribus, quæ filio, ſinu geſtare ſolitæ ſunt. 6 Quo diſcitur & cogitatur. 7 Quâ operamur. 8 Quâ pronunciamus & peroramus. 9 Nam hoc ipſum induſtria vocatur, quia durat & ſe ipſam ſuſtentat nullius adminiculo indigens. 10 Defendit ſe propriâ oratione. 11 Quæ in ſenibus ſolet eſſe debilior.

ejus

ejus quiſquam tardiorem, aut firmitatem [1] lateris ulla ex parte [2] quaſſatam, aut os [3] hæſitatione impeditum animadvertit. Quia omnia iſta in ſtatu ſuo æquali ac perpetua induſtria continebat. Quinetiam in ipſo diutiſſimè actæ vitæ fine diſertiſſimi oratoris Galbæ accuſationi defenſionem ſuam pro Hiſpania oppoſuit.

[4] Idem Græcis literis erudiri concupivit: quam ſerò, indè æſtimemus, quòd etiam [5] Latinas penè jam ſenex didicit. Cùmque eloquentià magnam jam gloiram partam haberet; idegit, ut juris civilis quoque eſſet peritiſſimus.

2 Cujus mirifica [6] proles, propior ætati noſtræ [7] Cato, ita doctrinæ cupiditate flagravit; ut ne in Curia quidem, dum ſenatus [8] cogitur, [9] temperaret ſibi, quò minùs libros Græcos lectitaret: Qua quidem induſtria oſtendit, aliis tempora deeſſe, alios temporibus ſupereſſe.

3 [10] Terentius autem Varro [11] humanæ vitæ exemplum, ætatiſque ſpatium nominandus: non annis, quibus [12] ſæculi tempus æquavit, quam [13] ſtylo [14] vivacior fuit. [15] In eodem enim lectulo & ſpiritus ejus, & egregiorum operum curſus extinctus eſt.

4 Conſimilis perſeverantiæ Livius Druſus, qui ætatis viribus, & acie oculorum [16] defectus, jus civile populo benigniſſimè interpretatus eſt: utiliſſimaque diſcere [17] id cupientibus [18] monimenta compoſuit. Nam ut ſenem illum natura, cæcum fortuna facere potuit: ita [19] neutra [20] interpellare valuit, ne non [21] animo & videret & [22] vigeret.

1 Unde vox prodit.
2 Debilitatam.
3 Ut in proferendis verbis ullâ tarditate aut titubatione uteretur.
4 Cato.
5 Literas.
6 Progenies & propago, non tamen filius, ſed pronepos.
7 Uticenſis.
8 Congregatur. Virg. *Tityre coge pecus.*
9 Abſtineret.
10 Hic eſt Terentius Varro, qui multa volumina ſcripſit, & imprimis de linguâ Latiâ.
11 Quantum vita humana in tali labore durare poſſet pro exemplo afferendus.
12 Centum annorum ſpatium: nam ad centeſimum pervenerat annum: & tamen ejus opera viváciorem illum reddiderunt, quam tot anni. 13 Scribendo. 14 Diuturnior in vitâ, id eſt, non diutiùs vixit, quam ſcripſit. 15 Quia decumbens in eo vicinus morti ſcriptitabat, donec ſpiritum redderet. 16 Deſtitutus 17 Jus civile. 18 Libros. 19 Neque natura, neque fortuna. 20 Impedire. 21 Mente & ratione colligeret: & reſpexit ad id quod dixit *c:cum.* 22 Validus eſſet animo: reſpexit ad id quod dixit *ſenem.*

5 Paulus vero ſenator, & Pontius Lupus eques Romanus, ſuis temporibus [1] celebres cauſarum actores, [2] luminibus capti, [3] eadem induſtria [4] forenſia ſtipendia executi ſunt. Itaque frequentius etiam audiebantur, [5] concurrentibus aliis, quia ingenio eorum delectabantur, aliis, quia [6] conſtantiam admirabantur. Namque [7] tali incommodo perculſi [8] ſeceſſum petunt, [9] duplicantque tenebras, fortuitis voluntarias adjicientes.

6 Jam P. Craſſus, cùm in Aſiam ad Ariſtonicum regem debellandum conſul veniſſet, tanta cura Græcæ linguæ notitiam animo comprehendit, ut eam in [10] quinque diviſam genera per omnes partes ac numeros penitus cognoſceret. Quæ res maximum ei ſociorum amorem conciliavit, qua quis eorum lingua apud tribunal illius [11] poſtulaverat, [12] eadem [13] decreta reddenti.

7 [14] Ne Roſcius quidem ſubtrahatur [15] ſcenicæ induſtriæ notiſſimum exemplum, qui nullum unquam ſpectanti populo geſtum, niſi quem domi [16] meditatus fuerat, [17] ponere auſus eſt. Quapropter non [18] ludicra ars Roſcium, ſed Roſcius ludicram artem commendavit: nec vulgi tantum favorem, verùm etiam principum familiaritates amplexus eſt. [19] Hæc ſunt [20] attenti & anxii, & [21] nunquam ceſſantis ſtudii præmia: propter quæ [22] tantorum virorum laudibus [23] non impudenter ſe perſona [24] hiſtrionis inſeruit.

1 Clari & illuſtres cauſidici.
2 Viſu orbati.
3 Quâ priuſquam cæci facti eſſent.
4 Actiones cauſarum.
5 Confluentibus ad audiendum.
6 In agendo.
7 Alii lumine privati, quo nullum majus eſt naturæ incommodum.
8 Secreta loca.
9 Augent tenebras ſibi à fortunâ datas.
10 Jonicum, Doricum, Atticum, Æolicum, & commune.
11 Jus.
12 Linguâ.
13 Sententiam pronuntianti.
14 Ne Roſcii quidem prætermittenda eſt induſtria.
15 In ſcenâ, id eſt, in actione comœdiarum, tragœdiarum, aut ſimilium, habitæ.
16 Exercuerat.
17 Repræſentare.
18 Scenica, & quâ publicis ludis opera dabatur.
19 Placere & populo, & principibus. Laudat induſtriam Valerius, dicens non mediocrem ex eâ fructum percipi, ſi fuerit diligentiſſimè culta: idque probat ex Roſcio, qui ſolâ induſtriâ meruit, ut cum clariſſimis viris commemoretur, quamvis hiſtrionicam exercuerit.
20 Definitio induſtriæ: quid enim aliud eſt induſtria, niſi attentum, vehemens, & aſſiduum in re aliquâ ſtudium?
21 Semper vigilantis.
22 Quanti ſunt ſuperiores.
23 Citra impudentiam.
24 Roſcii.

# EXTERNA.

1 [1] Græca quoque induſtria, quoniam noſtræ multum profuit, [2] quem meretur fructum Latinæ linguæ recipiat. Demoſthenes, cujus commemorato nomine, maximæ eloquentiæ [3] conſummatio audientis animo [4] oboritur, cùm inter initia juventæ, [5] artis, quam affectabat, [6] primam literam dicere non poſſet, oris ſui vitium tanto ſtudio [7] expugnavit, ut [8] ea à nullo expreſſius [9] efferretur. Deinde propter nimiam [10] exilitatem acerbam auditu vocem ſuam exercitatione continua ad [11] maturum & gratum auribus ſonum perduxit. [12] Lateris etiam firmitate [13] defectus, quas corporis [14] habitus vires negaverat, à labore [15] mutuatus eſt: Multos enim verſus uno impetu ſpiritus complectebatur, eoſque [16] adverſa loca celeri gradu ſcandens, pronuntiabat. Ac vadoſis littoribus [17] inſiſtens, [18] declamationes fluctuum fragoribus obluctantibus edebat, ut ad fremitus [19] concitatarum concionum [20] patientia [21] duratis auribus uteretur. [22] Fertur quoque [23] ori inſertis calculis multum ac diu loqui ſolitus, quo [24] vacuum promptius eſſet & reſolutius. [25] Prœliatus eſt contra rerum naturam, & quidem [26] victor abiit, malignitatem [27] ejus pertinaciſſimo animi robore ſuperando. Itaque [28] alterum Demoſthenem mater, [29] alterum induſtria enixa eſt.

1 Brevi præfatione ad externa tranſiens dicit. Latina lingua Græcorum induſtriam poſteritati commendet, & recipiat eum fructum ab eâ, quem meruit.
2 Quia Latini per Græcos induſtrii facti ſunt.
3 Perfectio.
4 Etiam non cogitanti occurrit.
5 Rhetoricæ.
6 Nempe ρ, ρῶ, quæ à paucis rectè pronuntiatur cum aſpiratione.
7 Evicit.
8 Litera.
9 Pronunciaretur.
10 Tenuitatem.
11 Satis gravem.
12 Partis, undè vox & anhelitus prodit.
13 Deſtitutus.
14 Diſpoſitio.
15 Veluti mutuò accepit.
16 In altum tendentia.
17 Inhærens.

18 Fictas actiones, & orationes pro experientiâ aut exercitio aſſumptas ſonitibus vehementibus, ex refractione fluctuum ortis, contra ſtrepentibus enunciabat. 19 Commotæ plebis. 20 Fragorum fluctuum. 21 Durioribus factis. 22 Ad linguæ correctionem lapillis, ori inſertis, frequenter utebatur. 23 In os ſuum ingeſtis parvis lapillis. 24 Sc. *os*. 25 Luctatus. 26 E prœlio voti compos diſceſſit. 27 Naturæ. 28 Ad Rhetoricam penitus ineptum. 29 Demoſthenem ad eandem maximè utilem.

2 Atque ut ad [1] vetuſtiorem induſtriæ actum tranſgrediar, Pythagoras perfectiſſimum opus ſapientiæ à juventa, pariter omnis honeſtatis percipiendæ cupiditatem ingreſſus ([2] nihil enim, quod [3] ad ultimum ſui finem perventurum eſt, [2] non & [4] maturè & celeriter incepit) Ægyptum petiit, ubi literis [5] gentis ejus aſſuefactus, præteriti ævi ſacerdotum [6] commentarios ſcrutatus, innumerabilium ſæculorum [7] obſervationes cognovit. Indè ad Perſas profectus, magorum exactiſſimæ prudentiæ ſe [8] formandum tradidit; à quibus [9] ſiderum motus, [10] curſuſque ſtellarum, & [11] uniuſcujuſque vim, proprietatem & effectum benigniſſimè demonſtratum docili animo hauſit. [12] Cretam deinde, & Lacedæmona navigavit; quarum legibus ac moribus inſpectis, ad Olympicum certamen deſcendit. Cùmque multiplicis ſcientiæ maxima totius Græciæ [13] admiratione [14] ſpecimen exhibuiſſet: quo cognomine cenſeretur interrogatus, non ſe [15] σοφὸν (jam enim [16] illud [17] ſeptem excellentes viri occupaverant) ſed [18] φιλόσοφον eſſe reſpondit. In Italiæ etiam partem, quæ tunc major Græcia appellabatur, perrexit; in qua plurimis & opulentiſſimis urbibus effectus ſuorum ſtudiorum approbavit. Cujus ardentem rogum plenis venerationis oculis [19] Metapontus aſpexit: [20] oppidum Pythagoræ quam ſuorum cinerum nobilius clariuſve monumento.

1 Nam multò antè fuerat Pythagoras, quam Demoſthenes.
2 Unumquodque.
3 Ad ſapientiam: nam hic erat ultimus ejus finis.
4 Neque citiùs, neque tardiùs, quam decuit.
5 Ægyptiacæ.
6 Breves annales.
7 Annotationes.
8 Erudiendum.
9 Planetarum errores.
10 Ortus & occaſus ſtellarum fixarum.
11 Sideris vel ſtellæ.
12 Inſulam.
13 Admirabantur enim omnes Pythagoræ ſtudium ad omnia accommodatum.
14 Experimentum.
15 Sapientem.
16 Cognomen ſapientis, aut dici ſapientem.
17 Septem ſapientes, ſc. Thales Mileſius, Solon Athenienſis, Chilon Lacedæmonius, Pittacus Mitylenæus, Bias Prienenſis, Cleobulus Lydius, Periander Corinthius.
18 Amatorem ſapientiæ.
19 Populus Metaponti, Italiæ oppidi. in ſinu Tarentino.
20 Plus claritatis habuit Metapontus ex operibus Pythagoræ, illic ſepulti, quam ex eo quòd in cineres redacta eſt.

3 Plato autem patriam Athenas, [1] præceptorem Socratem [2] ſortitus, & [3] locum & [4] hominem doctrinæ fertiliſſimum; ingenii quoque [5] divina [6] inſtructus abundantia: cùm omnium jam mortalium [7] ſapientiſſimus haberetur, eo quidem uſque, ut ſi ipſe Jupiter cœlo deſcendiſſet, nec elegantiore, nec beatiore facundia uſurus videretur: Ægyptum [8] peragravit, [9] dum à Sacerdotibus ejus gentis [10] Geometriæ [11] multiplices numeros, atque [12] cœleſtium obſervationum rationem percipit. Quoque tempore à ſtudioſis juvenibus certatim Athenæ Platonem doctorem quærentibus petebantur; ipſe Nili [13] fluminis [14] inexplicabiles ripas, [15] vaſtiſſimoſque campos, [16] effuſam barbariem, & [17] flexuoſos [18] foſſarum ambitus Ægyptiorum ſenum diſcipulus, [19] luſtrabat. Quò minùs miror [20] eum in [21] Italiam tranſgreſſum, ut ab [22] Archita Tarenti, à Timæo, & Arione, & Cæto [23] Locris Pythagoræ præcepta & inſtituta acciperet. Tanta enim vis, tanta copia literarum undique colligenda erat, ut [24] invicem per totum terrarum orbem diſpergi & dilatari poſſet: [25] Altero etiam & octogeſimo anno decedens ſub capite Sophronis [26] numeros habuiſſe fertur: [27] ſic ne extrema quidem ejus hora agitatione ſtudii vacua fuit.

1 Hic annum vigeſimum ætatis agens, audivit Socratem.
2 A Deo quaſi in ſortem nactus.
3 Athenas ſc.
4 Socratem.
5 Tantâ, ut credi poſſet divina.
6 Ornatus.
7 Sic Apollinis oraculo conſtat fuiſſe judicatum.
8 Pertranſivit.
9 Quo tempore.
10 Quæ proptereà, quòd Ægyptus ſingulis annis à Nilo mergeretur, ad dignoſcendos agrorum fines his potiſſimùm floruit.
11 Varias partes, ut ſunt punctum, lineà, ſuperficies, &c.
12 Rationes cœleſtium curſuum obſervatas.
13 Ægypti.
14 Inenarrabiles: quia Nili originem nemo invenire potuit, quanquam id multi reges fruſtrà tentaverint. Eſt prætereà ſatis ignota Nili natura, quare ſc. ſingulis annis, Sole exiſtente in Cancro, totam inundet Ægyptum. 15 Quos Nilus inundat, aut irrigat quotannis. 16 Dilatatam barbarorum accolarum Nili regionem: quia enim vaſtiſſimi ſunt Ægyptiorum campi, ideò per vaſtam regionem ſparſim habitant barbari. 17 Incurvos & ſinuoſos. 18 Nili ſuperfluas aquarum inundationes recipientium. 19 Scrutabatur. 20 Platonem. 21 Quæ regio non erat barbara, ut Ægyptus. 22 Philoſopho. 23 In urbe Italiæ. 24 Viciſſim, id eſt, ut viciſſim daret omnibus, quod undique acceperat. 25 Secundo & octogeſimo anno moriens, 26 Verſus, & Rhythmos. 27 Atque hoc pacto fuit Plato ad extremam uſque ſuæ vitæ horam ſtudio ſemper intentus & induſtriæ plenus.

4 At [1] Democritus, [2] cùm divitiis cenſeri poſſet, quæ tantæ fuerunt, ut [3] pater ejus Xerxis [4] exercitui epulum dare [5] ex facili potuerit: quò magis [6] vacuo animo ſtudiis literarum [7] eſſet operatus, parva admodum ſumma [8] retenta, patrimonium ſuum [9] patriæ donavit. Athenis autem compluribus annis moratus, omnia temporum [10] momenta ad percipiendam & exercendam doctrinam conferens, ignotus illi urbi vixit; quod ipſe in quodam volumine teſtatur. Stupet mens admiratione [11] tantæ induſtriæ, & jam [12] tranſit aliò.

5 Carneades laborioſus & diuturnus ſapientiæ [13] miles: ſiquidem nonaginta expletis annis, idem illi vivendi ac [14] philoſophandi finis fuit. Ita ſe mirificum doctrinæ operibus [15] addixerat, ut cum cibi capiendi causâ [16] recubuiſſet, cogitationibus [17] inhærens, manum [18] ad menſam porrigere oblivisceretur. Sed enim Meliſſa, quam uxoris loco habebat, [19] temperato inter ſtudia non interpellandi, ſed inediæ ſuccurrendi officio, [20] dexteram ſuam neceſſariis uſibus aptabat. [21] Ergo animo tantummodò vitâ fruebatur, corpore verò [22] quaſi alieno & ſupervacuo circumdatus erat. Idem cum [23] Chryſippo diſputaturus,

1 Hic plurimum laboravit in ſolâ rerum naturâ contemplandâ, & quocunque fortunæ caſu mutabiliumque rerum audito, in riſum ſolvebatur. Undè, Juv. Sat. 10. *Perpetuo riſu, pulmonem agitare ſolebat Democritus.* 2 Cùm ob divitias magni æſtimari, & in præpotentium numero haberi poſſet. 3 Hegeſiſtratus, aut Athenocritus, aut Damaſippus. Nam de patre ejus dubitatur. 4 Qui tantus fuit, ut flumina potando exſiccaret: fuit enim ſupra centum myriada, id eſt, decies centena millia militum, atque etiam multò plura, ut quidam tradunt. Hinc ergo facilè conjici poteſt, patris divitias fuiſſe propè incredibiles. 5 Sine gravamine. 6 A curis rerum externarum. 7 Operam daret. 8 Ad uſum vitæ. 9 Suæ ſc. in quâ natus erat, ſive ea Abdera, ſive Miletos fuit. 10 Minima ſpatia. 11 Quantæ eſt, clarum opibus ignotum deliteſcere amore ſtudii literarii. 12 Ad narrationem alterius induſtriæ non minoris. 13 Sectator. 14 Philoſophia operam dandi. 15 Aſtrinxerat, deſtinaverat. 16 Ad menſam ſe poſuiſſet. 17 Infixus. 18 Ad cibum illi appoſitum. 19 Accommodâ ſtudiis affectione, non impediendi eum à ſtudio. 20 Imponebat cibum ori illius. 21 Itaque animo, non corpore, ex vitâ fructum capiebat. 22 Tanquam re alienâ à ſe & ſupervacaneâ. 23 Præceptore ſuo.

1 hel-

helleboro [2] ſe antè purgabat, [3] ad exprimendum ingenium ſuum attentius, & [4] illius refellendum acrius: [5] quas [6] potiones induſtria ſolidæ laudis cupidis effecit appetendas.

6 Quali porro ſtudio [7] Anaxagoram flagraſſe credimus? qui cùm è diutina peregrinatione patriam repetiſſet, poſſeſſioneſque deſertas vidiſſet, Non eſſem, inquit, ego [8] ſalvus, niſi iſtæ periiſſent. [9] Vocem petitæ ſapientiæ compotem. [10] Nam ſi prædiorum potius, quam ingenii culturæ, vacaſſet; dominus rei familiaris intra [11] penates manſiſſet, nec [12] tantus Anaxagoras ad eos rediiſſet.

7 [13] Archimedis quoque [14] fructuoſam induſtriam fuiſſe dicerem, niſi eadem illi & [15] dediſſet vitam, & [16] abſtuliſſet. Captis enim Syracuſis, Marcellus [17] machinationibus ejus multum ac diu victoriam ſuam [18] inhibitam ſenſerat: eximiâ tamen hominis prudentiâ delectatus, ut [19] capiti illius parceretur, edixit; pœnè tantum gloriæ in [20] Archimede ſervato, quantum in [21] oppreſſis Syracuſis reponens. At [22] is dùm animo & oculis in terram defixis [23] formas deſcribit, militi, qui prædandi gratia [24] domum irruperat, ſtrictoque ſuper caput gladio, quiſnam eſſet, interrogabat: propter nimiam cupiditatem inveſtigandi [25] quod requirebat, nomen ſuum indicare

1 Candido ſc. quod in Anticyrâ optimum naſcitur.
2 Cerebrum ſuum.
3 Ad explicandam vim ingenii.
4 Chryſippi.
5 Laudis cupidi exemplo Carneadis Helleboro ſe diſputaturi purgabant, priuſquam ad certamen deſcenderent, quod antè Carneadem facere non ſolebant.
6 Ex Helleboro diluto.
7 Hic cuidam dicenti, quòd patria ſibi curæ non eſſet, imò cura patriæ mihi maxima eſt, & digitum extendebat in cœlum: oſtendens illam ſibi veram patriam eſſe.
8 Virtutem & ſapientiam veram hominis ſalutem eſſe dicit.
9 O vocem, quæ ſapientiam aſſecuta erat! 10 Nam ſi colendis agris vacaſſet, tanti nominis gloriæ philoſophus non evaſiſſet. 11 Domum ſuam. 12 Sc. philoſophus, aut tam magnus vir cenſendus 13 Geometræ & architecti Syracuſani. 14 Quia diu conſervavit patriam. 15 Marcello ſc. vetante, ne quis eum ob induſtriam occideret. 16 Quia illi intentus, qui eſſet, explicare non curavit. 17 Machinamentis ab eo aut induſtria ejus factis. 18 Impeditam. 19 Vitæ Archimedis. 20 Archimedis conſervatione. 21 Oppreſſione Syracuſarum collocans. 22 Marcellus. 23 Figuras quaſdam Geometricas. 24 Archimedis. 25 Sive machina, ſive menſura fuerit.

non

non potuit. Sed [1] protracto manibus pulvere, Noli inquit, obſecro, [2] iſtum diſturbare: Ac perinde quaſi negligens imperii [3] victoris, obtruncatus, ſanguine ſuo artis ſuæ lineamenta confudit. Quo accidit, ut propter idem ſtudium [4] modo [5] donaretur vita, [6] modò [7] ſpoliaretur.

8 Socratem etiam conſtat [8] ætate provectum [9] fidibus tractandis operam dare cœpiſſe: ſatius judicantem, [10] ejus artis uſum ſerò, quam nunquam percipere. Et [11] quantula [12] Socrati [11] acceſſio iſta futuræ ſcientiæ erat? ſed pertinax hominis induſtria, tantis doctrinæ ſuæ divitiis etiam Muſicæ rationis utiliſſimum [13] elementum accedere voluit. Ergo dùm ad diſcendum ſemper ſe [14] pauperem credidit, ad docendum fecit ſe [15] locupletiſſimum.

9 [16] Atque ut longæ & [17] felicis induſtriæ quaſi in unum acervum exempla redigamus, Iſocrates nobiliſſimum librum, [18] qui inſcribitur [19] Παναθηναϊκός, quartum & nonageſimum annum agens, ut ipſe ſignificat, compoſuit, opus ardentis [20] ſpiritus plenum. Ex quo apparet, ſeneſcentibus membris eruditorum, intùs animos induſtriæ beneficio florem juventæ retinere. Neque [21] hoc ſtilo terminos vitæ ſuæ [22] clauſit: namque [23] admirationis ejus fructum [24] quinquennio percepit.

1 Secto vel ſciſſo pulvere, in quo formas ſuas deſignabat.
2 Circulum.
3 Qui juſſit eum nomen ſuum indicare.
4 Paulò antè.
5 Per edictum Marcelli, qui ſtudio & induſtriâ ejus delectatus, edixerat, ut incolumis ſervaretur Archimedes.
6 Paulò poſt.
7 Quia dùm formis imprimendis intentus eſſet, militis contempſit imperium, à quo trucidatus eſt.
8 Grandem natu.
9 Muſicis inſtrumentis, ut ſciret fidibus canere. *Fides* eſt chorda in citharâ vel lyrâ, alio ve inſtrumento extenſa.
10 Muſicæ.
11 Quam parva additio, quam parvum augmentum.
12 Viro ſcientiſſimo. 13 Principium addi voluit. 14 Indigentem ſcientiæ. 15. Sc. *ſcientiâ.* 16 Atque ut omnem induſtriæ rationem in uno homine fuiſſe comprehendamus, Iſocratis exemplum lectoribus ſubjiciamus. Fuit autem Iſocrates Græcus orator clariſſimus, Gorgiæ auditor, multorum Philoſophorum præceptor eximius. 17 Quia ex eâ induſtriâ plurimum fructum conſecutus fuerat. 18 Cui titulus eſt. 19 Tota res aut laus Athenienſium: quia omnem urbis Athenarum laudem continebat: quòd ſc. in eâ urbe cuncta liberalia ſtudia ac bonæ artes vigerent & præciperentur. 20 Acrimoniæ. 21 Quo Panathenaïcon ſcripſerat. 22 Finivit. 23 Laudem, quæ ex ejus admiratione illi dabatur. 24 Nam quinquennium poſt vixit.

10 [1] Ci-

10 [1] Citerioris ætatis metas, ſed non parvi tamen ſpatii Chryſippi vivacitas flexit: nam octogeſimo anno cœptum, unde quadrageſimum [2] λογικῶν [3] exactiſſimæ ſubtilitatis volumen reliquit. Cujus ſtudium in tradendis ingenii ſui [4] monumentis tantum operæ laboriſque ſuſtinuit; ut ad ea, quæ ſcripſit, penitùs cognoſcenda, [5] longa vita ſit opus.

11 Te quoque Cleanthe [6] tam laborioſe haurientem, & tam [7] pertinaciter [8] tradentem ſapientiám, [9] numen ipſius induſtriæ [10] ſuſpexit: cùm adoleſcentem quæſtu [11] extrahendæ aquæ nocturno tempore inopiam tuam ſuſtentantem, diurno [12] Chryſippi [13] præceptis percipiendis vacantem, eundemque [14] ad undecenteſimum annum attenta cura erudientem auditores tuos videret: [15] Duplici enim labore [16] unius ſæculi ſpatium occupaſti, [17] incertum reddendo, diſcipuluſ-ne an præceptor eſſes laudabilior.

12 [18] Sophocles quoque [19] glorioſum cum rerum natura certamen habuit; tam benignè

1 Ad brevioris ætatis terminos Chryſippi longævitas pervenit: quia non ad Iſocratis ætatem pervenit, id eſt, non tanto tempore vixit: nam Iſocrates novem & nonaginta confecit annos. Hic verò ad octogeſimum tantùm pervenit annum.
2 Logicarum conſiderationum: Chryſippus enim volumen antè annum quadrageſimum inchoatum octogeſimo anno abſolvit & confecit.
3 Exquiſitiſſimi acuminis.
4 Futuris indiciis & teſtimoniis.

5 Quia, teſte Diogene, ſeptuaginta volumina compoſuit: ad quæ legenda longiori vitâ opus eſſet. 6 Cum multo ſudore addiſcentem. Alludit ad nomen illi ex officio impoſitum: nam quia è puteis aquam haurire ſolebat, præ tenuitate rerum, ut indè victum redimeret, dictus eſt Φρεάντλης, id eſt, *exhauriens puteos*, à Φρέαρ *puteus*, & ἀντλάω *exhaurio*. 7 Conſtanter. 8 Diſcipulis. 9 Divina virtus. 10 Miſericorditer aſpexit. 11 Hauriendæ ex puteis. 12 Laërtius non Chryſippi, ſed Zenonis auditorem fuiſſe dicit. 13 Traditionibus. 14 Uſque ad nonum & nonageſimum annum, dempto ſc. uno ad centum. 15 Diſcendi & docendi. 16 Centum annorum ſpatium. 17 Ambiguum. 18 Hic Tragœdiarum ſcriptor clariſſimus Athenienſis: cujus tanta fuit induſtria, ut cum ipſâ rerum naturâ certaſſe videatur. Nam cùm eſſet annorum fermè centum, Oedipodem tragœdiam compoſuit. 19 Hoc habuit cum naturâ certamen, ut diu vivendo laborioſus ſemper eſſet. Natura illi longum vitæ ſpatium conceſſit, quò poſſet ſcribendo gloriam comparare. Sophocles illud non minori ſtudio & induſtriâ ſpatium confecit.

mirifica [1] opera illa ſua exhibendo, quam [2] illa operibus [3] ejus [4] tempora liberaliter [5] ſubminiſtrando: Propè enim centeſimum annum attigit, [6] ſub ipſum tranſitum ad mortem [7] Oedipode Coloneo ſcripto; [8] qua ſola fabula omnium ejuſdem ſtudii poëtarum [9] præripere gloriam potuit: Idque ignotum eſſe poſteris filius Sophoclis Jophon noluit, ſepulchro patris, [10] quæ retuli, inſculpendo.

13 [11] Simonides vero [12] Poëta octogeſimo anno & docuiſſe ſe carmina, & in [13] eorum certamen deſcendiſſe ipſe gloriatur: [14] nec fuit iniquum, illum voluptatem ex ingenio ſuo diu percipere, cùm eam [15] omni ævo fruendam traditurus eſſet.

14 Jam Solon quanta induſtria [16] flagraverit, & [17] verſibus complexus eſt, quibus ſignificat ſe quotidie aliquid addiſcentem ſeneſcere, & ſupremo vitæ die confirmavit. Cum aſſidentibus amicis, & quadam de re ſermonem inter ſe conferentibus, [18] fatis jam preſſum caput erigeret: interrogatus, quapropter [19] id feciſſet, reſpondit; Ut cum iſtud, quicquid eſt, de quo jam diſputatis, percepero, moriar. [20] Migraſſet profectò ex hominibus inertia, ſi eo animo vitam ingrederemur, [21] quo eam Solon egreſſus eſt.

1 Tragica.
2 Natura.
3 Sophoclis.
4 Vitæ.
5 Q. d. Sophocles contendit cum naturâ conando eam vincere labore ſuo, id eſt, plus laborando, quam pro modo temporis ſibi dati, & natura certavit cum Sophocle, prolongando illi tempus vitæ & induſtriæ ultra conſuetum modum.
6 Paulò antè mortem ſuam.
7 Tragœdiâ, ſic inſcriptâ, abſolutâ.
8 Licet alias non ſcripſiſſet.
9 Præ cæteris rapere & vendicare ſibi.
10 Fabulam ſc. Oedipodis, quam ſuprà commemoravi: hanc filius ſepulchro patris curavit inſculpi, virtutis paternæ monumentum perpetuum.
11 Hic primus artem memoriæ inveniſſe dicitur. 12 Lyricus. 13 Carminum aut Poëtarum ſcribentium carmina. 14 Æquiſſimum fuit. 15 Quia ejus carmina ſemper extabunt. 16 Arſerit, accenſus fuerit. 17 Scilicet *Γηράσκω δ' ἀεὶ πολλὰ διδασκόμενος*, id eſt, *Seneſco ſemper multa addiſcens.* 18 Morte inſtante gravatum. 19 Erexiſſet caput ſuum. 20 Penitùs diſceſſiſſet. 21 Sc. cupienti ſemper aliquid addiſcere, id eſt, ſi homines eâ induſtriâ vitam ingrederentur, quâ Solon egreſſus eſt, nullus inter mortales inertiæ locus inveniretur.

15 Quam

15 Quam porrò induſtrius Themiſtocles, qui maximarum rerum cura diſtrictus, omnium tamen civium ſuorum nomina memoria comprehendit: Per [1] ſummamque iniquitatem patria pulſus, & ad [2] Xerxem, quem paulò antè devicerat, confugere coactus, prius quam in conſpectum [3] ejus veniret, Perſico ſermoni ſe aſſuefecit: ut [4] labore parta commendatione, [5] regiis auribus familiarem & aſſuetum [6] ſonum vocis adhiberet.

16 [7] Cujus utriuſque induſtriæ laudem [8] duo reges partiti ſunt; [9] Cyrus omnium militum ſuorum nomina; [10] Mithridates duarum & viginti gentium, quæ ſub regno ejus erant, linguas ediſcendo. [11] Ille, ut ſine [12] monitore exercitum ſalutaret: [13] hic, ut eos, quibus imperabat, ſine interprete alloqui poſſet.

1 Invidiam civium: quia iniquiſſimum erat, patriæ liberatorem, imperii amplificatorem & conſervatorem, exilio mulctare, quem ingentibus præmiis afficere debuerant.
2 Perſarum regem.
3 Xerxis.
4 Perſicam linguam ſtudioſè addiſcendo, ſe regi gratum reddidit & commendabilem.
5 Xerxis.
6 Vocem.

7 In commemorandis civium nominibus, & ediſcendâ linguâ Perſicâ, id eſt, alienâ: quod utrumque fecit Themiſtocles. 8 Cyrus & Mithridates. 9 Perſarum rex potentiſſimus. 10 Rex Ponti. 11 Cyrus, diſcendo ſc. nomina omnium ſuorum militum. 12 De nomine ſc. ſalutandi. Imperatores enim nominum ſuggeſtores habere conſueverant, qui nomina militum eorum auribus infererent, quò blandè nominatim milites appellando, eorum animos ſibi maximè conciliarent. Hos monitores Romani *nomenclatores* appellabant. 13 Mithridates, diſcendo ſc. omnes linguas.

CAP.

## CAP. VIII.

# DE OTIO LAUDATO.

| IN ROMANIS. | IN EXTERNIS. |
|---|---|
| 1 P. Æmiliano & C. Lælio. | 1 Socrate Athenienſi. |
| 2 Q. Mutio Scævola Augure. | 2 Achille Homerico. |

1 Brevi utitur præfatione, quâ oſtendit non incongruè otium ſtudio & induſtriæ ſubjungi, cùm poſt longa ſtudia diutinoſque labores defatigati animi relaxationem quandam deſiderent, quò recreati alacriores deindè ad ſtudia redeant atque labores. 2 Subjungi, quia oppoſita juxtà ſe poſita clariùs eluceſcunt.

[1] OTium, quod induſtriæ, & maximè ſtudio, contrarium videtur, [2] ſubnecti breviter debet ; non quo [3] evaneſcit virtus, ſed quo recreatur. [4] Alterum enim etiam inertibus vitandum ; [5] alterum [6] ſtrenuis quoque interdum appetendum eſt : [7] illis, ne vitam [8] enervem exigant : [9] his, ut [10] tempeſtiva laboris intermiſſione ad laborandum fiant [11] vegetiores.

1 [12] Par veræ amicitiæ [13] clariſſimum Scipio & Lælius, cùm amoris vinculo, tùm etiam omnium virtutum inter ſe [14] juncti ſocietate, ut [15] actuoſæ vitæ iter æquali gradu exequebantur, ita animi quoque remiſſioni communiter acquieſcebant. [16] Conſtat namque eos Caje-

3 Perit. 4 Otium ſc. quo virtus evaneſcit. 5 Otium ſc. quo virtus recreatur. 6 Impigris : & opponitur *inertibus*. 7 Sc evitandum eſt otium, quo virtus evaneſcit. 8 Inertem, id eſt, ſine arte & induſtriâ. 9 Sc. appetendum eſt otium, quo virtus recreatur. 10 Opportunâ & in tempore factâ. 11 Agiliores & expeditiores. 12 Quatuor vel paulò plura verorum amicorum paria fuiſſe leguntur : ut Theſeus & Pirithous, Pylades & Oreſtes, Damon & Pythias, Niſus & Euryalus : inter quos Scipio connumerantur & Lælius. 13 Nobiliſſimum. 14 Connexi communicatione. 15 Laborioſæ & variis actionibus deditæ (qualis induſtriorum & ſtudioſorum hominum eſſe ſolet) laborem æquè magno progreſſu peragebant, ita animi recreationi per remiſſionem operis obtemperabant. 16 Notum eſt enim eos juxta Cajetam & Laurentum, oppida littoralia, diſperſas per littus maris Tyrrheni parvas conchas ſive teſtas piſcium & parvulos lapillos frequenter collegiſſe.

& Laurenti vagas littoribus conchulas & mbilicos lectitaſſe: Idque ſe L. Craſſus ex [1] ſocero ſuo Q. Scævola, [2] qui [3] gener Lælii fuit, udiſſe ſæpenumero prædicavit.

2 Scævola autem [4] quietæ remiſſionis eorum certiſſimus teſtis. [5] optimè pila luſiſſe raditur: quia videlicet [6] ad hoc diverticulum nimum ſuum [7] forenſibus miniſteriis fatigatum, transferre ſolebat. Alveo quoque & calulis [8] vacaſſe interdum dicitur; cùm benè ac iu [9] jura civium, & [10] cæremonias Deorum rdinaſſet: ut enim in rebus [11] ſeriis [12] Scævolam; ita & in [13] ſcurrilibus luſibus [14] hominem agebat, quem rerum natura [15] continui laboris patientem eſſe non ſinit.

## EXTERNA.

1 [16] Idque vidit, cui nulla pars ſapientiæ [17] obſcura fuit, Socrates: ideoque non erubuit tunc, cum [18] interpoſita arundine cruribus fuit, cum parvulis filiolis ludens ab [19] Alcibiade [20] riſus eſt.

2 [21] Homerus quoque ingenii cœleſtis vates non aliud ſenſit, [22] vehementiſſimis Achillis manibus [23] canoras fides aptando, ut earum [24] militare robur leni pacis [25] ſtudio relaxaret.

1 Patre uxoris ſuæ.
2 Scævola.
3 Maritus filiæ Lælii.
4 Tranquillæ relaxationis Scipionis & Lælii.
5 Artificioſiſſimè.
6 Ad hanc digreſſionem. Eſt à viatoribus ſumpta tranſlatio, qui à viâ quieſcendi gratiâ ad loca divertuntur.
7 Judicialibus actionibus.
8 Se vacuum curis dediſſe.
9 Utpote qui juriſperitus erat.
10 Ut qui augur erat.
11 Gravibus.
12 Perſonam gravem, id eſt, ſe ipſo dignam.
13 Jocoſis.
14 Hominem vulgarem, aut naturam humanam repræſentabat.
15 Nam (ut ait Ovidius) *Quod caret alternâ requie durabile non eſt, Hæc reparat vires, feſſaque membra novat.*
16 Hominem continui laboris non eſſe patientem.
17 Non perſpecta.
18 Qui more puerorum equitem imitaretur.
19 Nobiliſſimo civi Athenienſi.
20 Irriſus eſt.
21 Hoc idem ſenſit Homerus, cùm Achillem, virum fortiſſimum, fidibus canentem ſæpiùs introduxit.
22 Ad opus belli.
23 Reſonantes citharæ chordas applicando per teſtimonium carminum ſuorum.
24 Bellicam ſeveritatem.
25 Cui in pace vacare ſolemus.

CAP.

# CAP. IX.

# DE VI ELOQUENTIÆ.

## IN ROMANIS. IN EXTERNIS.


| | |
|---|---|
| 1 Mut. Valer. Max. dict. | 1 Piſiſtrato Athenienſi. |
| 2 M. Antonio Oratore. | 2 Pericle Athenienſi. |
| 3 C. Aurelio Cotta. | 3 Hegeſia Cyrenaico. |


1 POtentiam verò eloquentiæ etſi plurimum [2] valere animadvertimus; tamen ſub propriis exemplis, quò ſcilicet vires ejus 3 teſtatiores fiant, recognoſci convenit.

I [4] Regibus [5] exactis, plebs [6] diſſidens à 7 patribus, juxta ripam fluminis [8] Anienis in 9 colle, qui Sacer appellatur, armata [10] conſedit. Eratque non ſolùm deformis, ſed etiam miſerrimus reipub. ſtatus: à [11] capite ejus cætera parte [12] corporis peſtifera ſeditione diviſa. Ac ni [13] Valerii ſubveniſſet eloquentia, ſpes [14] tanti imperii in ipſo pene ortu ſuo corruiſſet. Is namque populum nova & inſolita libertate [15] temerè gaudentem, [16] oratione ad meliora & ſaniora conſilia revocatum, ſenatui [17] ſubjecit, id eſt, [18] urbem urbi junxit. [19] Verbis ergo facundis ira, conſternatio, & arma ceſſerunt.

1 Cùm ea ſit vis eloquentiæ, ut, quicquid in rerum naturâ totoque mundo laudabile ſit, in eâ verſetur, cunctaque ejus adminiculis nitantur, foveantur, ſuſtententur, illuſtrentur, nihil præterea dicendum eſt, niſi ut ſubjectis exemplis fiat illuſtrior, atque teſtatior.
2 Poſſe.
3 Magis teſtatæ & approbatæ, id eſt, ſi exempla propoſuerimus, probabilior fiet eloquentiæ virtus atque vulgatior. 4 Romanis ſc. Tarquinio & filiis. 5 Ex pulſis Româ propter ſuperbiam & ſtuprum Lucretiæ. 6 Diſſentiens, diſcor dans. 7 Senatoribus & nobilibus. 8 In Tiberim influentis. Nomina vus eſt *Anio*, ſed genitivus fit ab antiquo *Anien*, *Anienis*. 9 Monticulo. 10 Locum cepit. 11 Senatu & Patribus, qui quaſi caput civitatis ſunt. 12 Sc. *reipublicæ*, id eſt, civitatis, nempe plebe: & alludit ad fabulam Menenii Agrippæ. 13 Livius Menenium Agrippam appellat. 14 Quantu poſtea fuit. 15 Inconſideratè. 16 Apologo, ut dicit Livius. 17 Audientem fecit. 18 Reliquum corpus, id eſt, plebem præcipuæ parti urbis, id eſt, capiti, nempe Senatui, junxit. Nam plebe à Senatu ſuperatâ, gemina quædam civitatis facies apparet. Hinc Varro ejuſmodi civitatem *bicip* appellat. 19 Eloquentiæ ceſſit omnis furor & impetus animi: nam depoſi armis plebs in gratiam cum Patribus rediit, ob facundum apologum Mene Agrippæ.

2 [1] Qu

2 [1] Quæ etiam [2] Marianos Cinnanoſque mucrones, civilis profundendi ſanguinis cupiditate furentes, [3] inhibuerunt. Miſſi enim à ſæviſſimis [4] ducibus milites ad [5] M. Antonium obtruncandum, ſermone ejus obſtupefacti, [6] deſtrictos jam & [7] vibrantes gladios [8] cruore vacuos vaginis reddiderunt. [9] Quibus digreſſis, [10] P. Antronius (is enim ſolus [11] in ambitu expers Antonianæ vocis ſteterat) crudele [12] imperium [13] truculento miniſterio peregit. Quam diſertum igitur [14] eum fuiſſe putemus, quem ne hoſtium quidem quiſquam occidere ſuſtinuit, qui modò [15] vocem ejus ad aures ſuas voluit admittere!

3 Divus quoque [16] Julius, [17] quam cœleſtis numinis, [18] tam etiam humani ingenii perfectiſſimum [19] columen, vim facundiæ propriæ expreſſit: dicendo in accuſatione Cn. Dolabellæ, quem [20] reum egit, [21] extorqueri ſibi cauſam optimam [22] C. Cottæ patrocinio. Siquidem maxima tunc vis [23] eloquentiæ queſta eſt: [24] cujus facta mentione, quoniam domeſticum nullum majus [25] adjeceſim exemplum, [26] peregrinandum eſt.

## EXTERNA.

1 Piſiſtratus [27] dicendo tantum valuiſſe traditur, ut ei Athenienſes regium imperium oratione capti permitterent: cùm præſertim ex contraria parte amantiſſimus patriæ So-

1 Verba facunda,
2 Percuſſorum à Mario & Cinnâ, in M. Antonium miſſorum, acutos gladios.
3 Repreſſerunt, retinuerunt, compeſcuerunt.
4 Mario & Cinnâ.
5 Non triumvirum, ſed oratorem clariſſimum.
6 E vaginâ raptos.
7 In altum extenſos.
8 Non imbutos ſanguine ejus.
9 Militibus.
10 Conſanguineus ejus.
11 In circuitu aut in porticu, non auditâ voce viri eloquentiſſimi M. Antonii, remanſerat, ut ſc. primus, peractâ cæde, tanquam inſons abiret.
12 Ducum illorum.
13 Quia in ſanguinem ſuum ſæviit, cùm ſe maximè purgare potuiſſet.

14 Antonium. 15 Orationem. 16 Cæſar. 17 Quantum divinitatis. Perſiſtit in ſua jam tùm ab initio operis ſuſceptâ adulatione Valerius. 18 Tantum. 19 Suſtentaculum, decus. 20 Repetundarum accuſavit. 21 Vi amicitiæ & autoritatis, non facundiæ, eripi ſibi. 22 Dolabellam defendentis. 23 Julii Cæſaris. 24 Maximæ eloquentiæ Julii Cæſaris. 25 Addiderim. 26 Ad peregrinam eloquentiam & ad externa exempla tranſeundum mihi eſt. 27 Eloquendo tantum potuiſſe dicitur. Libertatem priſtinam tuendam eſſe.

lon [1] niteretur. Sed [2] alterius ſalubriores erant conciones, [3] alterius diſertiores: quo evenit, ut [4] alioqui prudentiſſima civitas libertati ſervitutem præferret.

2 Pericles autem [5] feliciſſimis naturæ incrementis, ſub Anaxagora præceptore ſummo ſtudio [6] perpolitus & inſtructus, liberis [7] Athenarum cervicibus jugum ſervitutis impoſuit: [8] egit enim ille urbem, & verſavit arbitrio ſuo. Cùmque adverſus voluntatem populi loqueretur, jucunda nihilominus & popularis ejus vox erat. Itaque [9] veteris comœdiæ maledica lingua, quamvis potentiam [10] viri [11] perſtringere cupiebat, tamen in labris ejus hominis melle dulciorem [12] lepôrem fatebatur habitare: inque animis eorum, qui illum audierant, quaſi [13] aculeos quoſdam relinqui prædicabat. [14] Fertur quidam, cùm admodum ſenex, primæ [15] concioni Periclis adoleſcentuli intereſſet, [16] idemque [17] juvenis Piſiſtratum jam decrepitum concionantem audiſſet; non temperaſſe ſibi, quò minùs exclamaret, Caveri illum civem opportere, quòd [18] Piſiſtrati orationi ſimillima ejus eſſet oratio. Nec hominem [19] aut æſtimatio eloquii, aut morum augurium fefellit. Quid enim inter Piſiſtratum & Periclem interfuit? niſi quòd [20] ille [21] armatus, [22] hic ſine armis tyrannidem geſſit?

3 Quantum eloquentia valuiſſe Hegeſiam Cyrenaicum philoſophum arbitramur? qui

1 Contenderet.
2 Solonis magis ſalutares erant ad populum orationes, qui pro tuendâ libertate concionabatur.
3 Piſiſtrati.
4 In aliis rebus. Significat populum Athenienſem hac unâ in re fuiſſe imprudentiſſimum, qui oratione delinitus ſervire, quam imperare, maluerit.
5 Habens feliciſſima naturalis facundiæ incrementa.
6 Ad perfectionem uſque politus.
7 Civium Athenienſium.
8 Duxit enim Athenienſes, quò voluit, & pro ſuâ voluntate tractavit.
9 Vitia acerbè traducebantur in vetere comœdiâ, quia ea ſub propriis peccantium nominibus notabantur.
10 Periclis.
11 Offendere & carpere.

12 Sermonis venuſtatem. 13 Stimulos. Pulchra alluſio ad apes: nam quia mellis meminit, rectè in Metaphorâ perſiſtens, aculeos addit. 14 Nu[illegible] quaſi teſtimonium inducitur eloquentiæ Periclis. 15 Orationi ad popu[illegible]lum. 16 Sc. homo, tùm ſenex. 17 Cùm eſſet juvenis. 18 Tyra[illegible]ni, paulò antè mortui. 19 Aut judicium de eloquio, aut divinatio de mo[illegible]ribus Periclis futuris non decepit hominem, quia ita fuit, ut judicavi[illegible] 20 Pericles. 21 Vi: quia cùm ad ſui corporis tutelam ſatellites obtinuiſſe[illegible] his adjutus imperium occupavit. 22 Pericles.

1 mala vitæ repræſentabat; ut 2 eorum iſeranda imagine audientium pectoribus inrta, multis voluntariæ mortis oppetendæ cuiditatem ingeneraret? Ideòque à rege Ptoſmæo ulterius 3 hac de re diſſerere prohibius eſt.

1 Incommoda hujus vitæ oſtendebat.
2 Malorum hujus vitæ.
3 De malis & miſeriis hujus vitæ diſputare.

## CAP. X.

## DE PRONUNTIATIONE & apto motu corporis.

IN ROMANIS. EXTERNO uno

1 C. Graccho.
2 Q. Hortenſio.
3 M. Tullio.

1 Demoſthene Athenienſi.

ELoquentiæ autem ornamenta in pronuntiatione apta, & convenienti motu corporis conſiſtunt: quibus cum ſe 1 inſtruxit, tribus modis homines aggreditur, animos orum ipſa invadendo, 3 horum 4 alteri aures, 5 alteri oculos 6 permulcendos tradendo.

1 Sed ut propoſiti 7 fides in perſonis illuſtribus exhibeatur: 8 C. Gracchus eloquentiæ quam 9 propoſiti felicioris adoleſcens, quoniam flagrantiſſimo ingenio 10 cùm optimè remp. tueri poſſet, perturbare impiè valuit: quoties apud populum 11 concionatus eſt, ſervum poſt ſe muſicæ artis peritum habuit, qui occultè 12 eburneâ fiſtulâ pronunciationis ejus 13 modos formabat; aut nimis remiſſos excitando, aut plus juſto con-

1 Armavit.
2 Elocutione, ſono vocis, & motu corporis.
3 Dictorum ornamentorum.
4 Pronuntiationis.
5 Motui corporis.
6 Mulcendo in ſententiam trahendos.
7 Fida promiſſio.
8 Ad temperandos pronuntiationis modos Gracchus peritum muſicæ artis ſervum concionaturus adhibuit, ut vel intentiorem remitteret, vel remiſſiorem vocem intenderet.
9 Rei, quam obtinendam proponebat.
10 Cic. Offic. l. 2. *Quid eſt tam inhumanum, quàm eloquentiam, à naturâ ad ſalutem hominum & conſervationem datam, ad bonorum peſtem perniciemque convertere?*
11 Sermonem habuit.
12 Ex ebore factâ, ut ſubmiſſior eſſet ejus ſonus.
13 Menſuras.

citatos [1] revocando: [2] Quia ipſum calor atque impetus actionis, attentum [3] hujuſce temperamenti æſtimatorem eſſe non patiebatur.

2 Q. autem Hortenſius [4] plurimum in corporis [5] decoro motu repoſitum credens, penè plus ſtudii in eodem elaborando, quam in ipſa eloquentia affectanda impendit. Itaque neſcires, utrum cupidius ad audiendum eum, an ad [6] ſpectandum concurreretur: ſic [7] verbis oratoriis aſpectus, & rurſus aſpectui verba ſerviebant. Itaque conſtat, Æſopum & Roſcium [8] ludicræ artis peritiſſimos viros, [9] illo cauſas agente, in [10] corona frequenter aſtitiſſe, [11] ut foro petitos geſtus in ſcenam referrent.

3 Jam M. Cicero, quantum in [12] utraque re, de qua loquimur, [13] momenti ſit, oratione, quam pro Gallio habuit, ſignificavit, M. Calidio [14] accuſatori exprobrando, quòd præparatum ſibi à [15] reo venenum, teſtibus, [16] chirographis, [17] quæſtionibus ſe probaturum [18] affirmans, [19] remiſſo vultu, & [20] languida voce, & [21] ſoluto genere orationis uſus eſſet: pariterque & [22] oratoris vitium detexit, & cauſæ [23] periclitantis [24] argumentum adjecit, totum hunc locum ita claudendo: Tu [25] iſtud M. Calidi, niſi fingeres, [26] ſic ageres?

1 Ad lenitatem ſc.
2 Reddit rationem, cur monitore tibicine uteretur, quia interdum vel accuſando, vel deteſtando, ira vel alio animi impetu commotus, ſervare modum non reminiſcebatur.
3 Quale muſicus dabat.
4 Utilitatis aut gratiæ.
5 Venuſtâ agitatione.
6 Geſtus ejus.
7 Ut enim geſtibus verba, ſic verbis geſtus accommodabat.
8 Scenicæ, & agendarum fabularum.
9 Hortenſio.
10 Cœtu & multitudine virorum.
11 Ut in foro judiciali acquiſitos geſtus in proſcenium referrent.
12 Pronuntiatione & apto corporis motu.

13 Efficaciæ, virtutis. 14 Gallii. 15 Gallio. 16 Scriptis manualibus. 17 Confeſſionibus ſervorum ad torturam exhibitorum. 18 Sc. Calidius. 19 Quantum ad motum corporis. 20 Debili, quantum ad pronuntiationem. 21 Non intensâ oratione, quemadmodum rei atrocitas exigebat. 22 Significans oratorem compoſito motu & apta pronuntiatione in fictis fidem aucupari, quod non mediocre vitium eſt. 23 In probatione laborantis. 24 Medium approbativum. 25 Venenum tibi præparatum à reo, teſtibus, chirographis, & quæſtionibus poſſe probare. 26 Tam compoſitè & attentè, ut, qui falſas cauſas probare volunt, facere ſolent?

EX-

## EXTERNA.

1 Conſentaneum [1] huic Demoſthenis [2] ju-
dicium, qui cùm interrogaretur, quidnam
eſſet in dicendo efficaciſſimum, reſpondit;
ἡ ὑπόκρισις. 4 Iterùm deindè, & tertiò in-
terpellatus idem dixit, penè totum ſe 5 illi de-
bere confitendo. Rectè itaque 6 Æſchines, cùm
propter 7 judicialem ignominiam, relictis Athe-
nis, Rhodum petiſſet, atque [8] ibi 9 rogatu ci-
vitatis ſuam prius in Cteſiphontem, deinde
Demoſthenis pro eodem orationem clariſſima
& ſuaviſſima voce recitaſſet; admirantibus
cunctis [10] utriuſque columinis eloquentiam,
ſed aliquantò magis Demoſthenis, Quid ſi, in-
quit, ipſum audiſſetis! tantus orator, & [11] mo-
dò tam infeſtus adverſarius, ſic [12] inimici
vim ardoremque dicendi [13] ſuſpexit; ut ſe
ſcriptorum 14 ejus 15 parum idoneum lecto-
rem eſſe diceret: expertus acerrimum ocu-
lorum vigorem, [16] terribile vultus pondus,
[17] accommodatum ſingulis verbis ſonum vo-
cis, efficaciſſimos corporis motus. Ergo etſi
operi [18] illius [19] adjici nihil poteſt, tamen
in [20] Demoſthene magna pars [21] Demoſthe-
nis abeſt: quod legitur potius, quam au-
ditur.

1 Dicto Ciceronis.
2 De vi pronuntiationis. Judicavit Demoſthenes orationis vim fermè omnem in pronuntiatione eſſe repoſitam. Interrogatus enim, quid primum eſſet in oratore? Reſpondit pronuntiationem: quid ſecundum? Pronuntiationem: quid tertium? Pronuntiationem: omnia igitur in pronuntiatione.
3 Simulatio vocis & geſtus, id eſt, apta pronuntiatio & decens motus.
4 Secundò.
5 Hypocriſi, id eſt, pronuntiationi.
6 Senſit aut dixit.
7 Quia victus fuerat in judicio.
8 Rhodi.
9 Precibus.

10 Summi ornamenti eloquentiæ ſc. Æſchinis priùs, deinde Demoſthenis. 11 Cùm ageret Rhodi. 12 Demoſthenis. 13 Cum admiratione laudavit. Sicut *deſpicere* ſumitur pro contemnere, ita *ſuſpicere* pro venerari & laudare: quia *deſpicere* eſt deorſum inſpicere; quæ verò infrà nos ſunt, contemnimus: *ſuſpicere* autem ſurſum aſpicere: at quæ ſuprà nos ſunt, venerantur fermè. 14 Demoſthenis. 15 Quia adverſarius præterea vim illam Demoſthenis referre nullo modo poſſet. 16 Terribilem vultus gravitatem. 17 Aptatum. 18 Demoſthenis. 19 Addi. 20 Orationibus ejus ſcriptis. 21 Artificii, quo Demoſthenes in pronuntiando uſus eſt, deeſt.

## CAP. XI.

# DE EFFECTIBUS ARTIUM RARIS.

Apud Romanos, ut in

1 Aſtrologiâ C. Sulpicii Galli.
2 Aruſpicinâ Spurinæ.

Apud Exteros, ut in

1 Aſtrologiâ Periclis.
2 Picturâ Apellis, & Plaſtica Lyſippi.
3 Vulcano Alcamenis.
4 Venere Praxitelis.
5 Neptuno Euphranoris.
6 Agamemnone Timantis.
7 Equo Nealcis.

1 EFfectus etiam artium 2 recogniti poſſunt aliquid afferre voluptatis: protinuſque & quam utiliter excogitatæ ſint, patebit: & memoratu dignæ res lucido in loco reponentur, & 3 labor in iis edendis ſuo fructu non carebit.

1 4 Sulpicii Galli maximum in 5 omni genere literarum recipiendo ſtudium plurimum reipub. profuit. Nam cùm L. Pauli, bellum adverſum 6 regem Perſen gerentis, legatus eſſet, ac ſerenâ nocte ſubitò luna 7 defeciſſet; 8 eoque, veluti diro quodam 9 monſtro, perterritus exercitus noſter, manus cum hoſte conſerendi fiduciam amiſiſſet; de 10 cœli ratione, & 11 ſiderum naturâ peritiſſimè diſputando, alacrem 12 eum in aciem miſit. Itaque illi inclytæ Paulianæ victoriæ liberales artes 13 Galli aditum dederunt: quia niſi ille metum noſtrorum militum 14 viciſſet; 15 Imperator Romanus vincere hoſtes non potuiſſet.

1 Operæ pretium eſſe poterit recognoſcere, quam magni ſint artium effectus, quòd ad eas capeſſendas, utilitate perceptâ, ſtemus alacriores.
2 Legendo ſc.
3 Nunquam labor iſte gravabit, quem ſubſequitur fructus.
4 Qui primus rationem defectus lunaris docuit. Apud Græcos primus eclipſin prædixit Thales Mileſius.
5 Quia liberalibus artibus operam dederat.
6 Macedoniæ.
7 Eclipſin paſſa eſſet.
8 Defectu lunæ.
9 Portento mali ominis.
10 Motuum cœli.
11 Ut eorum quædam duplici moverentur motu & quomodo per interpoſitionem terræ inter Solem & Lunam, Luna, quæ à Sole lumen mutuatur, deficeret.
12 Exercitum Romanum.
13 Sulpicii.
14 Expuliſſet.
15 Æmilius.

2 [1] Spurinæ quoque in [2] conſectandis Deorum [3] monitis [4] efficacior [5] ſcientia apparuit, [6] quam urbs Romana [7] voluiſſet. Prædixerat enim [8] C. Cæſari, ut proximos XXX. dies quaſi [9] fatales caveret, quorum ultimus erat [10] Idus Martiæ. [11] Eò cùm fortè manè [12] uterque in domum Calvini Domitii ad [13] officium conveniſſet, Cæſar Spurinæ, Ecquid ſcis, inquit, [14] Idus Martias jam veniſſe? & is; Ecquid ſcis illas nondum præteriiſſe? Abjecerat [15] alter timorem, tanquam [16] exacto tempore ſuſpecto, [17] alter ne extremam quidem [18] ejus partem periculo vacuam eſſe arbitratus eſt. Utinam [19] aruſpicem potiùs augurium, quam [20] patriæ parentem ſecuritas fefelliſſet!

## EXTERNA.

1 Sed ut [21] alienigena ſcrutemur, cùm obſcurato repentè ſole inuſitatis perfuſæ tenebris Athenæ ſolicitudine [22] agerentur, interitum ſibi cœleſti [23] denuntiatione portendi credentes; Pericles proceſſit in medium, & quæ à præceptore ſuo Anaxagorâ pertinentia ad ſolis & lunæ curſum acceperat, diſſeruit: nec ulteriùs trepidare cives ſuos [24] vano metu paſſus eſt.

1 Aruſpicis ſc. 2 Conſpectandis. 3 De morte Cæſaris. 4 Veracior. 5 Divinandi extiſpiciis. 6 Quia Romani maluiſſent Spurinam falſum fuiſſe, quam Cæſarem eo die cadere, quem immortalem voluiſſent. 7 Sc. poſteà quam Cæſarem deſiderare cœpit. 8 Sc Julio. 9 Illi fata, id eſt, mortem minantes. 10 Decimus quintus dies menſis Martii. Nam in Martio, Majo, Julio & Octobri, Idus incidunt in decimum quintum: in reliquis in decimum tertium. Sic decimus decimum tertium diem Decembris, *Idus Decembris*; præcedentem diem, *pridè Idus Decembris*: alium, *tertio Idus*, & eodem modo ad quintum ejus menſis diem: hunc enim *Nonas* vocamus. *Idus* dictæ ſunt, ut quidam exiſtimant, ad antiquo verbo *iduare*, quod Hetruſcâ linguâ dividere ſignificat: ideoque hunc diem *Idus* dictum, quòd menſem *dividat* in duas partes propemodum æquales, quia plerumque in medium menſem incidunt. 11 Ideò, aut eo die Iduum Martiarum. 12 Tam Cæſar, quam Spurina. 13 Salutandi, aut amicè viſitandi, qui fortè jacebat morbo implicitus. 14 Conſtat Idibus Martiis cæſum fuiſſe Cæſarem in Senatu, teſte Ovidio Faſt. 3. circà finem. 15 Cæſar. 16 Præterito. 17 Spurina. 18 Diei aut temporis. 19 Spurinam. 20 Cæſarem. 21 Externa. 22 Concuterentur. 23 Indicio 24 Qui ſine ratione animos eorum occupaverat: quia eclipſis ſolis naturalis eſt per interpoſitionem lunæ.

2 Quantum porrò dignitatis à rege Alexandro tributum [1] arti exiſtimamus; qui ſe & pingi [2] ab uno Apelle, & [3] fingi à [4] Lyſippo tantummodo voluit.

3 [5] Tenet [6] viſentes Athenas [7] Vulcanus Alcamenis manibus [7] fabricatus. Præter cætera enim perfectiſſimæ artis in [8] eo [9] præcurrentia indicia, etiam illud [10] mirantur; quòd ſtat [11] diſſimulatæ claudicationis ſub [12] veſte leviter veſtigium repræſentans, ut non tanquam [13] exprobratum [14] vitium, ita tamen certam propriamque [15] Dei notam [16] decorè ſignificans.

4 [17] Cujus [18] conjugem [19] Praxiteles in marmore quaſi [20] ſpirantem in templo [21] Gnidiorum collocavit, propter pulchritudinem operis à libidinoſo [22] cujuſdam complexu [23] parum tutam. Quò [24] excuſabilior eſt error equi, qui viſâ picturâ [25] equæ, hinnitum edere coactus eſt: & canum latratus aſpectu picti canis incitatus: tauruſque ad amorem & concubitum [26] æneæ vaccæ Syracuſis nimiæ [27] ſimilitudinis [28] irritamento compulſus. Quid enim vacua rationis animalia arte decepta miremus, cum hominis [29] ſacrilegam cupiditatem muti lapidis lineamentis excitatam videamus?

5 Cæterum natura quemadmodum ſæpenumero [30] æmulam virium ſuarum artem eſſe patitur: ita aliquando [31] irritam feſſo labore

1 Pingendi & fingendi ſeu ſculpendi.
2 A ſolo Apelle pictore eximio.
3 Sculpi.
4 In arte ſculptoriâ artifice clariſſimo. Nam ſpirantes vultus, atque ora ſimillima vivis, & denique animoſa ſigna fingere videbatur.
5 Remoratur & delectat.
6 Viſitantes.
7 Vulcani ſtatua ſculpta & ficta.
8 Vulcano.
9 Statim ſe oſtentantia ſigna & teſtimonia.
10 Viſentes Athenas.
11 Tectæ, quantum fieri poteſt more claudicantium.
12 Cruribus ejus ſuperinductâ.
13 Deo vitio datûm.
14 Claudicationis.
15 Indicium quo ipſe dignoſcatur à cæteris Diis.
16 Honeſtè.
17 Vulcani.
18 Uxorem Venerem.
19 Statuarius optimus.
20 Viventem. Virg. *Excudent alii ſpirantia mollius æra: Credo equidem vivos ducent de marmore vultus.*
21 Gnidos una ex quinque civitatibus Doricæ Græciȩ, ubi templum fuit Veneris, & hoc ſimulachrum, quod Praxiteles ſculpſit, tantâ arte, ut à libidinoſo complexu non fuerit ſatis tutum, adeò veram ipſam Deam referebat.
22 Macarei Perinthii adoleſcentis.
23 Quia vitium illi inferre voluit adoleſcens, tanquam vivum eſſet corpus.
24 Majori excuſatione dignus, quia ſimili errore homo captus eſt.
25 A Praxitele formatæ.
26 Ex ære factæ.
27 Cum vivâ vaccâ.
28 Provocatione.
29 Quiâ Deam ipſam, & non ſimulacrum, violare concupivit.
30 Imitatricem.
31 Fruſtratam.

dimittit:

dimittit: quod [1] ſummi artificis Euphranoris manus ſenſerunt. Nam cùm Athenis XII. Deos pingeret, Neptuni imaginem quam poterat excellentiſſimis [2] majeſtatis coloribus complexus eſt, perindè ac [3] Jovis aliquantò [4] auguſtiorem repræſentaturus. Sed [5] omni impetu cogitationis in [6] ſuperiori opere abſumpto, poſteriores ejus [7] conatus [8] aſſurgere, [9] quò tendebant, nequiverunt.

6 Quid ille alter [10] æquè nobilis [11] pictor, luctuoſum [12] immolatæ [13] Iphigeniæ ſacrificium [14] referens, cùm [15] Calchanta triſtem, [16] mœſtum Ulyſſem, [17] clamantem [18] Ajacem, [19] lamentantem [20] Menelaum circa aram ſtatuiſſet; caput [21] Agamemnonis [22] involvendo, nonne [23] ſummi mœroris acerbitatem arte exprimi non poſſe confeſſus eſt? Itaque pictura ejus, [24] aruſpicis, [25] & amicorum, & [26] fratris lachrymis madet, [27] patris fletum ſpectantis affectui [28] æſtimandum reliquit.

7 Atque ut ejuſdem [29] ſtudii adjiciam exemplum: Præcipuæ artis [30] pictor equum ab [31] exercitatione venientem, [32] modò non vivum, labore induſtriæ ſuæ comprehenderat: cujus naribus [33] ſpumas adjicere cupiens, tantus artifex [34] in tam parvula materia multum ac diu fruſtra tenebatur. [35] Indignatione de-

1 Pictoris clariſſimi. 2 Qui ad exprimendam Neptuni majeſtatem eſſent idonei. 3 Imaginem ſc. 4 Majoris majeſtatis. 5 Omnibus viribus. 6 Picturâ Neptuni. 7 Ad pingendum Jovem auguſtiorem. 8 Extollere ſe & pervenire. 9 Ad auguſtum opus. 10 Similiter ut Euphranor. 11 Timanthes. 12 Dianæ ſc. iratæ ob cervam ab Agamemnone in Aulide occiſam. 13 Agamemnonis filiæ. 14 Ad vivum coloribus exprimens, picturâ ſuâ repræſentans. 15 Qui vates ſic poſcere fata prædixit, ut Agamemnonio ſanguine Dea placaretur, triſtis erat, cùm regiam ſtirpem immolari videret. 16 Qui per falſas Achillis nuptias, impetratam à matre Iphigeniam, ad tam crudele ſacrificium duxit. 17 Quòd humano ſanguine numina placarentur. 18 Telamonis filium. 19 Quòd ſuum videret genus immolari. 20 Patruum Iphigeniæ. 21 Patris Agamemnonis. 22 Veſte lugubri. 23 Qualis eſt paternus ac maternus in cæde immeritâ liberorum. 24 Calchantis. 25 Ulyſſis & Ajacis. 26 Menelai, qui frater erat Agamemnonis. 27 Agamemnonis. 28 Judicandum. 29 Pingendi. 30 Nealces. 31 Fatigatione & curſu. 32 Fermè vivum. Q. d. nihil illi deerat præter ſpumam. 33 Quibus anhelantis & à curſu redeuntis equi ſigna referret. 34 Utpote ſpumas addere naribus: quod videbatur eſſe facillimum, & in eo tamen ars à naturâ decepta eſt, ut efficere non valuerit, quod ipſe ſperaverat. 35 Irâ, quòd fruſtrà laboraret.

indeaccenſus, ſpongiam 1 omnibus imbutam coloribus fortè juxta ſe poſitam apprehendit, & veluti corrupturus opus ſuum, 2 tabulæ illiſit: Quam fortuna ad ipſas equi nares directam, 3 deſiderium pictoris coëgit explere. Itaque quod 4 adumbrare non valuit, 5 caſus imitatus eſt.

1 Quia ſpongiâ malè appoſitos colores abſtergere ſolent. 2 In tabulam, pictam formâ equinâ, injecit. 3 Quia ſpeciem ſpumæ, de naſo dependentis, exhibuit. 4 Adumbrando imitari. 5 Hinc illud Ovidii: *Caſus ubique valet, ſemper tibi pendeat hamus: Quo minimè credis gurgite, piſcis erit.*

## CAP. XII.

## OPTIMIS ARTIUM Magiſtris concedendum eſſe.

| Ut factum apud ROMANOS. | Apud EXTEROS. |
|---|---|
| 1 Furio & Cæſellio in jure Prædiatorio. | 1 Euclidi in Geometriâ. |
| | 2 Philoni in Architecturâ. |
| | 3 Apelli in Picturâ. |

SUæ autem artis unumquemque & actorem, & 1 diſputatorem optimum eſſe ne dubitemus, paucis exemplis admoneamus.

1 Q. Scævola legum clariſſimus & 2 certiſſimus 3 vates, quotieſcunque de jure prædiatorio conſulebatur, ad 4 Furium, & Cæſellium, quia 5 huic ſcientiæ dediti erant, 6 conſultores rejiciebat. Quo quidem facto moderationem magis ſuam 7 commendabat, quam auctoritatem minuebat: ab his id negotium aptiùs explicari poſſe confitendo, qui quotidiano ejus uſu 8 callebant. Sapientiſſimi igitur artis ſuæ profeſſores ſunt, à quibus & propria ſtudia verecundè, & aliena 9 callidè æſtimantur.

1 Judicem aut examinatorem. 2 Quia peritiſſimus. 3 Interpres. 4 Juris prædiatorii peritos. 5 Juris prædiatorii. 6 A ſe conſilium petentes remittebat. 7 Acceptam faciebat. 8 Callidè tenebant, & ejus peritiſſimi erant. *Callere* enim eſt perfectè ſcire: quod ſicut pes vel manus ex longo labore callum facit; ita mens longâ experientiâ facit habitum quendam rerum, in quibus verſatur. 9 Magnificè.

EX-

## EXTERNA.

1 Platonis quoque eruditiſſimum pectus hæc cogitatio attigit: qui [1] conductores [2] ſacræ arcis de modo & forma ejus ſecum ſermonem conferre conatos, ad Euclidem Geometram ire juſſit, ſcientiæ [3] ejus cedens, [4] imò profeſſioni.

2 [5] Gloriantur [6] Athenæ armamentario ſuo, nec ſine causâ; eſt enim illud opus & impenſâ & elegantiâ [7] viſendum: Cujus [8] architectum Philonem ita facundè rationem [9] inſtitutionis ſuæ in [10] theatro reddidiſſe conſtat, ut [11] diſertiſſimus populus non minorem laudem eloquentiæ ejus, quam arti, tribuerit.

3 [12] Mirificè & [13] ille artifex, qui in opere ſuo moneri ſe à ſutore de [14] crepida & [15] anſulis paſſus: de [16] crure etiam diſputare incipientem, [17] ſuprà plantam aſcendere vetuit.

1 Qui arcem Minervæ ſacram fabricandam conduxerant id eſt, certo pretio faciendam ſuſceperant.
2 Minervæ ſc. celeberrimi atque magnificentiſſimi Athenarum ædificii.
3 Euclidis, qui Geometriam profitebatur.
4 Utitur correctione, quia dixerat, *ſcientiæ cedens*; nam ejus artis ſcientiâ non inferior erat Plato Euclide, ſed non eam ſolam profitebatur. Ergo ceſſit profeſſioni, quia Euclides Geometriam, Plato verò Philoſophiam profitebatur. 5 Poſtquam autor illorum exempla poſuit, qui ſuæ artis autores optimi fuerunt, de his jam dicit, qui diſputatores fuêre. 6 Cives Athenienſes ſe jactant, propter operis magnitudinem atque præſtantiam, loco, ubi arma & præcipuè navium inſtrumenta reponuntur. 7 Dignum quod ab omnibus videatur. 8 Principem ædificantium. 9 In armamentario illo extruendo. 10 Loco patenti, unde ab omnibus conſpici & audiri poſſet. 11 Quia non erat cultior lingua, quam Attica. 12 Sc. *cenſuit*, aut *dixit*. 13 Apelles. 14 Calceamento in pede imaginis à ſe depictæ. 15 Extremitatibus, quibus crepidæ aut capiuntur, ſicut pocula, aut ligantur. Sunt enim, qui anſulis magis, quam fibulis, delectentur. 16 Picto ſc. in cujus pede crepidam damnaverat. 17 Ad res, quarum cognitionem non haberet. Undè in proverbium abiit, *Ne ſutor ultra crepidam* ſc. *inquirat* aut *judicet*, id eſt, ultra quod didicit.

## CAP. XIII.

# DE SENECTUTE MEMORABILI.

| IN ROMANIS. | IN EXTERNIS. |
|---|---|
| 1 M. Valerio Corvo ſexies COS. | 1 Hierone Siciliæ, & Maſiniſsâ Numidiæ regibus. |
| 2 L. Metello pont. max. | 2 Gorgiâ Leontino. |
| 3 Q. Fabio Max. Verrucoſo. | 3 Xenophilo Chalcidenſi. |
| 4 M. Perpernâ cenſorio. | 4 Arganthonio Gaditanorum rege. |
| 5 App. Claudio Cæco. | 5 Æthiopibus, Indis, & Epimenide Cnoſio, |
| 6 Mulieribus, Livia, Terentiâ, & Clodiâ. | 6 Gente Epiorum Ætolâ. |
| | 7 Danthone quodã, & Lachmiorum regibus duobus. |

[1] Senectus quoque ad ultimum ſui finem [2] provecta, in hoc eodem opere, inter exempla [3] induſtriæ, in aliquot [4] claris viris conſpecta eſt, ſperatum tamen & proprium titulum habeat: [5] ne, cui Deorum immortalium præcipua indulgentia [6] adfuit, [7] ei noſtra [8] ornata mentio defuiſſe exiſtimetur. Et ſimul ſpe diuturnioris vitæ, quaſi [9] adminicula quædam dentur: quibus [10] inſiſtens,

1 De ſenectute dicturus, objectioni cuidam tacitè occurrit, hæc eadem fermè exempla in capitulo de Induſtriâ fuiſſe notata: quamvis, inquit, aliquot clariſſimos viros ad extremam uſque ſenectutem cum ſummo ſtudio & induſtriâ perveniſſe dixerimus; hic tamen ſeparatim de ipsâ ſenectute ſuo titulo memoriæ prodendum eſt, ut, quorum ætati Dii fuerunt propitii, noſtrâ ope & laude non defraudentur: hinc illa utilitas oritur, quòd multi his exemplis ad ſpem diuturnioris vitæ excitabuntur, & erunt hæc exempla quædam quaſi adminicula longioris ævi, quibus ſenes reſpectu antiquæ felicitatis ad vivendum ſpe fient indies alacriores: nos quoque fiduciam capiemus, noſtri ſæculi tranquillitatem fore diuturnam, principis vitam & incolumitatem hac unâ ſpe prorogando. 2 Producta. 3 Cùm de ſtudio & induſtriâ, ad extremum uſque vitæ ſervatis, loqueremur. 4 Ut in Catone, Socrate, Cleanthe, multiſque aliis, quos ſuprà memoravimus. 5 Ne illis, noſtro labore deſimus, quò minùs eos literarum monumentis ornemus, quorum ætati Dii maximè fuerè indulgentes, ut eos diutiſſimè vivere voluerint. 6 Præſens & auxiliatrix fuit. 7 Senectuti. 8 Ornativa. 9 Media. 10 Innitens.

ala-

lacriorem ſe reſpectu [1] vetuſtæ felicitatis facere quis poſſit: tranquillitatemque ſæculi noſtri, qua nulla unquam beatior fuit, ſubinde fiducia confirmet, [2] ſalutaris principis incolumitatem ad longiſſimos [3] humanæ conditionis terminos [4] prorogando.

1 M. Valerius [5] Corvus centeſimum annum complevit: cujus inter primum & ſextum conſulatum quadraginta ſeptem anni interceſſerunt: [6] ſuffecitque integris viribus corporis non ſolùm ſpecioſiſſimis reipublicæ miniſteriis, ſed etiam exactiſſimæ agrorum ſuorum culturæ, & civis & patris familias optabile exemplum.

2 [7] Cujus [8] vitæ ſpatium [9] æquavit [10] Metellus, quartoque anno [11] poſt conſularia imperia, ſenex admodum pont. max. creatus, [12] tutelam cæremoniarum per duos & viginti annos, neque ore in votis [13] nuncupandis [14] hæſitante, neque in ſacrificiis faciendis [15] tremula manu, geſſit.

3 Q. autem Fabius Max. duobus & ſexaginta annis auguratus ſacerdotium [16] ſuſtinuit, [17] robuſta jam ætate id adeptus: quæ [18] utraque tempora [19] ſi in unum conferantur, facilè [20] ſæculi modum expleverint.

4 Jam de M. Perperna quid loquar? qui omnibus, quos in ſenatu conſul [21] rogaverat, [22] ſuperſtes fuit: ſeptem quoque tantummo-

1 Quæ contigit veterrimis quibuſque.
2 Tiberii.
3 Vitæ homini à fatis datæ.
4 Producendo, extendendo ſc. ſpe.
5 Sive *Corvinus*: ſic dictus, teſte Livio, quòd Gallum, à quo provocatus fuerat ad ſingulare certamen, inſidente galeâ corvo, & unguibus roſtroque infeſtante hoſtem interemit.
6 Satis fuit, aut ſatisfecit.
7 M. Valerii Corvini.
8 Centum annorum.
9 Ad æqualem numerum vivendo perduxit.
10 Pius cognominatus, ejus Metelli pater, qui à devictâ inſulâ *Cretâ* *Cretici* nomen eſt aſſecutus.
11 Poſtquam conſul fuerat.
12 Protectionem myſteriorum rerum divinarum. 13 Pronunciandis nominatim. Quia, ut ſuprà diximus, duplex eſt votum, conceptivum & nuncupativum. 14 Vacillante aut titubante. 15 Tremente. 16 Potenter geſſit ſacerdotium pertinens ad Augures. 17 Utpote in virilitate: & ita probabiliter ad triceſimum octavum annum pervenerat. 18 Sexaginta duorum annorum, & robuſtæ ætatis, quæ eſt 36 aut 38 annnorum. 19 Si ſimul computentur. 20 Centum anorum menſuram. 21 Sententiam ſc. *Al. vocaverat*: quòd ſi ita legendum ſit legatur in *Senatum*, ut ſit, quos vocaverat, cùm eſſet conſul, in Senatum, id eſt, ut convenirent in curiam. 22 Supervixit, id eſt, poſt omnes illos Sènatores vixit.

dò,

dò, quos cenſor collega L. Philippi [1] legerat, è patribus conſcriptis [2] reliquos vidit, toto [3] ordine ampliſſimo [4] diuturnior.

5 Appii vero [5] ævum clade metirer, quia infinitum numerum annorum [6] orbatus luminibus exegit; niſi quatuor filios, & quinque filias, [7] plurimas clientelas, rem denique publicam hoc caſu gravatus fortiſſimè rexiſſet. Quinetiam [8] feſſus jam vivendo, [9] lectica ſe in Curiam deferri juſſit, ut cum [10] Pyrrho [11] deformem pacem fieri prohiberet. [12] Hunc cæcum aliquis nominet, à quo patria, quod honeſtum erat, per ſe parum cernens, coacta eſt [13] pervidere?

6 Muliebris etiam vitæ ſpatium [14] non minus longum in compluribus apparuit, quarum aliquas [15] ſtrictim retuliſſe me, ſatis erit. Nam & Livia [16] Rutilii ſeptimum & nonageſimum, & Terentia [17] Ciceronis [18] tertium & centeſimum, & Clodia Aufilii quindecim filiis [19] ante [20] amiſſis, quintumdecimum & centeſimum explevit annum.

## E X T E R N A.

1 [21] Jungam his [22] duos reges: quorum [23] diuturnitas populo Rom. fuit [24] utiliſſima. Siciliæ rector Hiero ad nonageſimum annum pervenit. Maſiniſſa, Numidiæ rex, [25] hunc

1 In Senatores elegerat.
2 In vitâ relictos.
3 Senatorio.
4 In vitâ. Vixiſſe annos 98 Plinius ait.
5 Vitæ ſpatium cæcitate oculorum menſurarer, id eſt, terminarem Appii vitam uſque ad cæcitatem: reliquum autem tempus, quo cæcus vixit, non vitam, ſed mortem potiùs nominarem.
6 Cæcus; quòd Herculis ſacra ad humile ſervorum miniſterium transtuliſſet.
7 Plurimos, qui ſuæ fidei & patrocinio ſe commiſerant.
8 Senio jam confectus.
9 In quâ ægrotantes, & ingredi nequeuntes, deferri ſolent.
10 Epirotarum rege.
11 Turpem reipublicæ Romanæ.
12 Talem virum, tam multa animo videntem, quæ Senatus non præviderat, nemo jure cæcum appellaverit.
13 Per conſilium illius.
14 Quam in viris.
15 Breviter.
16 Conjux ſc, aut filia. Formula loquendi antiqua eſt, quâ mulieres, adjunctis maritorum nominibus, notabantur.
17 Uxor ſc, quæ ab eo repudiata nupſit Criſpo Salluſtio, Ciceronis inimico, deinde Hortenſio.
18 CXVII. ſcribit Plinius.
19 Quam moreretur.
20 Per mortem.
21 De externis dicturus digniora exempla propoſuit duorum regum.
22 Hieronem & Maſiniſſam.
23 Vitæ ſc. id eſt, longa vita.
24 Quia ambo fautores illi vixerunt.
25 Hanc vitæ menſuram aut terminum ſuperavit, quippe qui centum implevit annos, robore tanto in eâ ætate, ut adoleſcentiæ vires, licet diminutas, non deſiderare videretur.

modum

modum exceſſit, [1] regni ſpacium [2] ſexaginta annis emenſus, vel antè omnes homines [3] robore ſenectæ admirabilis. Conſtat eum, quemadmodum Cicero refert libro, quem de Senectute ſcripſit, nullo unquam imbre, nullo frigore, ut caput ſuum [4] veſte tegeret, [5] adduci potuiſſe. [6] Eundem ferunt aliquot horis [7] in eodem veſtigio perſtare ſolitum, non antè moto pede, quam [8] conſimili labore juvenes fatigaſſet: Ac ſi quid agere aſſidentem oporteret, toto die ſæpenumero nullam in partem converſo corpore [9] in ſolio duraſſe. [10] Ille verò etiam exercitus equo inſidens, [11] noctem diei plerumque jungendo duxit: nihilque omninò ex iis operibus, quæ adoleſcens [12] ſuſtinere aſſueverat, cum illam ſenectutem ageret, omiſit. Veneris etiam uſu ita ſemper viguit, ut poſt ſextum & octogeſimum annum filium generarit, cui Methymnato nomen fuit. Terram quoque, quam [13] vaſtam & [14] deſertam [15] acceperat, perpetuo culturæ ſtudio frugiferam reliquit.

2 [16] Gorgias etiam Leontinus Iſocratis, & complurium magni ingenii virorum præceptor, ſua ſententia feliciſſimus. Nam cùm centeſimum & ſeptimum ageret annum, interrogatus quapropter tamdiu vellet in vita remanere: Quia nihil, inquit, habeo, [17] quod Senectutem meam accuſem. Quid iſto [18] tractu ætatis aut longius, aut beatius? Jam alterum ſæculum ingreſſus, neque in [19] hoc querelam ullam invenit, neque in illo [20] reliquit.

3 [21] Biennio minor Xenophilus Chalciden-

1 Quo regnavit.
2 Cùm annos ſexaginta regnaſſet.
3 Quia fuit quovis ſene robuſtior.
4 Ut capitio, aut tiarâ, aut pileo, &c.
5 Cogi, aut perſuaderi.
6 Maſiniſſam.
7 Non motis pedibus ſtantem manſiſſe: quod idem legitur de Socrate.
8 Perſtandi in eodem veſtigio.
9 In regiâ ſede permanſiſſe.
10 Maſiniſſa.
11 Equitando totum diem & partem noctis antequam deſcenderet.
12 Tolerare.
13 Nullo fructu aut domicilio ornatam.
14 Ab habitatoribus.
15 In principio regni.
16 Longiſſimæ & feliciſſimæ ætatis Gorgias Leontinus, in ſenectute ſuâ nulla imbecillitatis incommoda ſenſit, ſed ad extremum uſque ſui fati diem robuſtus permanſit.
17 Propter quod.
18 Spatio vitæ, ſcilicet centum & ſeptem annorum.
19 Secundo ſæculo.
20 Quia neque juſtam habuit querendi cauſam, neque injuſtè queri voluit.
21 Duorum annorum ſpatio junior fuit, quam Gorgias.

ſis [1] Pythagoricus, ſed felicitate non [2] inferior. Siquidem (ut ait Ariſtoxenus muſicus) omnis [3] humani incommodi [4] expers, in ſummo [5] perfectiſſimæ ſplendore doctrinæ extinctus eſt.

4 Arganthonius autem [6] Gaditanus tamdiu regnavit, quamdiu etiam ad ſatietatem vixiſſe abundè foret. Octoginta enim annis patriam ſuam rexit, cum ad imperium quadraginta annos natus acceſſiſſet: cujus rei certi ſunt auctores. Aſinius etiam Pollio [7] non minima pars Rom. ſtyli, in tertio hiſtoriarum ſuarum libro centum illum & viginti annos expleſſe commemorat: & [8] ipſe [9] nervoſæ vivacitatis [10] haud parvum exemplum.

5 [11] Hujus Regis [12] conſummationem annorum [13] minus admirabilem faciunt [14] Æthiopes: [15] quos Herodotus ſcribit centeſimum & vigeſimum annum tranſgredi. Et Indi, de quibus [16] Cteſias [17] idem tradit. Et Epimenides [18] Cnoſius: quem Theopompus dicit ſeptem & quinquaginta & [19] centum annos vixiſſe.

6 Hellanicus verò ait, quoſdam ex gente [20] Epiorum, quæ pars eſt Ætoliæ, ducentos explere annos: eique [21] ſubſcribit Damaſthes, hoc amplius affirmans, Litorium quendam ex his maximarum virium, ſtaturæque præcipuæ, trecenteſimum annum cumulaſſe.

1 Sectator Pythagoræ. 2 Minor. 3 Hominibus accidere ſoliti. 4 Immunis. 5 Nihil ei ſeni defuit ad perfectam philoſophiæ doctrinam. 6 In ultimis Hiſpaniæ natus. 7 Non contemptibilis, ſed egregius exercitator ſtili Romani, id eſt, ſcribendo Romanè, quippe qui Romanum ſtilum probè teneret. 8 Aſinius Pollio. 9 Quia ipſe etiam diu vixit. 10 Magnum. 11 Arganthonii. 12 Perfectionem, deductionem ad finem. 13 Quia non eſt magnoperè mirandum in uno ſemel contigiſſe, quod in univerſo populo quotidiè ferè contingit. 14 Dicti ab αἴθω *niger*, & ὤψ *vultus*, eò quod *vultum* nimio ſolis ardore *nigrum & aduſtum* habeant: vel ab *Æthiope*, Vulcani filio, qui totam Æthiopiam à ſe denominavit. 15 Scribit Herodotus Scytharum regem legatis Cyri, regis Perſarum, ſenes complures oſtendiſſe, qui centum & viginti annos peregerant. 16 Antiquiſſimus hiſtoriarum ſcriptor. 17 Quod Herodotus de Æthiopibus, ſc. quòd centeſimum & trigeſimum annum tranſgrediantur. 18 Cretenſis, & Cnoſio vico oriundus philoſophus, ſc. *facit conſummationem hujus regis minùs admirabilem.* 19 Suprà centum. 20 Quæ eſt pars Achaiæ. 21 Suffragatur, aſſentitur.

7 [1] Ale-

7 1 Alexander vero in eo volumine, quod de Illyrico tractu compoſuit, affirmat Dan-[thona] quendam ad quingenteſimum uſque an-[num] 3 nulla ex parte ſeneſcentem proceſſiſſe. [Se]d multò 4 liberaliùs 5 Xenophon, 6 cujus [...] legitur; Inſulæ enim Lachmiorum [re]gem octingentis vitæ annis donavit. Ac ne [pa]ter ejus parum benignè 7 acceptus videretur, [hi]quoque ſexcentos aſſignavit annos.

1 Hiſtoriographus & coſmographus, qui compoſuit librum de longitudine maris Illyrici: in quo præter cætera, memoratu digna, illud de Danthone quodam refert. 2 Quantum mare Illyricum [ex]tenditur. 3 Neque animi, neque corporis viribus deficientem, non ſapien-[tiâ], non memoriâ carentem, quæ ſenectutis vitia eſſe ſolent. 4 Largiùs de-[dit] hominibus vitæ longitudinem. 5 Athenienſis Philoſophus, Socratis [diſ]cipulus. 6 Xenophontis opus aut liber. 7 A Xenophonte.

## CAP. XIV.

# DE CUPIDITATE GLORIÆ.

| IN ROMANIS. | IN EXTERNIS. |
|---|---|
| 1 P. Africano majore. | 1 Themiſtocle Athenienſi. |
| 2 D. Bruto Gallaico. | 2 Alexandro Magno. |
| 3 Cn. Pompejo Magno. | 3 Ariſtotele Stagiritâ. |
| 4 Sylla Felice. | 4 Pauſaniâ Macedone. |
| 5 Equite quodam. | 5 Heroſtrato. |
| 6 C. Fabio Pictore. | |

Gloria autem 2 undè oriatur, aut cujus ſit 3 habitus, aut 4 quâ ratione debeat

1 Scripturus de cupiditate gloriæ, ejus ſe definitionem, & originem, & [ha]bitum, & modum prætermittere velle dicit, cùm id magis Philoſophorum, [qu]am ſcriptorum, ſit. Philoſophi enim, de rebus diſputantes, ab earum ſem-[p]er definitione incipiunt: ſcriptores verò res geſtas dictis illuſtrare ſuis, & [fa]ctis autores, & autoribus facta reddere contenti ſunt. Itaque gloriæ defini-[ti]one prætermiſſa, tantum eorum exempla ſubjungit, qui ejus cupidi fuerunt. [2] An à magnitudine animi, an ab ambitione. 3 Utrum virtutis, an vitii, [v]el an eligibilis, an contemptibilis. Nam ſi ab ambitione proficiſcitur, vitium [e]ſt, & tunc habitus eſt contemptibilis: ſi ab animi magnitudine, virtus, & tunc [e]t habitus eligibilis. 4 Quo modo debeat acquiri, an rebus bellicis, an do-[me]ſticis: nam ex rerum publicarum adminiſtratione, vel ex bellis gerendis s [v]el ex ſtudiis literarum gloria comparatur.

com-

comparari, & an melius [1] à virtute ac veluti [2] non neceſſaria, negligatur; viderint ii, quorum [3] in contemplandis hujuſmodi rebus cura teritur: quibuſque illa, quæ prudenter animadverterunt, facunde [4] contigit eloqui. Ego in hoc opere [5] factis [6] auctores, & auctoribus facta ſua reddere contentus, quanta cupiditas ejus eſſe ſoleat, [7] propriis exemplis demonſtrare conabor.

1 [8] Superior Africanus Ennii poëtæ effigiem [9] in monumentis Corneliæ gentis collocari voluit, quòd ingenio [10] ejus opera ſua illuſtrata judicaret. Non quidem ignarus quamdiu Romanum imperium floreret, & Africa Italiæ pedibus eſſet ſubjecta, totiuſque terrarum orbis ſummum [11] columen arx Capitolina poſſideret, [12] eorum [13] extingui memoriam non poſſe: Si tamen literarum quoque lumen [14] illis acceſſiſſet, magni æſtimans. Vir [15] Homerico, quam [16] rudi atque impolito præconio, dignior.

2 [17] Similiter honoratus animus erga Poëtam Accium D. Bruti ſuis temporibus clari ducis extitit: cujus familiari cultu, & [18] promta laudatione delectatus, ejus verſibus templorum [19] aditus, quæ ex [20] manubiis [21] conſecraverat, adornavit.

3 [22] Ne Pompejus quidem Magnus ab hoc affectu gloriæ [23] averſus: qui Theophanem Mitylenæum, ſcriptorum rerum [24] ſuarum,

1 Ab homine virtutis ſtudioſo.
2 Ad aſſecutionem veræ virtutis, quaſi ſatis ſit conſcientia rectè factorum.
3 Philoſophi origines vitiorum atque virtutum diligenter inquirunt.
4 Datum eſt
5 Rebus geſtis.
6 Quia ea fecerunt.
7 Aptis.
8 Scipio Major, Carthaginis domitor.
9 In ſepulchris ad memoriam ſervandam exſtructis; vel inter ſtatuas & titulos. Nam *monumenta* dicuntur ſepulchra, hiſtoriæ.
10 Ennii Poëtæ.
11 Suſtentaculum, imperium. *Capitolium* enim arx fuit urbis Romæ, quæ totius orbis terrarum aliquando poſſedit imperium.
12 Monumentorum Corneliæ gentis.
13 Penitùs deleri. 14 Monumentis gentis ſuæ additum eſſe. 15 Qui ab Homero, Poëtarum præſtantiſſimo, laudetur. 16 Quale erat Ennii, qui ſententias bonas incultis verbis involviſſe dicitur, Undè & Virgilius dixiſſe fertur, ſe aurum ex ſtercore Ennii colligere, dùm ſententias indè erueret. 17 Quia non alio Decius Brutus Accium, quam Ennium Scipio, honore fuerat profecutus. 18 Quia D. Brutum carminibus laudaverat. 19 Veſtibula. 20 Hoſtium ſpoliis. 21 Diis conſtructa dicaverat. 22 Nec Pompejus diſſimulavit gloriæ cupidum eſſe. 23 Alienus, abhorrens. 24 A ſe, id eſt, Pompejo geſtarum.

in

in [1] concione militum [2] civitate donavit, [3] beneficium [4] per ſe amplum, accurata etiam & [5] teſtata oratione proſecutus: Quo effectum eſt, ut ne quis dubitaret, quin referret potius [6] gratiam, quam [7] inchoaret.

4 L. autem Sylla, [8] etſi ad neminem ſcriptorem animum direxit; tamen [9] Jugurthæ, à Boccho [10] rege ad [11] Marium perducti, totam ſibi laudem tam cupidè [12] aſſeruit, ut annulo, quo [13] ſignatorio utebatur, inſculptam illam [14] traditionem haberet. Et quantus poſtea! ne minimum quidem gloriæ veſtigium contempſit.

5 Atque ut imperatoribus [15] glorioſum militis ſpiritum ſubnectam; Scipionem [16] dona militaria iis, qui [17] ſtrenuam operam edideꝛant, dividentem, T. Labienus, ut forti equiti aureas [18] armillas tribueret, admonuit: [19] Eoque negante ſe id facturum, ne [20] caſtrenſis honos [21] in eo, qui paulò antè ſerviſſet, [22] violaretur, [23] ipſe ex præda Gallica aurum equiti largitus eſt. [24] Nec tacitè id Scipio tulit: [25] donum equiti, Habebis, inquit [25] donum viri divitis. Quod ubi ille accepit, projecto ante pedes Labieni auro, [26] vultum demiſit. [27] Idem ut audiit Scipionem dicentem, Imperator te argenteis armillis donat: alacer gaudio abiit. Nulla

1 Oratione, quam habuit ad milites.
2 Civem Romanum fecit.
3 Donationis civitatis.
4 Sine adjectione elogii magnificum.
5 Publicè facente hoc nomine ipſum civitate donatum.
6 Debitam.
7 Iniret novam.
8 Quanquam ſuis rebus nullum ſcriptorem adhibuit.
9 Numidiæ regis.
10 Mauritaniæ.
11 Imperatorem, cujus legatum Sylla agebat.
12 Attribuit.
13 Quo ad obſignandas tabellas utebatur.
14 Jugurthæ à Boccho.
15 Gloriæ affectatorem.
16 Quibus Imperatores, partâ victoriâ, milites ſuos pro cujuſque meritis & virtute donabant. Ad excitandam enim in animis hominum virtutem ſapientiſſimi Imperatores Romani, apud quos armorum & imperii gloria fuit, variis donis ſuos milites, qui pro republicâ fortiter pugnaſſent, donare conſueverant, armillis, haſtis, equis, coronis militaribus, aliiſque muneribus, quibus cæteri ad laudis ſtudium, & gloriæ cupiditatem incendebantur. 17 In re bellicâ adverſus hoſtes. 18 Ornamenta brachiorum, quibus Sabini Gallique præcipuè utebantur. 19 Scipione Imperatore. 20 Honor qui debetur militibus benè de republicâ meritis. 21 Sc. ſi conferretur in eum. 22 Corrumperetur. 23 Ipſe Labienus ex portione, quam obtinuerat, ut legatus, ex prædâ Gallis direptâ, aurum, unde fierent armillæ, equiti dedit. 24 Tacere non potuit Scipio, ubi vidit à Labieno datas armillas eſſe militi. 25 Sc. armillas aureas, quas ut privatus dederat Labienus. 26 In ſignum indignationis. 27 Eques.

eſt

eſt ergo tanta humilitas, quæ dulcedine gloriæ non tangatur.

6 [1] Illa vero etiam à claris viris interdum ex humillimis rebus [2] petita eſt. Nam quid ſibi voluit C. [3] Fabius nobiliſſimus civis? qui cùm in æde Salutis, quam C. Junius Bubulcus dedicaverat, parietes pinxiſſet, [4] nomen his ſuum inſcripſit. Id enim [5] demum ornamenti familiæ, conſulatibus, & [6] ſacerdotiis, & triumphis celeberrimæ, deerat. [7] Cæterum [8] ſordido [9] ſtudio deditum ingenium, qualemcunque illum laborem ſuum ſilentio [10] obliterari noluit: Videlicet [11] Phidiæ ſecutus exemplum, qui clypeo [12] Minervæ effigiem ſuam incluſit: qua [13] convulſa, tota operis [14] colligatio ſolveretur.

1 Gloria.
2 Quæſita.
3 Sc. Pictor.
4 Ut, Q. Fabius hoc opus depinxit. Quin & *Pictor* indè appellatus eſt.
5 Solùm.
6 Nam ex Fabiis quidam fuêre Pontifices, Augures, flamines.
7 Ideò ſuum nomen inſcripſit picturæ, ne illius artis, quantulacunque foret, gloria ex hominum memoriâ laberetur.
8 Humili & vili reſpectu gloriæ bellicæ, aut reip. adminiſtrationis, & quod quæſtus gratiâ ſuſcipitur, ut pictura.
9 Arti pingendi.
10 Deleri.
11 Optimi ſtatuarii apud Athenas.
12 A ſe ſculptæ.
13 Confractâ.
14 Compoſitio deſtrueretur.

## EXTERNA.

1 Sed meliùs aliquantò, [15] ſi imitatione aliena capiebatur, [16] Themiſtoclis [17] ardorem eſſet æmulatus: quem ferunt [18] ſtimulis virtutum agitatum, & ob id noctes inquietas [19] exigentem, quærentibus, quid ita eo tempore in publico verſaretur, reſpondiſſe: Quia me trophæa [20] Miltiadis de ſomno excitant. [21] Marathon nimirum animum ejus, & [22] Artemiſium, & [22] Salamis [23] navalis gloriæ fertilia nomina [24] illuſtranda [25] tacitis facibus incitabant. Idem [26] theatrum petens, cùm interrogaretur, cujus vox auditu illi futura eſſet gratiſſima, dixit: Ejus, à quo [27] artes meæ ca-

15 Si Fabius Pictor aliquem imitari volebat, cujus auctoritate fulciretur. 16 Ducis Athenienſis. 17 Vehementem gloriæ affectionem eſſet imitatus. 18 Irritamentis. 19 Tranſigentem. 20 Quæ clariſſimus Miltiades de hoſtibus reportaverat. 21 Campus, clarus victoriâ Miltiadis, & Athenienſium. 22 Loca Græciæ. 23 Ex navali pugnâ pariendæ. 24 Tempore futuro. 25 Occultis ſtimulis, & jam tùm animo conceptis, & nondum editis. 26 Spectaculum ludorum Scenicorum. 27 Peritiæ in re militari, id eſt, qui me maximè laudaverit.

nentur

ventur optime. [1] Dulcedinem gloriæ penè adjecit glorioſam.

[2] Jam Alexandri pectus [2] inſatiabile laudis, qui Anaxarcho, comiti ſuo, ex auctoritate Democriti præceptoris innumerabiles mundos eſſe referenti, Heu me, inquit, miſerum; quòd ne [3] uno quidem adhuc potitus ſum! Anguſta [4] homini poſſeſſio gloriæ fuit, quæ Deorum omnium domicilio ſufficit.

[3] [5] Regis & juvenis flagrantiſſimæ [6] cupiditatis ſimilem Ariſtotelis in [7] capeſſendâ laude [8] ſitim ſubnectam. Is namque Theodecti diſcipulo oratoriæ artis libros, quos [9] ederet, donaverat: moleſtèque poſtea ferens [10] titulum eorum ſic alii [11] ceſſiſſe; [12] proprio volumine quibuſdam rebus inſiſtens, planius ſibi de his in [13] Theodectis libris dictum eſſe adjecit. [14] Niſi me tantæ & tam latè patentis ſcientiæ verecundia teneret, dicerem dignum philoſophum, cujus ſtabiliendi mores altioris animi philoſopho traderentur. Cæterùm gloria ne ab his quidem, [15] qui contemptum ejus introducere conantur, negligitur: quoniam quidem ipſis [16] voluminibus nomina ſua diligenter adjiciunt; ut quod [17] profeſſione elevant, [18] uſurpatione memoriæ conſe-

1 Addendo illud effecit penè dulcedinem gloriæ glorioſam.
2 Inexplebile.
3 Mundo.
4 Alexandro. Q. d. verè inſatiabile fuit pectus Alexandri, non enim illi ſufficiebat, quod omnibus Diis ſufficere poteſt. Undè Juv. Sat. 10. *Unus Pellæo juveni non ſufficit orbis*, id eſt, Alexandro à *Pellâ*, Macedoniæ coloniâ, dicto, ubi recenſebantur equi à Philippo patre.
5 Alexandri. Probat exemplo Ariſtotelis, neminem eſſe, qui non laudis & gloriæ cupiditate tangatur: nam Ariſtoteles, qui princeps Philoſophorum creditur, & eorum, qui de contemnendâ gloriâ præcepta tradiderunt, ipſam gloriam vehementer appetiit. 6 Gloriæ ſc. 7 Captandâ. 8 Affectionem & deſiderium. 9 Theodectus in lucem emitteret ſuo nomine tanquam à ſe compoſitos. 10 Inſcriptionem. 11 Se conceſſiſſe. 12 In volumine ſuo nomine edito quaſdam res tractans. 13 Quos Theodectes ediderat, licet ab Ariſtotele eſſent compoſiti. 14 Niſi me tanti philoſophi auctoritas deterreret ac retraheret, dicerem conſtantiori Philoſopho Ariſtotelem fuiſſe tradendum, à quo ejus mores inconſtantes corrigerentur, confirmarenturque. 15 Qui de contemnendâ gloriâ libros ſcripſerunt, nomina ſua, ut gloriam conſequantur, in fronte librorum poſuerunt. 16 Quæ de contemnendâ gloriâ conſcripſerunt. 17 Doctrinâ ſuâ deprimunt & contemnendum docent. 18 Celebratione memoriæ obtineant.

quantur.

quantur. Sed qualiſcunque [1] horum diſſimulatio, propoſito illorum longè tolerabilior eſt, qui dummodò æternam memoriam aſſequantur, etiam ſceleribus [2] innoteſcere non dubitarunt.

4 [3] Quorum è numero neſcio an inprimis [4] Pauſanias debeat referri: Nam cùm [5] Hermocratem percontatus eſſet, quonam modo ſubitò clarus poſſet evadere: atque is reſpondiſſet, ſi illuſtrem virum aliquem occidiſſet, futurum ut gloria [6] ejus ad ipſum redundaret: continuò [7] Philippum interemit. [8] Et quidem quod petierat, aſſecutus eſt: tam enim ſe [9] parricidio, quam Philippus virtute notum poſteris reddidit.

5 [10] Illa verò gloriæ cupiditas ſacrilega: [11] inventus eſt enim, qui Dianæ Epheſiæ templum [12] incendere vellet, ut opere pulcherrimo conſumpto, nomen ejus per totum terrarum orbem [13] disjiceretur. Quem quidem mentis furorem [14] eculeo impoſitus [15] detexit. At [16] bene conſuluerant Epheſii, [17] decreto memoriam teterrimi hominis abolendo: niſi [18] Theopompi magnæ facundiæ ingenium in hiſtoriis [19] eum ſuis comprehendiſſet.

1 Qui dicunt ſe gloriam contemnere. Q. d. Etiamſi vituperanda ſit, tolerabilior tamen eſt eorum, qui peſſimo facinore illam ſibi uſurpare voluerunt: qualis Pauſanias adoleſcens, qui Philippum, Macedoniæ regem, occîdit; qualis ille, qui Epheſiæ Dianæ templum incendit. Hi enim etiam ſceleribus innoteſcere voluerunt.
2 Notiores fieri.
3 Sceleribus innoteſcere volentium.
4 Madeconicus nobilis adoleſcens, Cereſtis filius, & ab Oreſte inclytum genus trahens. Valerius à Juſtino & Plutarcho diſſentit: non enim gloriæ, ſed ultionis cupiditate, ad Philippi cædem Pauſaniam impulſum eſſe dicunt, adhortante, ut vult Plutarchus, Alexandro, & Olympiade multò magis incitante, quoniam periniquo animo ferret, ſe ſpretam à Philippo, & aliam ſibi ſuperinduci Attali regis filiam Cleopatram.
5 Sapientem. 6 Illuſtris viri. 7 Macedonum regem, Alexandri Magni patrem. 8 Egregium & immortale nomen cæde Philippi ſibi comparavit. 9 Occidendo patrem patriæ, id eſt, regem. 10 Hæc verè ſcelerata fuit gloriæ cupiditas, quòd etiam in Deos graſſari non dubitaverit. 11 Phlegia aut Heroſtratus. 12 Innuere videtur Valerius non incendiſſe, ſed incendere voluiſſe. Conſtat tamen incenſum fuiſſe, & totum conflagraſſe. 13 Diſpergeretur, celebraretur. 14 Inſtrumento tortorio formam equi habente. 15 Aperuit. 16 Bonam rationem conſilii inierant. 17 Quia decreto prohibuerunt nomen ejus, aut in ore, aut in ſcripto cujuſquam haberi. 18 Hic fuit Iſocratis diſcipulus, Tragicus Poëta & Orator eximius. Fuit & alter Theopompus, Lacedæmoniorum rex. 19 Ejus nomen.

CAP.

# CAP. XV.

## QUÆ CUIQUE MAGNIFICA CONTIGERUNT.

ROMANIS.

1 P. Africano majori.
2 M. Catoni cenſorio.
3 P. Scipioni Naſicæ.
4 P. Scipioni Æmiliano.
5 M. Valerio Corvo.
6 Q. Mucio Scævolæ.
7 C. Mario.
8 Cn. Pompejo Magno.
9 Q. Lutatio Catulo.
10 M. Catoni Uticenſi.
11 L. Marcio eq. Rom.
12 Sulpiciæ Ser. F. Q. Flacci.

EXTERNIS.

1 Pythagoræ Samio.
2 Gorgiæ Leontino.
3 Amphiarao vati.
4 Pherenicæ mulieri Græcæ.

[1] Candidis autem animis voluptatem præbuerint in conſpicuo poſita, quæ cuique magnifica meritò contigerunt: Quia æquè [2] præmiorum virtus, atque honorum contemplatio jucunda eſt; ipsâ [3] naturâ nobis alacritatem ſubminiſtrante, cùm honorem induſtriè appeti, & exolvi [4] gratè videmus. Verùm etſi [5] mens hoc loco protinùs ad [6] Auguſtam domum beneficentiſſimum & [7] honoratiſſimum templum omni impetu fertur, [8] meliùs cohibebitur: quoniam [9] cui aſcenſus in cœlum patet, quamvis maxima, [10] debito tamen minora ſunt, quæ in terris tribuuntur.

1 Claris & virtute præſtantibus, aut nullo livore ſordentibus. Operæ pretium eſt omnibus, ſua cujuſque virtuti præmia referri: nam duce naturâ lætamur omnes & jucunditate replemur, cùm debitum honorem exolvi virtuti noſtræ videmus: dicendum igitur de his, quæ cuique magnifica meritò contigerunt. 2 Cùm reddita virtuti præmia honoreſque videmus, id rectè factum eſſe judicamus, & ex eâ revoluptatem capere ſolemus: virtus enim præter honorem præmium quoque meretur. 3 Quæ benigna eſt & minimè invida. 4 Grato animo. 5 Mea ſc. 6 Imperatoriam, ſed potiſſimum Auguſti. Octavii & Tiberii. 7 Auguſtorum, qui in terris pro Diis habiti ſunt. 8 Decentiùs impedietur, reprimetur ab impetu ſuo, id eſt, à ſcribendo de Tiberio. 9 Ut Auguſtis. 10 Et ita ſatius ducit de Auguſtis nihil, quam parùm, aut non ſatis, dicere: ſicut de Carthagine ſenſit Salluſtius.

I [1] Superiori Africano conſulatus [2] citerior legitimo tempore datus eſt. Cui quæ in vita præcipua aſſignata ſunt, & longum eſt referre, quia multa: & non neceſſarium, quia majore ex parte jam [3] relata ſunt. Itaque quod hodièque eximium, capiti adjiciam. Imaginem in [4] cella [5] Jovis opt. max. poſitam habet; quæ, quotieſcunque funus aliquod Corneliæ genti celebrandum eſt, [6] indè petitur: unique illi [7] inſtar atrii Capitolium eſt.

2 [8] Tam herclè, quam Curia ſuperiori Catoni. Unde effigies illius [9] ad ejuſdem generis officia [10] expromitur. [11] Gratum ordinem, qui utiliſſimum reipublicæ [12] ſenatorem [13] tantum non ſemper ſecum habitare voluit, omnibus [14] numeris virtutum divitem, magiſque ſuo merito, quam fortunæ beneficio, magnum: [15] cujus prius conſilio, quam minoris Scipionis imperio eſt deleta Carthago.

3 Rarum ſpecimen honoris à Scipione quoque Naſica oboritur: Ejus namque manibus, & penatibus [16] nondum quæſtorii, ſenatus [17] Pythii Apollinis monitu, [18] Peſſinunte [19] accerſitam [20] Deam excipi voluit: quia [21] eodem oraculo præceptum erat, ut [22] hæc mini-

1 Majori. 2 Antequam perveniſſet ad ætatem legitimam, quæ erat triginta annorum. 3 Dicta ſunt in cap. de Moderatione. 4 Sacello. 5 Sc. in Capitolio. 6 E cellâ Jovis. 7 Cùm principum imagines in atriis collocari conſueverint, Scipionis in Capitolio pro atrio poſita fuit. Capitolium igitur inſtar atrii fuit Scipionis imagini. 8 Tantum certè Capitolium eſt Scipioni inſtar atrii, quantum Curia, id eſt, locus, quò Senatus convocari ſolebat, Catoni majori, ſc. Cenſorino. 9 Quoties opus ſit tota familiâ, ut in pompâ funebri. 10 Quaſi è promptuario ſumitur. 11 Laudat Senatorum gratitudinem, qui de patriâ benè meritum, & Reipublicæ quondam amantiſſimum Senatorem virtutum omnium copioſiſſimum, cujus conſilio & auctum & confirmatum eſſet imperium Romanum, ſecum ſemper habitare voluerit. 12 Catonem ſuperiorem. 13 Fermè. 14 Gradibus. 15 Quia duo præſtantiſſimi Senatores inter ſe magnoperè diſſentiebant de evertendâ Carthagine, Cato & Scipio Naſica. Cato ſuadebat evertendam eſſe Carthaginem, quæ fœdera ſæpiùs frangeret, ſæpiuſque rebellaret; at Scipio contrà relinquendam eſſe cenſebat, ut eſſet exercitatio quædam juventuti Romanæ, quæ bellis aſſueta, otioſa eſſe non poſſet. 16 Qui nondum quæſturam geſſerat. 17 Pythonis ſerpentis interfectoris, qui Delphis colebatur. 18 Loco Phrygiæ. 19 Romam. 20 Berecynthiam, quæ mater Deûm cenſebatur. 21 Quo eam accerſendam Apollo Pythius præceperat. 22 Recipi manibus è navibus, & deferri primùm in penates.

ſteria

ſteria Matri Deûm à ſanctiſſimo viro præſtarentur. [1] Explica totos faſtos, conſtitue omnes currus triumphales, nihil tamen morum principatu ſpecioſius reperies.

4 Tradunt ſubindè nobis ornamenta ſua [2] Scipiones commemoranda. [3] Æmilianum enim populus [4] ex candidato ædilitatis, conſulem fecit. [5] Quod fieri oportere, exercitus ſenatum literis admonuit. Ita neſcias utrum illi plus decoris patrum conſcriptorum auctoritas, an militum conſilium adjecerit. [6] Toga enim Scipionem ducem adverſus Pœnos creavit, [7] arma popoſcerunt. Eundemque, cùm [8] quæſtoriis comitiis [9] ſuffragator Q. Fabii, Maximi fratris filii, in [10] campum deſcendiſſet, conſulem iterum reduxit. Eidem ſenatus bis [11] ſine ſorte provinciam; prius [12] Africam, deinde [13] Hiſpaniam dedit. Atque hæc neque civi, neque Senatori ambitioſo: quemadmodum non ſolùm vitæ ejus ſeveriſſimus curſus, ſed etiam mors [14] clandeſtinis illata inſidiis [15] declaravit.

5 M. quoque [16] Valerium duabus rebus inſignibus Dii pariter atque cives [17] ſpecioſum reddiderunt: [18] Illi cum quodam Gallo [19] cominus pugnanti corvum [20] propugnatorem [21] ſubjicientes; [22] hi [23] tertium & vigeſimum annum ingreſſo, conſulatum largiti: quorum [24] alte-

1 Evolve & percurre libros, in quibus faſti dies continebantur, & in quibus reges, conſules, cæterique magiſtratus deſcribebantur, omnes omnium Imperatorum triumphos antè oculos tuos conſtitue, nihil erit quod huic unī de Scipione judicio conferre poſſe videatur: nihil enim majus eſſe poteſt, quam omnium morum omniſque ſanctitatis principatum obtinere.

2 Superior ſc. & Naſica, & inferior.

3 Scipionem minorem in Æmiliorum familiam, per adoptionem, datum.

4 Cùm eſſet candidatus, id eſt, competitor ad ædilitatem obtinendam.

5 Conſulem eum facere. 6 Togatus Senatus. 7 Exercitus & armati milites: & eſt Metonymia. Cic. *Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ.* 8 Convocationibus populi ad creandos quæſtores. 9 Ad ſuffragia obtinenda precator. 10 Martium. 11 Extra ſortem, id eſt, ordinem, nullâ collegæ, cum quo ſortiretur, habitâ ratione. Nam conſules legitimè provincias ſortiebantur, privati autem extra ſortem ex ſpeciali privilegio aut domo eaſdem obtinebant. 12 Cùm delevit Carthaginem. 13 Cùm ſuſtulit Numantiam. 14 Occultis: quia in cubiculo ſuo noctu interemptus eſt. 15 Quia ſi ambitioſus fuiſſet, æmulos timuiſſet, & ab illis ſe muniviſſet, quod quia non fecit, ſimplicem ſe civem declaravit. 16 Corvinum. 17 Spectabilem. 18 Sc. Dii reddiderunt ſpecioſum. 19 Singulari certamine dimicanti. 20 Defenſorem, oculoſque Galli alis ſuis infeſtantem. 21 Clam injicientes. 22 Sc. cives reddiderunt ſpecioſum. 23 Cùm antè trigeſimum lex eum inire vetaret. 24 Beneficium à Diis collatum.

rum decus [1] vetuſtæ originis ac optimi ominis, gens Corvini amplexa [2] cognomen uſurpat: [3] alterum [4] ſummo ſubjungitur [4] ornamento, tam [5] celeritate, quam [6] principio conſulatus gloriando.

6 At ne Q. quidem Scævolæ, [7] quem L. Craſſus in conſulatu collegam habuit, gloria parum illuſtris; Qui Aſiam tam ſanctè, & tam fortiter obtinuit; ut ſenatus deinceps in eam provinciam ituris magiſtratibus, exemplum atque formam officii [8] Scævolam decreto ſuo proponeret.

7 [9] Inhærent illi voci poſterioris Africani ſeptem C. Marii conſulatus, ac [10] duo ampliſſimi triumphi. [11] Ad rogum enim uſque gaudio exultavit: [12] Qui, cùm apud Numantiam ſub [13] eo duce [14] ſtipendia equeſtria mereret, & fortè inter [15] cœnam quidam Scipionem interrogaſſet, ſi [16] quid [17] illi accidiſſet: quemnam reſp. æquè magnum habitura eſſet. [18] Imperator [19] ipſum reſpiciens infra ſe cubantem, vel hunc, dixit: Quo augurio perfectiſſima [20] virtus, maximam [21] orientem virtutem, videritne certiùs, an efficaciùs accenderit, [22] perpendi vix poteſt. Illa nimirum [23] cœna militaris [24] ſpecioſiſſimas tota in urbe Mario futuras cœnas [25] ominata eſt. Poſtquam

1 Valeriorum familia vetuſtâ fuit in urbe Româ, quæ ab hoc Valerio Corvini nomen accepit.
2 Pro cognomine, ut Corvina dicatur.
3 A civibus collatum beneficium.
4 Conſulatui.
5 Quia longè citra legitimum tempus, ſc. vigeſimo tertio ſuæ ætatis anno, conſul creatus fuit.
6 Quia primus in familiâ ſuâ conſul factus fuit.
7 Hoc dicit ad diſcretionem aliorum, quia multi Scævolæ dicti ſunt, ut Augur, ut Pontifex, ut Juriſperitus, ut alii.
8 Ut eâ fide & intregritate, eâ æquitate rempublicam adminiſtrarent, quibus Scævola gubernaſſet.

9 Innituntur & infixi quaſi dependent à voce Scipionis ſeptem Marii conſulatus, qui ſecuti ſunt. 10 Quos C. Marius Arpinas geſſit ac duxit, alterum de Jugurthâ rege Numidiæ, alterum de Cimbris, Senonibus, & Teuthonis. 11 Uſque ad mortem ſuam. 12 Marius. 13 Scipione. 14 Militaret pro mercede in equo. Tunc Decurio fuit Marius. 15 Cœnandum. 16 Adverſi: intellexit autem necem. 17 Si occideretur, aut moreretur. 18 Scipio. 19 Marium. 20 Scipionis, id eſt, Scipio præditus jam tum virtute perfectiſſimâ. 21 In Mario. 22 Diſcerni, judicari. 23 Quia inter milites Scipio talia de Mario prædicavit. Certè, inquit, in cœna militari prævidit Scipio ſumptuoſas illas cœnas, quas populus Romanus eâ nocte, qua nuntiatum fuit Cimbros ab eo fuiſſe deletos, in honorem Marii celebravit. 24 Honorificentiſſimas. 25 Prædixit, quaſi omine quodam præſignavit.

enim

…im Cimbros ab [1] eo deletos initio noctis …arius [2] pervenit, nemo fuit, qui non [3] illi, …nquam Diis immortalibus, apud ſacra men- …ſuæ [4] libaverit.

§ [5] Jam quæ in Cn. Pompejum & ampla & …ova congeſta ſunt, [6] hinc [7] aſſenſione favo- …s, [8] illinc [9] fremitu invidiæ [10] literarum …onumentis obſtrepuntur. [11] Eques Roma- …s [12] pro conſule in Hiſpaniam adverſus Ser- …rium, pari imperio cum Pio Metello princi- …civitatis miſſus eſt: nondum [13] ullum ho- …rem auſpicatus [14] bis triumphavit: [15] ini- …magiſtratuum à ſummo imperio cepit: ter- …m conſulatum decreto ſenatus [16] ſolus geſ- …: de [17] Mithridate, & [18] Tigrane, de mul- …præterea [19] regibus, [20] gentibus, [21] plu- …iſque civitatibus, & [22] prædonibus, [23] unum …it triumphum.

§ Q. etiam Catulum pop. Rom. voce ſua …tum non ad ſidera uſque evexit. Nam cùm …eo [24] pro Roſtris interrogaretur, ſi in [25] uno …mpejo Magno [26] omnia [27] reponere perſe- …aſſet; [28] abſumpto illo ſubiti caſus incurſu, …

1 Mario.
2 Romam.
3 Mario.
4 Obtulerit. Q. d. In omnibus ſacris epulis primitias Diis offerebant, ſed eâ nocte non Diis, ſed Mario libarunt.
5 Diſſenſionem inter auctores & harum rerum ſcriptores eſſe dicit, quòd alii Pompejo faventes, hæc omnia rectè facta à Senatu populoque Romano fuiſſe dicant; alii quadam invidiâ commoti reprehendant, quòd contra leges & majorum conſuetudinem tot tantaque Pompejo tributa …rint. 6 Ex unâ parte. 7 Propter eos, qui rectè factum eſſe dicunt. …x aliâ parte. 9 Propter eos, qui invidiâ ducti non rectè factum eſſe …, quòd Pompejus tot tantaque ſit aſſecutus, 10 Scriptis cum ſtrepitu …orantur: nam auctores de his quoque ſuum adhibuêre judicium. … Cùm eſſet tantùm eques. 12 Functurus conſulari poteſtate. 13 Ma…uum honorificum auſpicio adeptus aut ingreſſus: nam proconſulatus …erat in urbe, ſed in provinciâ. 14 Semel de Africâ, devictis Do…o & Hiarbâ rege; rurſùs de Siciliâ, victo Carbone, qui flens, muliebriter …em tulit; nam victum occîdit 15 Non ille per gradus inferiores …ummum imperium aſcendit, ſed primus illi magiſtratus fuit conſulatus, …em per ædilitatem, quæſturam, præturam, alioſque magiſtratus reliqui …s pervenire conſueverant. 16 Sine collegâ. 17 Rege Ponti. … Rege Armeniæ. 19 Sc aliis, ut de Ariobarzane, Pharnace, & Ari…bulo. 20 Nationibus, quas duodecim ſubegit. 21 Quas propè …ingentas cepit, inter quas & Hieroſolymam, ubi templum Judæorum, ad …mpus inviolatum, ſpoliavit: ex quo creditur, non illi poſt illam ſpolia…em proſperè quicquam ceſſiſſe. 22 Piratis. 23 De his omnibus …l & ſemel triumphavit, & triumphantis currum proſecuti ſunt reges …a commemorati. 24 In concione ante Roſtra. 25 Solo. 26 Or…enta ſua. 27 Collocare. 28 Si fortè extinguatur Pompejus ſu…o aliquo fortunæ impetu.

in quo ſpem eſſet habiturus ; ſummo conſen acclamavit, In te. [1] Vim honorati judicii ad mirabilem. Siquidem Magnum Pompeju cum omnibus ornamentis, quæ [2] retuli [3] duarum ſyllabarum ſpatio incluſum Catul æquavit.

10 Poteſt & M. Catonis ex Cypro cum [4] re gia pecunia revertentis [5] appulſus ad urbem videri memorabilis : cui navi egredienti con ſules, & cæteri magiſtratus, & univerſus S. P. Q. R. [6] Officii gratia præſto fuit. Non quò magnum pondus auri & argenti ; ſed quòd M. Catonem claſſis illa incolumem advexerat lætatus.

11 Sed neſcio an præcipuum ſit L. Marcii inuſitati decoris exemplum, quem equitem Romanum duo exercitus P. & Cn. Scipionum interitu, victoriaque [7] Aſdrubalis lacerati, du cem [8] legerunt : quo tempore ſalus com [9] in ultimas anguſtias deducta, nullum ambi tioni locum relinquebat.

12 Meritò virorum commemorationi Sul pitia, Ser. Paterculi filia, Q. Fulvii Flacci uxor adjicitur. Quæ, cùm ſenatus [10] libris Sibyl linis per decemviros inſpectis cenſuiſſet, ut Veneris [11] Verticordiæ ſimulachrum conſe craretur, quò faciliùs virginum mulierumq mentes à libidine ad pudicitiam converteren tur ; & ex omnibus matronis centum, & centum autem decem [12] ſorte ductæ, d

1 Qui diligenter libraverit populi vocem, vim maximam ineſſe cognoſcet, ut duobus verbis facilè ſignificaverit Catulum nihilo inferiorem eſſe Pompejo.
2 Narravi in ſuperiore capite.
3 Sc. *in te*, id eſt, intellectum per pronomen *te*.
4 Pro quâ miſſus erat, ne Cypri rebellarent.
5 Appulſio, applicatio : eſt enim nomen hoc loco, non participium.
6 Præſtandi honoris gratiâ obviam progreſſus eſt.
7 Qui eos in Hiſpaniâ vicerat.
8 Elegerunt.
9 In ultimum vitæ diſcrimen, ubi ſpes nulla ſalutis eſſe videretur.
10 *Sibyllinus* dicitur, quod eſt Sibyllæ, vel quod à Sibyllâ factum eſt. Hinc *libri Sibyllini* dicti ſunt, de quorum origine, vide quæ ad Salluſtium, p. 148. *a.* & *b.* Appellantur autem *libri Sibyllini* (ut hoc ob ex Varrone addam) non quia fuerunt unius Sibyllæ, ſed quòd omnes fœmi vates Sibyllæ ſunt à veteribus nuncupatæ, à conſiliis Deorum denuncian ſic dictæ : Σιὸς enim Deos vocant Æoles, non Θεὸς, & conſilium βȣλὴν. ſed βυλὴν appellant. 11 Quæ impudicarum mulierum co à libidine ad pudicitiam vertere credebatur : nam à *vertendo corde Verticor dia* dicta eſt Venus. De hac Ovid. 4. Faſt. 12 Per ſortem electæ.

nctiſſima fœmina judicium facerent; [2] cun-
ſcaſtitate prælata eſt.

## EXTERNA.

1 [3] Cæterum quia ſine ulla diminutione
manæ majeſtatis extera quoque inſignia
ſpici poſſunt, ad ea tranſgrediamur. Pytha-
æ tanta veneratio ab auditoribus tributa eſt;
quæ ab eo acceperant, [4] in diſputationem
ducere nefas exiſtimarent: Quinetiam [5] in-
pellati ad reddendam cauſam; hoc ſolum
ſpondebant, Ipſum dixiſſe: Magnus honos,
ſi [6] ſcholâ tenus. [7] Illa urbium ſuffragiis tri-
ta eſt. [8] Enixo [9] Crotoniatæ ſtudio ab eo
tierunt, ut ſenatum ipſorum, qui mille
minum numero conſtabat, conſiliis ſuis
i pateretur. [10] Opulentiſſimaque civitas
m frequenter [11] venerati poſt mortem do-
um, Cereris [12] ſacrarium fecit: quantum-
e [13] illa urbs viguit, & [14] Dea in [15] ho-
inis memoria, & [16] homo in Deæ religione
ultus eſt.

2 Gorgiæ verò Leontini [17] ſtudiis litera-
m ætatis ſuæ cunctos præſtantis, adeò ut pri-
us in [18] conventu poſcere, [19] qua de re
uiſque audire vellet, auſus ſit, univerſa Græ-
ia in templo Delphici Apollinis ſtatuam [20] ſo-
do ex auro poſuit; cùm [21] cæterorum ad id
mpus auratas collocaſſet.

1 Quæ ſimulacrum illud conſecraret.
2 Sc. *aliis*.
3 Quandoquidem externorum virorum exempla ſine detractione amplitudinis Romanæ commemorare poſſumus, de his quoque dicamus.
4 Diſputare de eâ re, quam Pythagoras aſſeruiſſet.
5 Interrogati ab aliis.
6 In ſcholâ tantum, & à diſcipulis magna iſta veneratio Pythagoræ tribuebatur, ulteriùs verò non procedebat.
7 Veneratio ſc. quæ dicetur, in urbe celebrata eſt, ſed diſcipulorum judicium ſcholam non excedebat.
8 Diligenti, vehementi.
9 Italiæ populi. *Croton* enim
itas eſt Italiæ. 10 Opulentiſſimi cives. 11 Syntheſis figura eſt. 12 Templum. 13 Croton. 14 Ceres. 15 Pythagoræ. 16 Pythagoras. 17 Doctrinâ omnes ſuperantis. Dicimus autem *præſto tibi*, & *præſto te*. Ter. *Dii immortales, homini homo quid præſtat! ſtulto intelligens!* Cic. *Difficile eſt, cùm præſtare omnibus cupieris, ſervare æquitatem.* Virg. *Ibo animis contra, vel magnum præſtet Achillem.* 18 Coronâ, & congregatione hominum. 19 Quia de omni ſcibili diſputare potuit. 20 Integro, non cavo, ſed pleno. 21 Sapientum aut Philoſophorum ſtatuas.

3 [1] Eadem gens ſummo conſenſu ad [2] Amphiaraum decorandum [3] incubuit ; locum in quo [4] humatus eſt , in [5] formam [6] conditionemque templi redigendo , atque indè [7] oracula capi inſtituendo. [8] Cujus cineres idem honoris poſſident , quod Pythicæ Cortinæ, quod aheno Dodonæ , quod Hammonis fonti datur.

4 [9] Pherenices quoque [10] non vulgaris honos, cui ſoli omnium fœminarum [11] gymnico ſpectaculo intereſſe permiſſum eſt , cùm ad [12] Olympia filium Euclea [13] certamen ingreſſurum adduxiſſet , [14] Olympionico patre genita , [15] fratribus eandem palmam aſſecutis latera ejus cingentibus.

1 Græca. Q. d. Non minùs ſtudioſa fuit Græcia in decorando Amphiarao, quam fuerat in Gorgiâ Leontino. 2 Vatem. 3 Diligentem operam dedit. 4 Sepultus, ab humo ſeu terrâ ſc. abſorptus cum armis & equo. 5 Speciem. 6 Quantum ad dignitatem. 7 Inſtituerunt intereâ, ut ex eo templo & antro Deos conſulturi atque futura cognituri oracula peterent. 8 Amphiarai cineres eundem conſecuti ſunt honorem, quem ſecretum antri Delphici, quem æreum ſimulacrum in formam columbæ, aut lebetis Dodonæ ſylvæ , è cujus tinnitu futura judicabant, quem fons Jovis arenarii, qui Baccho, per Libyam exercitum ducenti, cùm ſiti penè deficerent, apparuit in arenâ ſub ſpecie arietis, & ad fontem perduxit, ubi, exſtructo templo , reſponſa dedit , ad quem etiam Alexander Magnus, qui ſe Hammonis filium mentiebatur, pervenit, ab illius ſacerdotibus adulanter exceptus. 9 Mulieris Græcæ. 10 Apud Græcos mulieri non licebat Olympicis ludis & certaminibus intereſſe , quia ibi homines nudi plerumque certabant. Quod igitur nulli mulieri conceſſum fuerat , datum eſt Pherenici mulieri, ut Olympico certamini cum filio & fratribus poſſit intereſſe : quippe quæ patrem , quæ filium , quæ fratres in eo certamine ſæpè victores , & glorioſam indè palmam referentes haberet. 11 Olympico certamini , in quo nudi homines ſe palæſtrâ exercebant , ubi mulieribus intereſſe non licebat. 12 Olympica certamina. 13 Olympicum. 14 Quæ nata erat ex patre Olympici certaminis ſæpè victore : non enim patris proprium eſt nomen , ſed à victoriâ certaminis illius ita denominatus. *Olympionicus* enim is dicitur , qui in Olympico certamine vicit : nam *νίκη victoria* dicitur. 15 Geminis fratribus , Olympici certaminis ſæpè victoribus, circumdata.

VALE-

# VALERII MAXIMI

## LIBER NONUS.

## CAP. I.

## DE LUXURIA ET LIBIDINE.

EXEMPLA Romana ſunt.

1 C. Sergius Orata.
2 Clodius Æſopi Tragœdi F.
3 Mulieres legis Oppiæ oppugnatrices.
4 Cn. Domitius & L. Craſſus cenſ.
5 Q. Metellus Pius.
6 C. Scribonius Curio filius.
7 P. Clodii judicium.
8 Gemellus viator tribunicius.
9 L. Catilina.

EXTERNA.

1 Annibal Pœnus Amilcaris F.
2 Vulſinienſes.
3 Xerxes Perſarum rex.
4 Antiochus Syriæ rex.
5 Ptolomæus Ægypti rex.
6 Ægyptii.
7 Cyprii.

1 BLandum etiam malum 2 luxuria, quam accuſare aliquantò facilius eſt, 3 quam vitare, operi noſtro inſeratur: Non quidem ut ullum honorem recipiat; ſed ut ſe ipſam recognoſcens, ad pœnitentiam impelli 4 poſſit. Jun-

1 Nonus & ultimus liber, in cujus principio agitur de Luxuriâ atque Libidine: quæ vitia, cùm turpiſſima ſint, magis videbantur ſilentio prætermittenda, quam inter clariſſima virtutum exempla commemoranda, ne hac unâ ratione quodammodò honeſtari crederentur: quapropter Valerius hac brevi præfatione conſilii ſui rationem oſtendit dicens, ſe ideò de luxuriâ atque libidine agere, non ut commemoratione ſuâ honoris quicquam recipiant, ſed ut luxurioſi, ſe ipſos cognoſcentes, erubeſcant, & ſuæ turpitudinis pœnitentes ad temperantiam revocentur Dicit ergo: Luxuria, id eſt, ſuperfluus rerum uſus cum voluptate ſuis illecebris homines facilè attrahit: & benè *malum* dixit: nam luxuria, licet tantiſper, dùm fruimur, jucunda videatur, amara tamen poſteâ ſentitur, cùm ad turpitudinem, infamiam, & egeſtatem homines deduxerit. 2 Superfluus rerum uſus cum voluptate. 3 Et ideò *blandum malum* & *dulce venenum*. 4 Luxurioſus ſc.

gatur illi [1]libido: quoniam ex iiſdem vitiorum principiis oritur: [2] neque aut à reprehenſione, aut ab emendatione ſeparentur gemino mentis errore connexæ.

1 C. Sergius Orata [3] penſilia balnea primus facere inſtituit: quæ impenſa levibus initiis cœpta, [4] ad ſuſpenſa calidæ aquæ tantum non æquora penetravit.

[5] Idem videlicet, [6] ne gulam Neptuni arbitrio ſubjectam haberet, peculiaria ſibi maria excogitavit, [7] æſtuariis intercipiendo fluctus, piſciumque [8] diverſos greges ſeparatos [9] molibus includendo, ut nulla tam ſæva tempeſtas incideret, quâ non Oratæ menſæ varietate ferculorum abundarent. Ædificiis etiam [10] ſpacioſis & excelſis [11] deſerta ad id tempus [12] ora Lucrini lacus [13] preſſit; [14] quò recentiore uſu conchyliorum frueretur: Ubi dùm ſe [15] publicæ aquæ [16] cupidius immergit, cum Conſidio Publicano [17] judicium nactus eſt: in quo [18] L. Craſſus adverſus illum cauſam agens, errare amicum ſuum Conſidium dixit, quòd putaret Oratam remotum à [19] lacu, cariturum oſtreis: namque [20] ea, ſi inde pe-

1 Laſcivia carnis, & prava animi voluntas.
2 Et ſimul à nobis reprehendantur, & ſimul ab illis, qui eis infecti ſunt, emendentur, eò quòd ſint copulatæ duplici vitio, libidinis ut cupiat, & luxuriæ ut expleat. Mens primò capitur deſiderio alicujus rei, deinde expletur.
3 Suſpenſa in alto, & quaſi ex aëre pendentia ad majorem voluptatem: ut, dùm veheretur, ſe lavare poſſet.
4 Primò quidem fecit modica receptacula aquæ calidæ in aëre ſuſpenſa, deinde tanta, ut æquora ferè dici poſſent.

5 C. Sergius Orata. 6 Ut ſuæ gulæ atque libidini mare, non mari gula ſubjecta foret, id eſt, pro arbitrio & libidine ſuâ quibus vellet, & quovis tempore maritimis piſcibus veſci poſſet, maria propria ſibi, non communia, excogitando invenit: nam vivaria ſibi ſtruxerat in mari, ubi ſervarentur omnis generis piſces, vel certè variæ piſcium ſpecies. 7 Segregando ab æſtu maris quoſdam fluctus. *Æſtuaria* dicuntur, per quæ mare viciſſim commeat, ut ſunt lacunæ, quæ maris æſtu & undatione replentur. 8 Varias ſpecies. 9 Aggeribus: nam à reliquo mari murorum mole, & aliorum ædificiorum magnitudine ſeparaverat æſtuaria & piſcium vivaria. 10 Latis. 11 Quia primus ea occupaverat. 12 Oſtia magna. 13 Occupavit, clauſit. 14 Quia illic habitavit eâ de causâ. 15 Quæ publicum vectigal pendebat, id eſt, dùm contra æquitatem lacum publicum ædificiis privatis occupabat. 16 Nimis cupidè. 17 In contentionem venit. i. à Conſidio, publici vectigalis ex piſcatu Lucrini lacus conductore, in judicium tractus eſt, quòd ſua ſibi vectigalia, quæ ex Lucrino lacu conduxerat, ejus ædificiis & operibus diminuerentur. 18 Orator, qui iſtam cauſam peragebat. 19 Lucrino. 20 Oſtrea.

tere

ere non [1] licuiſſet, in [2] tegulis repertum.

2 [3] Huic nimirum magis Æſopus [4] tragicus [5] in adoptionem dare filium ſuum, quam bonorum ſuorum hæredem relinquere debuit: non ſolùm [6] perditæ, ſed etiam furioſæ luxuriæ juvenem. Quem conſtat [7] cantu commendabiles aviculas [8] immanibus emptas pretiis, in cœna [9] pro ficedulis ponere, acetoque [10] liquatos magnæ ſummæ uniones [11] potionibus aſpergere ſolitum; ampliſſimum patrimonium, tanquam [12] amaram aliquam ſarcinam, quam celerrime abjicere cupientem: [13] Quorum [14] alterius ſenis, alterius [15] adoleſcentis [16] ſectam ſecuti plurimi, [17] longiùs manus porrexerunt. [18] Neque enim ullum finitur vitium ibi, ubi oritur. [19] Indè ab [20] Oceani littoribus attracti piſces, [21] indè infuſæ culinis arcæ. Arte [22] cenſibuſque edendi atque bibendi voluptas reperta eſt.

3 [23] Urbi autem noſtræ ſecundi belli Punici finis, & Philippus rex Macedoniæ devictus, [24] licentioris vitæ fiduciam dedit. Quo tempore [25] matronæ [26] Brutorum domum auſæ ſunt obſidere, [27] qui [28] abrogatione legis Oppiæ intercedere parati erant, quam fœminæ tolli cupiebant: quia his nec veſte

1 E Lucrino lacu.
2 Domus ſuæ, quia piſcinas penſiles habebat.
3 Oratæ tam luxurioſo & ſumptuoſo. Tranſit ad taxandam luxuriam filii Æſopi, Tragœdi Romani.
4 Tragœdiarum ſcriptor.
5 Sic enim Orata filium ſibi ſimilem adoptaſſet, sc. qui ab ejus luxuriâ & moribus non degeneraſſet.
6 Pernicioſæ.
7 Optimè canentes, quæ ſuaviſſimos cantus ederent, quales Luſciniæ ſive Philomelæ, Carduelli, & aliæ ejuſmodi, quas principes & alii in delitiis habere ſolent.
8 Immenſis.
9 Loco ficedularum, avium magis delicatarum, & eſui aptiorum, ſed minùs pretioſarum, & ab *edendis ficubus* dictarum.
10 Reſolutas in liquorem maximi valoris margaritas.
11 Potibus confectis.
12 Gravem & iniquè prementem.
13 Duorum luxurioſorum, jam reprehenſorum.
14 Oratæ.
15 Filii Æſopi.
16 Profeſſionem & exemplum vitæ, ut diſcipuli Philoſophorum, aut præceptorum magnorum.
17 Luxurioſiores fuerunt.
18 Nunquam vitia in primis auctoribus finiuntur, ſed propoſito exemplo, tanquam doctrinâ, ſuperantur.
19 Ab hujuſmodi exemplis Oratæ & Æſopi filii, ex illorum imitatione.
20 Magni maris terram circumdantis.
21 Conſumptæ ſunt & exhauſtæ arcæ in parandis luxurioſis cœnis.
22 Pretio cenſuum.
23 Romę.
24 Liberiùs & luxurioſius, quam priùs, vivendi confidentiam dedit, ſublato hoſtium metu.
25 Nobiles matresfamilias Romanæ.
26 Marci & Junii Bruti, qui tunc tribuni plebis erant, & legem Oppiam tuebantur, nec legem abrogari volebant.
27 Bruti.
28 Se opponere, intervenire, & impedimento eſſe, quò minùs abrogaretur lex.

varii coloris uti, nec auri plus [1] ſemuncia habere, nec [2] juncto vehiculo [3] propiùs Urbem mille paſſus, niſi ſacrificii gratia vehi [4] permittebat. Et quidem obtinuerunt ut [5] jus, per continuos viginti annos ſervatum, [6] aboleretur. [7] Non enim providerunt ſæculi illius viri, ad quem cultum tenderet inſoliti cœtus pertinax ſtudium; aut quo ſe uſque effuſura eſſet legum victrix audacia. [8] Quòd ſi animi muliebris apparatus intueri potuiſſent, quibus quotidiè aliquid novitatis ſumptuoſius adjectum eſt; in ipſo [9] introitu [10] ruenti luxuriæ obſtitiſſent.

4 [11] Sed quid ego de fœminis ulterius loquor? quas & imbecillitas mentis, & [12] graviorum operum negata affectatio, omne ſtudium ad curioſiorem ſui cultum hortatur conferre; cùm temporum ſuperiorum & [13] nominis & animi excellentes viros, in hoc priſcæ continentiæ ignotum diverticulum prolapſos videam; [14] idque jurgio ipſorum pateat.

Cn. Domitius L. Craſſo [15] collegæ ſuo altercatione orta objecit, quòd columnas [16] Hymettias in porticu domus haberet. [17] Quem continuo Craſſus, quanti ipſe domum [18] ſuam æſtimaret, interrogavit. Atque ut reſpon-

1 Quam dimidium unciæ.
2 Conſtante extrahentibus jumentis & tracto vehiculo, quia ſolis equis ac jumentis uti poterant.
3 In loco, qui non diſtabat ab urbe mille paſſibus.
4 Lex Oppia.
5 Lex Oppia.
6 Abrogaretur.
7 Non ſatis conſiderarunt Romani illi, qui legem abrogarunt, ad qualem ornatum procederet inſolentis turbæ & congregationis obſtinata voluntas legis abrogandæ; aut in quam uſque luxuriam audacia mulierum prolaberetur.
8 Si viri ſæculi illius videre potuiſſent, quæ nam foret muliebris cupiditas in apparando corporis cultu, quæ ſemper novi aliquid excogitare non deſinit, legem nunquam abrogaſſent.
9 Principio, juxta illud Ovidii: *Principiis obſta, ſerò medicina paratur, Cùm mala per longas invaluêre moras.*
10 Præcipitanter ad ſummum tendenti.
11 Eſt quaſi muliebris luxuriæ & cupiditatis quædam excuſatio.
12 Majoribus rebus eas occupari non ſinit ſexus imbecillitas.
13 Genere & magnanimitate præſtantes, ac rerum geſtarum gloriâ viros claros in hanc digreſſionem ad luxuriam per lapſum declinaſſe videam. Eſt enim à via ſumptâ tranſlatio: nam *diverticula* dicuntur loca, ad quæ divertimus de viâ, quaſi viarum divortia.
14 Quòd viri præſtantes ad luxuriam declinaverint, comprobetur contentione aut convitio ipſorum, ut ſequentium, Domitii & Craſſi.
15 In cenſurâ.
16 Atticas ex Hymetto, monte regionis Atticæ, ubi etiam optimum mel naſcitur.
17 Domitium.
18 Domitii.

dit,

dit, [1] ſexagies ſeſtertio: Quantò ergo eam, inquit, minoris fore exiſtimas, ſi decem arbuſculas [2] indè ſuccidero: Ipſo [3] tricies ſeſtertio, ait Domitius. Tunc Craſſus; Uter igitur luxurioſior eſt? Egone, qui [4] decem columnas centum millibus [5] nummum emi? an tu, qui decem arbuſcularum umbram tricies ſeſtertiûm ſummâ compenſas? [6] Sermonem oblitum Pyrrhi, immemorem Annibalis, jamque [7] tranſmarinorum ſtipendiorum abundantia [8] oſcitantem: aliquantò tamen inſequentium ſæculorum ædificiis & nemoribus [9] auguſtiorem. Quoniam inchoatam à ſe [10] lautitiam poſteris relinquere, quam à majoribus acceptam continentiam retinere maluerunt.

5 [11] Quid enim ſibi voluit princeps ſuorum temporum Metellus Pius, tunc cùm in Hiſpania adventus ſuos ab hoſpitibus aris & thure excipi patiebatur; cùm [12] Attalicis aulæis contectos parietes læto animo intuebatur? cùm [13] immanibus epulis apparatiſſimos interponi ludos ſinebat? cùm [14] palmata veſte convivia celebrabat, [15] demiſſaſque lacunaribus aureas coronas velut cæleſti capite recipiebat? [16] Et ubi [17] iſta? non in Græcia, neque in Aſia; quarum luxuria ſeveritas ipſa corrumpi poterat: ſed in horrida & belli-

1 Sexaginta ſeſtertiis.
2 De domo.
3 Triginta ſeſtertiis, id eſt, dimidio ejus.
4 Plinius tantùm ſex fuiſſe dicit.
5 Nummorum.
6 O ſermonem duorum cenſorum Craſſi atque Domitii, oblitum Pyrrhi, immemorem Annibalis, id eſt, quem Pyrrhus & Annibal de frugalitate Romanâ habuerunt: dixit enim Pyrrhus, cùm muneribus ſuis locum Romæ non eſſe cognovit, ejus capiundæ ſpem nullam reliquam eſſe: & Annibal, priuſquam luxu caperentur, Romanos capi non poſſe.
7 Ut Philippi, Antiochi, Mithridatis.
8 Negligentem factum.

9 Venerabilius exemplum, utpote à majoribus traditum. 10 Luxurioſam munditiam & apparatum cœnarum. 11 Q. d. nihil aliud, quam ut à ſe inchoatam lautitiam poſteris relinqueret, & à majoribus acceptam continentiam amitteret. 12 Inventis primùm in aulâ regis Attali. 13 Sumptuoſiſſimis. 14 Triumphali, quâ Imperatores victoriâ potiti, triumphare conſueverant, à *palmâ* dictâ. In conviviis ergo triumphali veſte utebatur Metellus. 15 Et cùm è laquearibus aureæ coronæ, veluti cœlitus demiſſæ, capiti ejus imponebantur. 16 Eſt quædam veluti exaggeratio luxuriæ Metelli, qui non in provinciâ luxurioſâ, ut Græciâ, ut Aſiâ, ſed in Hiſpaniâ, bellis aſſueta, laborioſâque provinciâ, faciebat iſta, ubi Sertorius eſſet, Imperator acerrimus, qui plures Romanos exercitus profligaſſet. 17 Metellus faciebat, & fieri tolerabat.

coſa [1] provincia, cùm præſertim accerrimus hoſtis Sertorius, Romanorum exercituum oculos [2] Luſitanis telis perſtringeret: Adeò [3] illi [4] patris ſui Numidica caſtra exciderant. [5] Patet igitur, quam celeri tranſitu luxuria affluxerit. Nam [6] cujus adoleſcentia [7] priſcos mores vidit, ſenectus [8] novos [9] orſa eſt.

6 Conſimilis [10] mutatio in domo [11] Curionum extitit: Siquidem [12] forum noſtrum & [13] patris [14] graviſſimum ſupercilium, & [15] filii [16] ſexcenties ſeſtertiûm [17] æris alieni aſpexit, [18] contractum famoſa [19] injuriâ nobilium juvenum. Itaque eodem tempore, & in iiſdem penatibus [20] diverſa ſæcula habitarunt, [21] frugaliſſimum alterum, alterum [22] nequiſſimum.

7 P. autem Clodii [23] judicium quanta luxuria & libidine abundavit? in quo ut evidenter [24] inceſti crimine nocens [25] reus abſolveretur, [26] noctes matronarum & adoleſcentium nobilium magna [27] ſumma [28] emptæ mercedis loco judicibus [29] erogatæ ſunt. [30] Quo in flagitio tam [31] tetro, tamque [32] multiplici, neſcias primum quem deteſtere; [33] an qui iſtud

1 Hiſpaniâ. 2 Luſitanorum populorum affinium. 3 Ab ejus memoriâ. 4 Caſtra, quæ pater ſuus, Metellus Numidicus, texerat & inſtituerat in Numidia contra Jugurtham. 5 Ex hoc intelligere poſſumus, quam celeriter luxuria Romanos invaſerit. 6 Metelli Pii. 7 Continentes majorum mores: viderat autem in patre priſcos illos & probatiſſimos mores. 8 Luxurioſos & perditos mores, id eſt, inuſitatos. 9 Incepit, inchoavit, quia ipſe primus in Hiſpaniâ luxurioſè vivere cœpit. 10 Morum. 11 Civium illorum Romanorum, patris & filii. 12 Cives Romani: continens pro contento, 13 Majoris Curionis. 14 Rigidiſſimam ſeveritatem. 15 Minoris Curionis, tribuni plebis inter initia belli civilis, quod inter Cæſarem & Pompejum geſtum eſt. 16 Sexcenta ſeſtertia. 17 Debiti. 18 Ut ſuæ libidini ſatisfaceret, adoleſcenteſque muneribus & pretio corrumperet, quibus abuteretur. 19 Turpitudine, quam juvenes nobiles per ſummam injuriam ſibi & ſuis illatam amore æris admiſerant. 20 Mores aut inſtituta diverſorum ſæculorum. 21 Quod erat in patre, quem continentiſſimum fuiſſe conſtat. 22 Peſſimum, luxurioſiſſimum, compertum in filio, qui turpiter vixit. 23 Quo inceſti abſolutus eſt. 24 Commiſſi in templo Deæ Floræ. 25 Clodius. 26 Concubitus & adulteria, quæ nocte committuntur. 27 Pecuniæ. 28 A Clodio. 29 Exhibitæ, & datæ: nam judicibus mulierum & puerorum copiam fecit. 30 Si Clodium, hujus facinoris autorem, ſi matronas & pueros flagitii mediatores, ſi judices, æquitatis violatores, in collationem adduxeris, qui-nam eorum majori ſint deteſtatione digni, non facilè inveneris. 31 Turpi & horrendo. 32 Quia multis modis peccatur per Clodium, per matronas, per pueros & judices. 33 Clodium ſc, qui novum corruptionis genus invenit, quo judices corrumperet.

cor-

corruptelæ genus excogitavit, [1] an qui ſuam pudicitiam [2] ſequeſtrem perjurii fieri paſſi ſunt, [3] an qui religionem ſtupro permutarunt.

8 [4] Æquè [5] flagitioſum illud convivium, quod Gemellus [6] Tribunicius viator [7] ingenui ſanguinis, [8] ſed officii [9] intra ſervilem habitum deformis, Metello Scipioni conſuli, ac tribunis plebis, [10] magno cum rubore civitatis comparavit. Lupanari enim domi ſuæ inſtituto, [11] Muciam, & [12] Fulviam, tum à patre, tum à viro utramque abductam, & nobilem puerum Saturninum in eo [13] proſtituit. Probroſa [14] proſapiæ corpora, ludibrio temulentæ libidini futura: epulas [15] conſulibus & tribunis non [16] celebrandas, ſed [17] vindicandas.

9 Præcipuè verò [18] Catilinæ libido ſceleſta: Nam veſano amore Aureliæ Oreſtillæ correptus, cùm unum impedimentum videret, [19] quò minùs nuptiis inter ſe jungerentur, filium [20] ſuum, quem & ſolum, & ætate jam puberem habebat, veneno [21] ſuſtulit: protinuſque ex rogo ejus [22] maritalem facem accendit, ac novæ maritæ orbitatem ſuam loco mu-

1 Matronas & adoleſcentes nobiles, qui tantæ obſcoenitati ſubjecti, voluerunt ſuam pudicitiam perjurii mediatricem eſſe.
2 Mediatricem & conciliatricem perjurii judicum, quia concubitus illi cauſa fuêre, ut pejerarent judices in abſolvendo Clodio nocentiſſimo & turpiſſimo homine.
3 Judices ſc. qui obſervationem jurisjurandi aut juſtitiam propter ſtuprum violarunt.
4 Non minùs obſcoenè ſe geſſit in parando Conſulibus Tribuniſque convivio Gemellus, quam in corrumpendo judicio Clodius.

5 Sceleratum & omni reprehenſione digniſſimum. 6 Miniſter Tribunorum, qui ex agris Senatores in curiam accire conſueverat: nam à *viâ viatores* ſunt appellati. 7 Liberi: nam in liberâ domo natus erat. 8 Exercitii, non viatorii, ſed leonini: erat enim leno & proſtitutor puerorum & matronarum, quo nullum turpius. 9 Etiamſi ſervus eſſet. 10 Quòd ſummi magiſtratus, in quibus imperii majeſtas conſpicitur, tam luxurioſis epulis, tantæque obſcoenitati ſe tradidiſſent. 11 Mucii Scævolæ filiam, & Pompeji Magni uxorem. 12 Fulvii Flacci filiam, quæ primùm Clodio, deinde M. Antonio nupſit. 13 Ad libidinem explendam convivis objecit. 14 Antiquæ & ita nobilis progeniei. 15 Qui tùm in convivio erant. 16 Frequentandas. 17 Puniendas ab eis, propter intolerabilem ignominioſamque libidinem. 18 Viri nobilis & civis Romani: de quo Salluſtii extat opus. 19 Ut non. 20 Catilinæ ſc. 21 Necavit. 22 Tædam, quæ nubentibus præferri ſolebat, id eſt, tam citò illam poſt filii mortem duxit uxorem, ut ex medio rogo filii facem ejus conjugii accendiſſe videatur.

Æris

neris erogavit. [1] Eodem deinde animo civem ſe gerens, quò patrem egerat: [2] filii pariter [3] manibus, & [4] nefariè attentatæ patriæ pœnas dedit.

## EXTERNA.

I At [5] Campana luxuria perquam utilis civitati noſtræ fuit. Invictum enim armis [6] Annibalem illecebris ſuis complexa, [7] vincendum Romano militi tribuit. [8] Illa [9] vigilantiſſimum ducem, illa exercitum acerrimum dapibus largis, abundanti vino, unguentorum [10] fragrantia, Veneris uſu laſciviore, ad ſomnum & delicias evocavit. Ac tùm demùm fracta & contuſa Punica feritas eſt, cùm [11] Seplaſia ei & [12] Albana caſtra eſſe cœperunt. Quid ergo [13] his vitiis fœdius, quid etiam damnoſius, quibus virtus [14] atteritur, victoriæ [15] languescunt, [16] ſopita gloria in infamiam convertitur animique pariter & corporis vires [17] expugnantur? Adeò ut neſcias ab hoſtibuſne, an ab [18] illis capi pernicioſiùs habendum ſit.

2 [19] Quæ etiam [20] Volſinienſium urbem gravibus & [21] erubeſcendis cladibus implicarunt. Erat opulenta, erat moribus & legibus ornata. [22] Etruriæ caput habebatur: ſed poſtquam [23] luxuriâ prolapſa eſt, [24] in profundum injuriarum & turpitudinis decidit, ut ſervorum ſe [25] inſolentiſſimæ [26] dominationi ſubjiceret. [27] Qui primum admodum pauci [28] ſenatorium ordinem intrare auſi, [29] mox univerſam rem-

1 Quia non aliter in patriam impius fuerat, quam in filium: quippe quam ſceleratâ conjuratione perdere moliebatur, ni Ciceronis, tunc conſulis, ſapientia reſtitiſſet.
2 Interfecti.
3 Umbris aut reliquiis ſpiritus.
4 Per ſummum nefas.
5 In quâ elanguit virtus Annibalis.
6 Pœnorum ducem.
7 Ut apud Nolam, & poſteà in Africâ illùc revocatum.
8 Campana luxuria.
9 Annibalem.
10 Odore.
11 Unguentata in Seplaſiâ plateâ Capuæ, in quâ myropolæ, id eſt, unguentarii ſoliti ſunt negotiari.
12 Mollia & effœmināta. Conſtat enim Albanos fuiſſe molliores, & Albæ magnus fuit uſus unguentorum: ergo caſtra Pœnorum facta ſunt Albana.
13 Luxuriâ & libidine.
14 Paulatim abſumitur.
15 Torpeſcendo pereunt.
16 Cooperta, ut ignis ſopitur cineribus.
17 Vincuntur.
18 Vitiis ſc. luxuriâ & libidine.
19 Vitia ſc. luxuria & libido.
20 Populorum Hetruriæ.
21 Turpibus.
22 Tria capita Hetruriæ antiqui eſſe voluerunt, Aretium, Peruſium, & Volſinum.
23 Luxu.
24 Omni injuriæ & turpitudini obnoxia facta eſt.
25 Superbiſſimæ.
26 Tyrannidi.
27 Servi.
28 Effici ſenatores.
29 Paulò poſt.

publicam occupaverunt. Teſtamenta ad arbitrium ſuum ſcribi jubebant: convivia, cœtuſque [1] ingenuorum [2] fieri vetabant: filias dominorum in matrimonium ducebant. Poſtremò lege [3] ſanxerunt, ut ſtupra ſua in viduis pariter ac nuptis impunita eſſent; ac ne qua virgo [4] ingenuo nuberet, cujus caſtitatem non antè ex numero [5] ipſorum aliquis [6] delibaſſet.

3 Age, [7] Xerxes opum regiarum oſtentatione eximia, [8] eò uſque luxuriâ gaudebat, ut [9] edicto præmium ei proponeret, qui novum voluptatis genus reperiſſet. [10] Quantâ, dùm deliciis nimis capitur, ampliſſimi imperii ruinâ evaſit.

4 Antiochus quoque Syriæ rex [11] nihilo continentioris exempli: Cujus cæcam & amentem luxuriam exercitus imitatus, magna ex parte aureos clavos crepidis ſubjectos habuit: argenteaque vaſa ad uſum culinæ comparavit: & [12] tabernacula textilibus ſigillis adornata ſtatuit. Avaro potius hoſti præda optabilis, [13] quam ulla ad vincendum [14] ſtrenuo mora.

5 Jam Ptolomæus [15] rex [16] acceſſione vitiorum ſuorum [17] vixit: ideòque [18] Phyſcon appellatus eſt: cujus [19] nequitiâ quid [20] nequius? ſororem natu majorem communi fratri nuptam ſibi nubere coëgit. Poſteà deindè filia [21] ejus per vim [22] ſtuprata, [23] ipſam dimiſit, ut [24] vacuum locum nuptiis puellæ faceret.

6 Conſentaneus [25] igitur regibus ſuis gentis Ægyptiæ populus: qui ductu [26] Archelai adver-

1 Non ſervorum.
2 In urbe: ne qua conſpiratio in eos fieret.
3 Confirmarunt.
4 Libero, & liberis parentibus nato.
5 Servorum.
6 Priuſquam ingenuo nuberet.
7 Rex Perſarum, omnium opulentiſſimus.
8 In tantum.
9 Publico mandato facto.
10 Q. d. ingenti, quippe qui claſſem propè incredibilem, & exercitum numeroſum, quibus Neptuno Jovique catenas imponere minabatur, brevi tempore cum ipſo propè imperio amiſit.
11 In nullo minùs luxurioſi, id eſt, æquè luxurioſi.
12 Tentoria pictis aulæis, vel in quibus erant imagines intertextæ, ornata.
13 Q. d. Ornamenta illa aptiora erant ad invitandum hoſtem veluti ad prædam, quam ad terrendum à victoriâ nimiâ morâ.
14 Scilicet *hoſti*.
15 Ægypti.
16 Cùm incremento, augmento.
17 Crevit.
18 Vivificans, vitam producens.
19 Luxuriâ.
20 Luxurioſius.
21 Sororis ex communi fratre.
22 Vitiata à ſe.
23 Sororem ſuam, matrem ſtupratæ.
24 Quia non licebat filiam & matrem habere conxores.
25 Quia membra caput ferè ſequuntur, & populus principes.
26 Regis.

ſus

ſus [1] A. Gabinium mœnibus urbis egreſſus cùm caſtra vallo atque foſſa cingere [2] juberetur; univerſus ſucclamavit, ut id opus publica pecunia faciendum locaretur. Quapropter deliciis tam [3] enerves [4] animi, [5] ſpiritum exercitus noſtri ſuſtinere non potuerunt.

7 Sed [6] tamen [7] effœminatior multitudo Cypriorum, qui reginas ſuas mulierum corporibus, [8] velut gradibus, conſtructis, quò [9] mollius veſtigia pedum ponerent, currus conſcendere æquo animo ſuſtinebant. [10] Viris enim, [11] ſi modò viri erant, vita carere, quàm tam delicato imperio obtemperare ſatius fuit.

1 Qui ſuffragio Pompeji magni Ptolomæum reducendum in regnum receperat. 2 Ab Archelao. 3 Effœminati & molles. 4 Ægyptiorum. 5 Acrimoniam: quia cum duce ſuo ferè omnes occiſi ſunt. 6 Licet intolerabiles ſint Ægyptiorum regum libidines, Cypriorum tamen intolerabiliores. 7 Mollior, & minùs virilis. 8 Subjectis ſibi ancillis, ſive aliarum mulierum corporibus, per ea, tanquam per ſcalarum gradus, currus aſcendebant. 9 Super corpora, quam ſuper gradus ſcalares. 10 Probat quòd effœminatior fuit. 11 Q. d. corpore quidem viri, ſed animo erant fœminæ.

## CAP. II.

# DE CRUDELITATE.

1 L. Cornelii Syllæ dict.
2 C. Marii *Coſ. VII.*
3 L. Junii Damaſippi Præt.
4 Munatii Flacci.

## EXTERNORUM.

1 Carthaginienſium.
2 Annibalis Pœni.
3 Mithridatis regis.
4 Numulizinthis Thraciæ regis.
5 Ptolomæi Phyſcontis regis.
6 Darii Ochi Perſarum regis.
7 Artaxerxis Ochi regis.
8 Athenienſium.
9 Perilli Siculi.
10 Etruſcorum.
11 Quorundam barbarorum.

1 HÆc ſocietas vitiorum laſcivi vultus, & novæ cupiditati [2] inhærentium oculorum,

1 Hujuſmodi eſt ſocietas vitiorum dictorum, luxuriæ & libidinis, utpote laſcivi vultus, & oculorum, novas cupiditates ſemper ſpectantium, & animi abundantis molli apparatu, & per multas voluptates diſcurrentis, ut, cùm una oblata fuerit, altera ſtatim excogitetur, id eſt, ubi luxuria & libido regnant, adſunt tanquam comites, vultus laſcivus, oculi cupidi, & animi delicati, atque illecebroſi. Oſtendit ergo, quid ſit luxuria atque libido. Hæc autem addit, ut ex contrariis tranſitum facerent. 2 Infixorum.

…rum, ac delicato cultu affluente, per varios …ecebrarum motus volitantis animi: [1] cru…delitatis [2] verò horridus habitus, [3] trucu…lenta facies, volenti ſpiritus, vox terribilis, …minis & [4] cruentis imperiis referta: [5] cui …lentium donare, incrementum eſt adjicere. …enim quem modum ſibi ipſa ſtatuet, ſi ne …ſugillationis quidem frænis fuerit [7] revoca…? [8] ad ſummam, cùm [9] penes illam ſit [10] ti…meri, penes nos ſit odiſſe.

I L. Sylla, [11] quem neque laudare, neque …ituperare quiſquam ſatis dignè poteſt; quia …dùm quærit [12] victorias, [13] Scipionem ſe po…pulo Romano; dùm ſævitiam exercet, [14] An…nibalem repræſentavit. [15] Egregiè namque au…ctoritate [16] nobilitatis defenſa, crudeliter to…tam urbem, atque omnes Italiæ partes civilis …ſanguinis fluminibus [17] inundavit. Quatuor …legiones [18] contrariæ partis, [19] fidem ſuam ſe…cutas, in [20] Publica villa, (quæ in Martio campo erat) nequicquam [21] fallacis dextræ miſericordiam implorantes, obtruncari juſſit: [22] Quarum lamentabiles [23] quiritatus [24] tre…pidæ civitatis aures receperunt: lacerata fer-

1 Hominis verò crudelis diſpoſitio ac vultus eſt aſper, & dirus aſpectus. Quam deteſtanda ergo ſit crudelitas, ex ipſius diſcriptione colligitur.
2 Hæc adverſativa conjunctio ad id pertinet, ut cum ſuperiori conjungatur capitulum.
3 Crudelis aſpectus: nam crudeles ſemper in vultu feritatem quandam præ ſe ferunt.
4 Ad cruoris effuſionem pertinentibus.
5 De eâ crudelitate tacere ac nihil dicere, id eſt, eam non reprehendere, eſt ipſam crudelitatem …ngere, quæ nullum ſæviendi ſibi faciet modum, niſi vituperationis frœno …ferit repreſſa: æquum eſt igitur, ut de eâ dicamus, & dicendo vituperemus, …ituperando reprimamus. 6 Infamiæ. 7 Ab impetu ſuo. 8 Ut …ſummatim loquar, & ſen el omnia dicam. 9 In poteſtate crudelitatis ſit. 10 Crudeles ſemper timeri volunt, quos ſemper odiſſe ſolemus, juxtà illud: *Oderint, cùm metuant.* 11 Si ejus virtutes & res clariſſimè geſtas reſpexe…ris, laudem ingentem metuiſſe videbitur: ſi vitia & crudelitatis exempla, vi…tuperationem maximam. 12 In Marium. 13 Civem utiliſſimum rei…publicæ. 14 Sæviſſimum in cives Romanos hoſtem exhibuit. 15 Exi…miâ virtute. 16 Marius plebem, Sylla Senatum & nobilitatem defende…bat, & hinc diverſis ſtudiis propter Mithridaticam provinciam in civile bellum …exarſerunt. 17 Perfudit. 18 Inimicæ. 19 Sibi deditas fide datâ de ſalute. 20 Quadam domo ad rempublicam pertinente. 21 Syllæ …, qui eam priùs fidem dederat, & nunc occîdi juſſerat. 22 Legionum. 23 Querelas, quæ tantæ erant, ut è campo Martio exaudirentur in urbe. 24 Anxiæ.

re

ro [1] corpora Tiberis, impatiens tanti oneris, cruentatis aquis [2] vehere coactus eſt. [3] Quinque millia Præneſtinorum, ſpe ſalutis per P. Cethegum data, extra mœnia [4] municipii evocata, cùm abjectis armis humi corpora proſtraviſſent, interficienda, protinuſque [5] per agros diſpergenda curavit. Quatuor millia & ſeptingentos diræ proſcriptionis edicto jugulatos [6] in tabulas publicas retulit, videlicet ne memoria [7] tam præclaræ rei [8] dilueretur. Nec contentus in eos ſævire, qui armis à ſe diſſenſerant; etiam [9] quieti animi cives propter pecuniæ magnitudinem, per [10] nomenclatorem conquiſitos, proſcriptorum numero adjecit. Adverſus mulieres quoque gladios [11] diſtrinxit: quaſi parum cædibus virorum ſatiatus. Id quoque inexplebilis feritatis indicium eſt: abſciſſa miſerorum capita, [12] modò non vultum ac ſpiritum retinentia, in conſpectum ſuum afferri voluit, ut oculis illa, quia ore nefas erat, manderet. Quam porrò crudeliter ſe in M. Mario prætore geſſit! quem [13] per ora vulgi ad ſepulchrum [14] Lutatiæ gentis pertractum, non priùs vitâ privavit, quam oculos infelicis erueret, & ſingulas corporis partes confringeret. Vix mihi veriſimilia narrare videor. At ille etiam M. Plætorium, quòd ad Marii ſupplicium exanimis ceciderat, continuò ibi mactavit: [15] novus punitor miſericordiæ, apud quem iniquo animo [16] ſcelus intueri, ſcelus admittere [17] fuit. Sed mortuorum umbris ſaltem pepercit? Minimè: nam C. Marii, cujus, etſi po-

1 Legionum illarum.
2 Ut à piſcibus corpora ea devorarentur.
3 Adfert alia teſtimonia crudelitatis Syllæ.
4 Sui, ſc. Præneſtis.
5 Ut feris & alitibus prædæ eſſent.
6 Publico ſcripto legendos expoſuit.
7 Ironia eſt: q. d. deteſtandæ.
8 Deleretur.
9 Pacis amatores, qui huic bello ſe miſcere noluerant, & neutram partem ſequi.
10 Nominum cujuſque pronuntiatorum. *Nomenclator* enim dicitur, qui nomina civium tenens, ea principibus, per urbem incedentibus, ſubjiciebat, ut unumquemque nominatim ſalutarent. His enim artibus principes civium gratiam inire ſtudebant Per hos igitur nomenclatores Sylla divitum nomina edoctus, proſcribebat omnes.
11 Denudavit.
12 Ferè.
13 Omnibus videntibus.
14 Catuli nepotis ſui, qui à gente Lutatiâ originem ducebat.
15 Exaggeratio crudelitatis, ut etiam puniret, qui miſericordiâ commoverentur.
16 Crudelitatem illam in innocentes cives.
17 Reputatum eſt.

ſteà hoſtis, [1] quæſtor tamen [2] aliquando fuerat, [3] erutos cineres in [4] Anienis alveum ſparſit. En, [5] quibus actis Felicis cognomen aſſequendum putavit!

2 [6] Cujus tamen crudelitatis C. Marius invidiam [7] levat: nam & ille nimia cupiditate perſequendi inimicos, iram ſuam nefariè [8] diſtrinxit, L. Cæſaris [9] conſularis & cenſorii nobiliſſimum corpus [10] ignobili ſævitia trucidando: Et quidem apud [11] ſeditioſiſſimi & abjectiſſimi [12] hominis [13] buſtum: id enim malorum miſerrimæ tunc reipublicæ deerat, ut Vario Cæſar [14] piaculum caderet. Pænè tanti victoriæ [15] ejus [16] non fuerunt: quarum oblitus [17] plus criminis domi, quam laudis militiæ meruit. Idem caput [18] M. Antonii [19] abſciſſum lætis manibus inter epulas per ſummam animi ac verborum [20] inſolentiam aliquandiu tenuit: clariſſimique & civis & oratoris ſanguine contaminari [21] menſæ ſacra paſſus. Atque etiam P. Annium, qui [22] id attulerat, in ſinum [23] ſuum, recentis cædis veſtigiis aſperſum, [24] recepit.

3 Damaſippus nihil laudis habuit [25] quod corrumperet: itaque memoria [26] ejus licentiore accuſatione [27] perſtringitur; Cujus juſſu principum civitatis capita hoſtiarum capitibus [28] permiſta ſunt; Carboniſque Arvinæ [29] truncum corpus [30] patibulo affixum geſta-

1 Quia Jugurtham à Boccho per Marium ad hoc miſſus impetraverat.
2 In bello Jugurthino in Africâ.
3 E ſepulchro.
4 Fluminis in Tyberim fluentis.
5 Tam crudelibus, & impiis.
6 Syllæ.
7 Diminuit.
8 Exercuit.
9 Qui conſulatum & cenſuram geſſerat.
10 Quæ in ignobilibus eſſe ſolet.
11 Quia principes accuſare conſueverat.
12 Varii.
13 Sepulchrum continens uſtos cineres.
14 Ad purgationem, & expiationem cædis Varii velut hoſtia caderet,
15 Marii in Jugurtham, & Cimbros, & Teuthonicos.
16 Ut licitum eſſet tantum virum tam abjecti hominis umbris parentari.
17 Plus criminationis & execrationis in urbe, propter crudelitatem, quam laudis in militiâ, propter res geſtas.
18 Oratoris eximii, qui cunctos eloquentiâ ſuâ ætate ſuperavit: quem cum Craſſo de eloquentiâ diſputantem in Oratore ſuo Cicero introducit.
19 A P. Antonio.
20 Superbiam.
21 Menſæ enim ſacræ erant antiquis.
22 Caput M. Antonii.
23 Marii.
24 Ad menſam.
25 Sc. turpiter agendo, quia nihil unquam præclari fecerat.
26 Quæ eſt de eo
27 Invaditur.
28 Quia principes inter hoſtias mactati ſunt
29 Detruncatum ablato capite.
30 Cruci. *Patibulum* à *patiendo* dictum, quòd in eo mortem noxij patiantur.

tum eſt : Adeò aut [1] flagitioſiſſimi hominis prætura multum, aut reipublicæ majeſtas [2] nihil potuit.

4 Munatius etiam Flaccus [3] Pompejani nominis acrior, [4] quam probabilior defenſor, cùm ab imperatore Cæſare in Hiſpania incluſus mœnibus [5] Atteguenſium obſideretur, efferatam crudelitatem ſuam [6] truculentiſſimo genere veſaniæ exercuit : Omnes enim ejus oppidi cives, quos ſtudioſiores [7] Cæſaris ſenſerat, jugulatos, [8] muris præcipitavit: [9] fœminas quoque, [10] citatis nominibus virorum, qui in [11] contrariis caſtris erant, ut cædes [12] conjugum ſuarum cernerent; maternis gremiis ſuperpoſitos liberos trucidavit, infanteſque alios in conſpectu parentum humo infligi, alios ſuperjactatos pilis excipi juſſit : [13] Quæ auditu etiam intolerabilia, [14] Romano juſſu, [15] Luſitanis manibus adminiſtrata ſunt : cujus [16] gentis præſidio Flaccus vallatus, [17] divinis operibus [18] vecordi pertinacia reſiſtebat.

## EXTERNA.

1 Tranſgrediamur nunc ad illa, quibus, ut [19] par dolor, ita [20] nullus noſtræ civitatis [20] rubor ineſt. Carthaginienſes [21] Atilium Regulum [22] palpebris [23] reſectis, [24] machinæ, in qua undique [25] præacuti ſtimuli emi-

1 Damaſippi, qui tunc præerat urbi.
2 Quia permiſerunt Damaſippum contra fas in innocentes ſævire.
3 Pompeji Magni querelæ.
4 Quia non laudem, ſed infamiam, ex eâ re propter crudelitatem eſt conſecutus.
5 Hiſpaniæ populorum. *Attegua* enim Hiſpaniæ oppidum eſt.
6 Sæviſſimo furoris genere.
7 Partibus Cæſaris.
8 De muris.
9 Alia teterrima feritas.
10 Nominatim, ut adeſſent, vocatis.
11 Cæſarianis.
12 Uxorum ſuarum.
13 Execratur quodammodò hanc Flacci crudelitatem: cùm Romani ſemper humanitatis principes extiterint, unus inventus Flaccus, qui barbaram crudelitatem ſuperaverit.
14 Romani præfecti.
15 Luſitanorum.
16 Luſitanæ.
17 Cæſaris inter Deos referendi.
18 Quia ſperabat ſe divinis operibus Cæſaris poſſe reſiſtere, à quo tandem ſuperatus, juſtas crudelitatis pœnas dedit.
19 Æqualis.
20 Nulla verecundia: quia externa crudelitas nullam incutit Romanis verecundiam.
21 Qui, ubi perſuaſit ne per ſe fieret redemptio captivorum Carthaginenſium, ut jusjurandum ſervaret, ad hoſtes rediit.
22 Cooperculis oculorum.
23 Abſciſſis.
24 Dolio, vaſi cuidam.
25 Valdè acuti clavi extabant.

nebant, incluſum, [1] vigilantia pariter & continuo tractu doloris necaverunt. Tormenti genus haud dignum [2] paſſo, [3] auctoribus digniſſimum. Eâdem [4] uſi ſunt crudelitate in milites noſtros, quos maritimo certamine in ſuam poteſtatem redactos, navibus ſubſtraverunt; ut [5] earum carinis ac pondere eliſi, inuſitata [6] ratione mortis barbaram feritatem ſatiarent: [7] tetro facinore [8] pollutis claſſibus ipſum [9] mare violaturi.

2 Eorum Dux Annibal, cujus majore ex parte [10] virtus ſævitia conſtabat, in [11] flumine Vergello corporibus Romanis ponte facto, exercitum traduxit: ut [12] terreſtrium Carthaginenſium copiarum æquè ſceleſtum egreſſum terra, quam maritimarum Neptunus experiretur. [13] Idem captivos noſtros oneribus & itinere feſſos infima pedum parte [14] ſucciſa relinquebat. Quos verò in caſtra perduxerat, [15] paria ferè fratrum & propinquorum jungens, ferro [16] decernere cogebat: neque antè ſanguine [17] explebatur, quam ad [18] unum victorem omnes redegiſſet. [19] Juſto erga [20] illum odio, verumtamen [21] tardo ſupplicio ſenatus Pruſiæ regi factum ſupplicem ad [22] voluntariam mortem compulit.

3 [23] Tam herclè, quam [24] Mithridatem regem, qui [25] una epiſtola octoginta millia ci-

1 Quia abſciſſis palpebris dormire non potuit.
2 Regulo, qui id paſſus erat.
3 Ejus paſſionis: quia Carthaginenſes crudeliſſimi fuerunt.
4 Carthaginenſes.
5 Navium alvis ac fundis contriti.
6 Viâ ac ſpecie.
7 Fœdo ac diro.
8 Humano ſanguine navibus aſperſis.
9 Deductis ſc. navibus, Romanorum ſanguine pollutis, ipſum mare violare videbantur, cùm illud humano ſanguine reſpergerent.
10 Bellica.
11 Siciliæ, inter Camerinam & Agrigentum.
12 Per terras ductarum.
13 Annibal.
14 Ne ampliùs ingrederentur, ſaltem rectè.
15 Tanquam paria gladiatorum, ut frater cum fratre, propinquus cum propinquo ferro certarent, ſeque mutuis vulneribus occiderent, ut mors illis gravior eſſet.
16 Dimicare.
17 Satiabatur.
18 Sc. ultimum, qui non habebat, cum quo ampliùs certaret: qui verò ſemel vicerant, iterum alteri conjungebantur, donec omnes præter unum eſſent interfecti.
19 Meritò illum odêre Romani, quem ad voluntariam denique mortem compulerunt.
20 Annibalem.
21 Quia nimis diu regnaverat.
22 Quam ſibi intulit.
23 Sc. juſto odio compulit Senatus Annibalem ad mortem voluntariam, quam Mithridatem regem Ponti.
24 Hic Mithridates annos quadraginta Romano reſtitit imperio.
25 Mandato miſſo epiſtolâ unâ.

vium Romanorum in Aſia per urbes [1] negotiandi gratia diſperſa, interemit: [2] tantæque provinciæ [3] hoſpitales Deos, [4] injuſto, ſed [5] non inulto cruore reſperſit. Quoniam cum [6] maximo cruciatu, veneno [7] repugnantem ſpiritum ſuum tandem ſuccumbere coëgit. Simulque [8] piacula [9] crucibus illis dedit, quibus amicos ſuos auctore [10] Gauro [11] ſpadone libidinoſus [12] obſequio, ſceleſtus [13] imperio affecerat.

4 Numulizinthis Diogiridis filiæ, Thraciæ regis, etſi [14] minus admirabilem crudelitatem [15] gentis ipſius feritas, [16] narrandam tamen [17] rabies ſævitiæ facit: [18] cui neque vivos homines medios ſecare, neque parentes liberorum veſci corporibus nefas fuit.

5 Iterum [19] Ptolomæus Phyſcon [20] emergit, [21] pauló antè libidinoſæ amentiæ [22] teterrimum exemplum: idem etiam inter præcipua crudelitatis indicia [23] referendus. Quid enim hoc facto truculentius? filium ſuum, nomine Menephitem, quem ex Cleopatra eadem ſorore & uxore [24] ſuſtulerat, [25] liberalis formæ, [26] optimæque ſpei puerum, [27] in conſpectu ſuo occîdi juſſit: protinuſque caput [28] ejus & pedes [29] præciſos, & manus in ciſta

1 Mercandi.
2 Quanta eſt Aſia.
3 Qui hoſpitalitati præſunt. Apud majores ſancta habebantur hoſpitii jura, quæ violare nefas. Violavit ergo hoſpitalia jura, cùm mandavit Aſiaticis omnibus, ut hoſpites Romanos cuncti necarent.
4 Injuſtè fuſo.
5 Quia de rege tandem ſumpſêre ſupplicium, quem ad voluntariam mortem compulerunt.
6 Violentiſſimâ morte.
7 Quia munitum Mithridaticâ confectione contra vim veneni.
8 Expiationes.
9 Suppliciis & tormentis.
10 Quem in delitiis Mithridates habebat, ad cujus nutum nihil non facere paratus erat. Hic ergo multos regis amicos, qui tam fœdum regiæ libidinis miniſterium periniquo animo ferebant, de medio tolli curavit. 11 Eunucho. Deducitur *ſpado ἀπὸ τοῦ σπάειν*, id eſt, *à trahendo*, quia trahuntur & debilitantur genitalia, non penitùs tolluntur, ſed enervantur quibuſdam inſtrumentis, ut virilia agere non poſſint. 12 Obſequendo tam iniquo & turpi voto ſpadonis, ut amicos ſuos illi infenſos, occîdi juſſerit. 13 Imperando, quia fidos amicos ſpadonis gratia mori imperavit. 14 Quia minùs mirum, ubi totus populus crudelis eſt, reginam crudeliſſimam fuiſſe. 15 Thraciæ. 16 Dignam quæ narretur ad deteſtationem. 17 Enormitas 18 Reginæ. 19 Rex Ægypti. 20 Se notandum profert. 21 Cùm de luxuriâ & libidine ageretur. 22 Turpiſſimum & peſſimum. 23 Narrandus. 24 Suſceperat & nutriverat. 25 Ingenuæ, & liberis hominibus dignæ. 26 Et indolis bonos mores promittentis. 27 Antè oculos ſuos, quod ſævius fuit. 28 Filii ſui. 29 Antè abſciſſos.

chlamyde

lamyde opertos [1] pro munere natalitio [2] ma-
i miſit. [3] Perinde quaſi ipſe cladis, quam in-
ſerebat, expers, ac non infelicior, quòd in
communi [4] orbitate Cleopatram miſerabilem,
cunctis ſe inviſum redderet. [5] Adeò cæco fu-
rore ſumma quæque [6] effervеſcit crudelitas,
cum [7] munimentum ex ſe ipſa capit. Nam
cum [8] animadverteret, quanto ſui odio pa-
tria teneretur, [9] timori remedium [10] ſcelere
petivit: quoque tutius plebe trucidata re-
gnaret, [11] frequens juventute gymnaſium
armis & igni circumdedit, omneſque, qui in eo
erant, partim ferro, partim flamma necavit.

6 Ochus autem, qui poſteà Darius appella-
tus eſt, ſanctiſſimo Perſis jurejurando obſtri-
ctus, ne quem ex [12] conjuratione, quæ ſeptem
[13] Magos cum eo oppreſſerat, aut veneno, aut
ferro, aut ulla vi, aut [14] inopia alimentorum
necaret; crudeliorem mortis [15] rationem ex-
cogitavit, qua [16] oneroſos ſibi, [17] non per-
rupto religionis vinculo tolleret. [18] Septum
enim altis parietibus locum cinere complevit,
[19] ſuperpoſitoque tigno prominente, [20] beni-
gnè cibo & porione exceptos in [21] eo colloca-
bat; è quo [22] ſomno ſopiti, in illam inſidio-
ſam [23] congeriem decidebant.

7 Apertior & [24] tetrior alterius Ochi co-
gnomine Artaxerxis crudelitas, qui Ocham
ſororem, atque eandem [25] ſocrum, vivam capi-
te defodit: & patruum [26] cum centum am-

1 Quo principes & conjuges ſe mutuo donare ſolebant in natali ſuo. Id eſt, curavit iſte rex ſæviſſimus, ut hæc munera reginæ darentur in convivio, quo die natalem ſuum celebraret: quæ res non reginæ tantum, ſed etiam univerſæ civitati acerba & luctuoſa fuit.
2 Cleopatræ.
3 Tanquam non ſibi filius, ſed è ſolâ Cleopatrâ natus: q. d. qui nullum patris ſenſum haberet.
4 Privatione liberorum.
5 Tanta erat crudelitas furori permixta, ut etiam ipſa vires reciperet ad explenda ſcelera.
6 Ebullit, incenditur.
7 Fomentum.
8 Ptolemæus.
9 Ne nimis cogeretur ſuos, quibus odio erat, timere.
10 Novo ſc.
11 Abundantem multitudine juvenum locum exercitiorum & ludorum.
12 Multitudine conjuratorum.
13 Qui tyrannidem exercuerant.
14 Fame & inediâ.
15 Modum & viam.
16 Graves ac difficiles, quorum opes atque potentiam metuebat.
17 Non violato jurejurando.
18 Circumdatum.
19 Et clanculum impoſito ligno tranſverſo, longè eminente extra cineres.
20 Abundè.
21 Tigno.
22 Profundè propter crapulam dormientes.
23 Cinerum cumulum deorſum cadebant.
24 Durior.
25 Quia ejus filiam duxerat uxorem.
26 Barbarum erat, non ſingulas, ſed plures habere conjuges; quotquot ſc. alere potuiſſent. Virg. *Vidi Hecubam, centumque nurus.* Item: *Quinquaginta illi thalami.*

plius

plius filiis ac nepotibus vacua area deſtitutum, jaculis confixit; [1] nulla injuria laceſſitus, ſed quòd in [2] his maximam apud Perſas probitatis & fortitudinis laudem conſiſtere videbat.

8 Conſimili genere [3] æmulationis [4] inſtincta civitas Athenienſium; indigno gloriæ ſuæ decreto [5] Æginenſium juventuti [6] pollices abſcidit; ut claſſe potens [7] populus, in certamen maritimarum virium [8] ſecum deſcendere nequiret. [9] Non agnoſco Athenas, timori remedium à crudelitate [10] mutuantes.

9 Sævus etiam [11] ille [12] ænei tauri inventor, quo incluſi [13] ſubditis ignibus, longo & [14] abdito cruciatu, [15] mugitus reſonante ſpiritu [16] edere cogebantur, ne [17] ejulatus eorum humanæ ſono vocis expreſſi, Phalaridis [18] tyranni miſericordiam implorare poſſent. [19] Quam, quia calamitoſis deeſſe voluit, teterrimum artis ſuæ opus [20] primus artifex [21] incluſus meritò [22] auſpicatus eſt.

10 At ne [23] Etruſci quidem parum feroces

1 Exaggeratio crudelitatis Ochi, qui inſontes necaverit ſanguine ſibi conjunctos.
2 Patruo, & filiis ejus, ac nepotibus.
3 Invidiæ ob parem aut majorem virtutem. Sunt enim Athenienſes Ochi crudelitatem imitati: ſicut enim Ochus patrui, & ejus filiorum atque nepotum probitatem ſuſpectam habuit, ſic Athenienſes & Æginenſium vires timuerunt, qui metus illos fecit eſſe crudeles.
4 Stimulata.
5 *Ægina* inſula eſt & urbs, in quâ regnavit Æacus, ab *Æginâ*, Æſopi filiâ, denominata. 6 In quibus manuum vis omnis penè tota conſtitit. 7 Æginetarum. 8 Cum civitate Athenienſi. 9 Non cenſeo in eo facto Athenas. 10 Mutuò accipientes: ſicut Ptolomæus, de quò ſuprà. 11 Athenienſis faber Perillus, qui & Perilaus dictus eſt. 12 Ex ære facti. 13 Subjectis. 14 Occulto: quò minùs ſpectantes miſericordiâ moverentur. 15 Sonos taurinos referente: vox enim patientium per fiſtulas quaſdam erumpens: mugitum boum imitabatur. 16 Emittere. 17 Miſerabiles gemitus & fletus incluſorum. 18 Agrigentinorum. 19 Miſericordiam ſc. id eſt, qui miſericordiam aliis ſuo artificio negari cupiebat, nullam ipſe miſericordiam eſt conſecutus. 20 Quia primus in eo periit. Ovid. 1. De Arte: *Et Phalaris tauro violenti membra Perilli Torruit, infelix imbuit auctor opem.* Idem in eodem: *Neque enim lex æquior ulla eſt, Quam necis artifices arte perire ſuâ.* 21 Sc. eo, præcepto Phalaridis. 22 Inchoavit. 23 Populi Italiæ, qui non minùs crudeles pœnas invenerunt, ut viva corpora mortuis alligata tabeſcerent: quod mortis genus crudeliſſimum fuit. Hoc autem, quod Valerius Hetruſcis, Virgilius Mezentio, eorum regi, attribuit, dicens: *Quid memorem infandas cædes? quid facta tyranni Efferam? Dii capiti ipſius generique reſervent. Mortua quin etiam jungebat corpora vivis, Componens manibuſque manus, atque oribus ora (Tormenti genus,) & ſanie taboque fluentes Complexu in miſero longâ ſic morte necabat.*

a pœna excogitanda: qui vivorum corpora adaveribus [2] adverſa adverſis alligata atque onſtricta, ita ut ſingulæ [2] membrorum par-es [3] ſingulis eſſent accommodatæ, [4] tabeſce-eſimul patiebantur: Amari [5] vitæ pariter ac [6] mortis tortores.

II [7] Sicut illi barbari, quos ferunt mactaarum pecudum inteſtinis & viſceribus [8] egelis, [9] homines inſerere, ita ut capitibus tanummodò emineant, atque ut diutiùs pœnæ ſufficiant, cibo & potione [10] infelicem ſpiritum [11] prorogare: donec intùs putrefacti, laniatui ſint [12] animalibus, quæ [13] tabidis corporibus innaſci ſolent. [14] Queramur nunc cum natura erum, quòd nos multis & aſperis [15] adverſæ valetudinis incommodis obnoxios eſſe voluetis: [16] habitumque cœleſtis roboris humanæ conditioni denegatum moleſtè feramus: cùm tot cruciatus ſibimet ipſa mortalitas [17] impulſu crudelitatis excogitaverit.

1 Oribus ora, ut Virgilius loquitur. 2 Viventium. 3 Membris cadaverum. 4 In tabem & putredinem reſolvi. 5 Viventium. 6 Mortuorum: quorum cadaveribus ſic abutebantur. 7 Cum ſuperiori conjungitur: *ita amari vitæ pariter & mortis tortores fuerunt Hetruſci, ſicut illi barbari*, id eſt; Scythæ. 8 Evulſis. 9 Vivos. 10 Ad cruciatum duntaxat ſervatum. 11 Producere. 12 Vermibus & ſerpentibus. 13 Putrefactis. Corruptio enim unius eſt generatio alterius. Nam corruptis bobus generantur apes: ex hominibus vermes, &c. 14 Nihil eſt quod naturam incuſemus, quæ nos variis morborum generibus ſubjectos eſſe voluerit: cum non his contenti homines alia inſuper ipſi excogitaverint. Cum indignatione quadam legendum eſt. 15 Ægritudinis. 16 Diſpoſitionem. Habitus cœleſtis roboris eſt doloris carentia: Dii enim pati non poſſunt: quod humanæ fragilitati non eſt conceſſum. 17 Inſtigatione, & impetu.

## CAP. III.

# DE IRA ET ODIO.

1 M. Livii Salinatoris *Coſ*,
2 C. Marcii Figuli juriſcoſ.
3. Patriciorum.
4 Juventutis Romanæ.
5 Exercitus Rom.
6 Plebis Rom.
7 Q. Metelli Macedonici Procoſ.
8 L. Cornelii Syllæ.

EXTERNORUM.

1 Alexandri Magni.
2 Amilcaris Barchæ Pœni.
3 Annibalis Barchæ Pœni.
4 Semiramidis Aſſyriorum Reginæ.

[1] IRa quoque & [2] odium in pectoribus humanis [3] magnos fluctus excitant: [4] procurſu celerior illa, nocendi cupidine [5] hoc [6] pertinacius. [7] Uterque conſternationis plenus affectus, ac [8] nunquam ſine [9] tormento ſui violentus: quia dolorem cùm inferre vult, patitur, amara ſollicitudine, ne non contingat ultio, anxius: Sed proprietatis [10] eorum certiſſimæ [11] ſunt imagines; quas Dii ipſi in claris perſonis, aut dicto aliquo, aut facto vehementiore conſpici voluerunt.

I Cùm adverſus [12] Aſdrubalem Livius Salinator bellum geſturus urbe egrederetur, monente Fabio Maximo, ne antè [13] deſcenderet in aciem, quam hoſtium vires animumque cognoſſet; primam occaſionem pugnandi non omiſſurum ſe reſpondit. Interrogatuſque ab eodem, quid ita tam feſtinanter [14] manum

1 Subitus animi motus, ex injuriâ proveniens, & ultionem deſiderans. Has duas animi perturbationes crudelitati rectè ſubjungit: quoniam earum effectus ſævitiæ ſimillimi ſunt.
2 Inveterata inimicitia, de ultione ſemper cogitans.
3 Magnas perturbationes.
4 In impetu faciendo rapidior eſt ira, id eſt, ira celeritate quadam ad nocendum rapitur.
5 Odium.
6 Occaſionem enim exſpectat, ut graviùs nocere poſſit. 7 Utraque paſſio perturbationis, & mentis ac rationis confuſionis referta eſt. 8 Semper cum. 9 Cùm enim videt de inimico ultionem ſe ſumere non poſſe, dolore commovetur. 10 Affectuum iræ & odii. 11 Exſtant veriſſima ſigna & indicia. 12 Qui venerat in Italiam, ut ſe Annibali fratri conjungeret: quod ſi factum eſſet, actum fortaſſe de imperio Romano fuiſſet. 13 Prœlium committeret. 14 Pugnam committere,

ſerere vellet : Ut quam celerrimè (inquit) gloriam ex hoſtibus victis , aut ex civibus oſtratis gaudium capiam. Ira tunc atque tus [1] ſermonem ejus inter ſe diviſerunt : illa injuſtæ damnationis memor ; [3] hæc umphi gloriæ intenta, Sed neſcio an [4] ejuſ-m fuerit [5] hoc dicere, & [6] ſic vincere.

2 [7] Ardentis ſpiritus [8] virum , & bellicis eribus aſſuetum, [9] hùc iracundiæ ſtimuli egerunt : C. autem Figulum [11] manſuetiſ-mum, [12] pacato juris civilis judicio celeber-mum, prudentiæ [13] moderationiſque imme-orem reddiderunt. [14] Conſulatus enim re-lſæ dolore accenſus, eò quidem magis, quòd illum bis patri ſuo datum meminerat, cùm eum poſtero comitiorum die multi [16] con-lendi cauſa veniſſent , omnes [17] dimiſit : fatus, An vos conſulere ſcitis, conſulem fa-re neſcitis ? Dictum graviter, & [18] meritò ; d tamen aliquantò melius non dictum. Nam is populo Rom. iraſci ſapienter poteſt ?

3 Itaque ne [19] illi quidem probandi, quam-is factum eorum nobilitatis ſplendore prote-um ſit : qui, quòd Cn. Flavius [20] humilli-æ quondam ſortis præturam adeptus erat, of-ſi, [21] annulos aureos ſibimet ipſis, & [22] pha-ras equis detractas abjecerunt, doloris [23] im-otentiam tantum, non luctum profectò teſtati.

4 [24] Talis iræ motus aut ſingulorum , aut paucorum adverſus populum univerſum : mul-

1 Partem ſermonis ejus ſibi vendicarunt, aſſumpſerunt.
2 Ira ſc. diviſit ſibi ſermonē, ſc. aut ex civibus proſtratis gaudium capiam.
3 Virtus ſc. diviſit ſibi ſermonem, ſc. aut gloriam ex hoſtibus victis capiam.
4 Ad eundem hominem pertinuerit.
5 Tam ſuperbum & iræ plenum dictum.
6 Tam glorioſè ut vicit. Q. d. vicit quidem, ſed meruit vinci.
7 Vehementis & bellicoſi.
8 Salinatorem.
9 Ad hujuſmodi reſponſum ac ferocitatem.
10 Impulerunt.
11 Qui remiſſioris ſpiritus erat.
12 Juriſperitus optimus erat, qui hominibus in pace conſulere, & de jure civili diſceptare poſſet.
13 Temperationis ab ... 14 In petitione conſulatus. 15 Conſulatum. 16 Petendi conſilium. 17 Sine conſilio. 18 Quia indignus erat, qui repulſam acciperet. 19 Nobiles Romani , qui candidati in campum deſcenderant. 20 Maximè plebejæ : quippe cujus pater fuiſſet aliquando ſervus. 21 Inſignia nobilitatis. 22 Equorum ornamenta. 23 Impatientiam. 24 Talis, inquit, animi perturbatio & iracundia, qualem ſuprà diximus, fuit paucorum erga populum Romanum : quæ verò ſequitur, fuit populi Romani erga paucos Imperatores & Magiſtratus.

titudinis autem erga principes ac duces ejuſmodi. Manlio Torquato ampliſſimam & glorioſiſſimam ex Latinis & Campanis victoriam in Urbem referenti, cùm ſeniores omnes [1] lætitia ovantes occurrerent; juniorum nemo obviam proceſſit: quòd filium adoleſcentem, [2] fortiſſimè adverſus imperium ſuum prœliatum, ſecuri percuſſiſſet. Miſerti ſunt [3] æqualis nimis aſperè [4] puniti: nec factum eorum defendo, ſed iræ vim indico, quæ unius civitatis & [5] ætates & [6] affectus dividere valuit.

5 [7] Eadem tantum potuit, ut univerſum populi Rom. peditatum à Fabio conſule ad hoſtium copias perſequendas miſſum, [8] cùm & tutò & facilè eas liceret delere; legis [9] agrariæ ab [10] eo impeditæ memoria [11] immobilem retineret. [12] Illa vero etiam [13] Appio [14] duci (cujus pater, [15] dùm pro ſenatus amplitudine nititur, commoda plebis acerrimè impugnaverat) infenſum exercitum faciendo, voluntaria fuga [16] terga hoſti, ne triumphum Imperatori [17] quæreret, [16] dare coëgit. [18] Quoties ergo victoriæ [19] victrix? congratulationem [20] ejus in Torquato [21] ſpernendam, [22] in Fabio pulcherrimam partem omittendam, [23] in Appio [24] totam [25] fugæ poſtponendam credidit.

6 Age, quam violenter ſe in pectore univerſi pop. Rom. geſſit eodem tempore, quo

1 Præ gaudio geſtientes.
2 Quia vicerat.
3 Coætanei ſui.
4 Filii Torquati à patre nimis aſperè puniti.
5 Quia juniores filii miſerabantur.
6 Quia ſenes læti, & patri gratulabantur.
7 Ira, aut vis iræ.
8 Hoc ideò dicit, ne videantur periculo aut labore deterriti detrectaſſe militiam.
9 De agris dividendis.
10 Fabio: qui interceſſerat, ne promulgaretur.
11 Ne perſequeretur hoſtem: noluit enim, ut imperator ex partâ victoriâ gloriam aſſequeretur.
12 Vis iræ.
13 Claudio.
14 Imperatori.
15 Dùm ſenatus majeſtatem tueri nititur.
16 Fugere.
17 Acquireret plebs.
18 Sæpiùs, inquit, iracundia victorias ſuperavit, quia tanta militum in duces iracundia fuerit, ut nullâ ratione efficere potuerint Imperatores, ut exercitus, cùm poſſet vincere, vellet. Iracundia igitur vicit victorias.
19 Ira ſc.
20 Victoriæ.
21 A juvenibus: quia juniorum iracundia in Torquatum ei victoriæ gratulationem eripuit, quia illi, cum victoriâ redeunti, infenſa juventus propter filium crudeliter cæſum, nec obviam prodire officii gratiâ, nec de victoriâ illi gratulari voluit.
22 In Fabio bonam victoriæ partem ademit, quia fuſos hoſtes inſequi noluit.
23 Appium penitus victoriæ fecit expertem.
24 Victoriam ſcilicet.
25 Quia maluit exercitus fugere, quam imperatori victoriam parere.

ſuffragiis [1] ejus dedicatio [2] ædis Mercurii M. prætorio [3] primipili centurioni data eſt; [4] præteritis conſulibus; [5] Claudio quòd obſtitiſſet, quò minùs [6] æri alieno [7] ſuo ſuccurreretur; & [8] Servilio, quòd ſuſceptam cauſam [9] ſuam [10] languido patrocinio protexiſſet? Negas efficacem eſſe iram, cujus hortatu [11] miles [12] ſummo imperio [13] prælatus eſt?

7 [14] Non quidem [15] proculcavit tantùm imperia; ſed etiam geſſit [16] impotenter. Nam Q. Metellus cùm provinciam Hiſpaniam conſul citerius, deindè [17] pro conſule, penè totam ſubegiſſet, poſtquam cognovit Q. Pompejum conſulem inimicum ſuum ſucceſſorem ſibi mitti: [18] omnes, quì modò militiam ſuam voluerunt finiri, [19] dimiſit: [20] commeatus petentibus, neque [21] cauſis [22] excuſſis, neque conſtituto [23] tempore, dedit: Horrea cuſtodibus remotis opportuna rapinæ præbuit: arcus, ſagittaſque [24] Cretenſium frangi, atque [25] in amnem abjici juſſit: [26] elephantis cibaria dari vetuit: Quibus factis ut [27] cupiditati ſuæ indulſit, ita magnificè geſtarum rerum gloriam corrupit: meritumque honorem, [28] triumphi hoſtium, quam [29] iræ, fortior victor amiſit.

8 Quid [30] Sylla, dùm huic [31] vitio obtemperat? nonne multo alieno ſanguine profuſo, ad ultimum & ſuum [32] erogavit? [33] Puteolis enim ardens indignatione, quòd Granius prin-

1 Populi Romani.
2 Templi.
3 Primæ partis exercitus ſequentis primum pilum in bello.
4 Neglectis, contemptis.
5 Appio, qui erat alter conſulum, prætcrito.
6 Debito.
7 Sc. *ære*, id eſt, impensâ ipſius Appii.
8 Altero conſule præterito.
9 Populi Romani.
10 Tepidâ, debili defenſione: quia collegæ & nobilitati reſiſtere non eſt auſus.
11 M. Plætorius.
12 Conſulari.
13 In dedicanda æde Mercurii.
14 Verè efficax eſt iracundia, quæ non ſolùm imperia conculcat, ut exemplis ſuprà monſtravimus: ſed etiam facit ipſa imperia ſe impotenter gerere, ut ſe continere non poſſint. 15 Ira. 16 Inſolenter, ut ſe continere non poſſint. 17 Quia in ſequentem annum poſt conſulatum illi provincia fuerat prorogata, ut proconſul in eâ bellum gereret. 18 Milites. 19 Exautoravit, & militiæ vacationem dedit. 20 Liberam abeundi ad tempus poteſtatem. 21 Abeundi. 22 Examinatis. 23 Redeundi. 24 Qui auxiliares erant populi Romani. 25 Ne ſucceſſori uſui eſſent. Naſcuntur autem in Cretâ arundines ſagittis aptiſſimæ. 26 Ne illorum operâ Pompejus uti poſſet. 27 Iracundiæ ſuæ Metellus nimis tribuit. 28 Nam vicit Hiſpanos. 29 Ipſe enim victus ab irâ eſt. 30 Scilicet facit. 31 Iræ. 32 Impendit iræ. 33 Apud Puteolos,

ceps ejus coloniæ pecuniam à [1] decurionibus ad refectionem. [2] Capitolii promiſſam [3] cunctantiùs daret; animi concitatione nimia, atque immoderato vocis impetu convulſo pectore, ſpiritum cruore ac minis miſtum evomuit. [4] Nec ſenio jam [5] prolapſus, utpote ſexageſimum ingrediens annum; ſed [6] alita miſeriis reip. [7] impotentia furens. Igitur in dubio eſt, Sylla-ne prior, an [8] iracundia Syllæ ſit extincta.

1 Nobilibus equitibus.
2 Exuſti.
3 Tardiùs.
4 Occurrit tacitæ objectioni, quòd non ira, ſed nimiâ ſenectute perierit: dicit non ita eſſe, ad ſexageſimum annum pervenerat, quæ adhùc ætas robuſta eſſe conſuevit.
5 In eam mortem.
6 Nutritâ.
7 Imbecillitate reſiſtendi vitiis, natâ ex malâ conſuetudine.
8 Quia in ipſo furore extinctus eſt.

## EXTERNA.

[9] Nunc ab [10] ignotis exempla petere [11] juvat, ſed maximis viris exprobrare vitia ſua verecundiæ eſt: cæterùm cùm [12] propoſiti fides [13] excellentiſſima quæque complecti moneat, [14] voluntas operi cedat: dùm præclara libenter probando, [15] neceſſaria narrandi conſcientia non [16] deſit.

1 Alexandrum iracundia ſua propemodum [17] cœlo diripuit. Nam quid obſtitit, quò minùs [18] illùc aſſurgeret, niſi [19] Lyſimachus [20] leoni [21] objectus, & Clytus haſtâ [22] trajectus, & [23] Calliſthenes mori [24] juſſus? [25] quia tres

9 A domeſticis tranſiens ad externa, dicit non ideò ſe velle externorum hominum iram odiumque referre, quòd clariſſimis viris vitia juvet exprobare, ſed ut propoſiti ſui fidem impleat, quoniam ab initio cunctarum gentium facta ſimul ac dicta memoratu digna complecti velle promiſit. 10 Peregrinis, externis. 11 Delectat me. 12 Promiſſi in primâ præfatione. 13 Exempla tam vitiorum, quam virtutum. 14 Sc. mea, quæ pudore afficitur, dum magnorum vitia recitat. 15 Ob promiſſi fidem. 16 Operi præſenti. 17 Fecit, ut non cœleſtis, ſed mortalis haberetur, aut ut mortuus cœlo non dignaretur. 18 In cœlum. 19 Vir inter Macedones præclarus & virtute & natalibus. 20 Ut ab eo devoraretur. 21 Juſſu Alexandri. 22 Ab Alexandro, quòd Philippum, patrem Alexandri, Alexandro præferret. 23 Philoſophus ſeverus, improbans perſicam adulationem à rege, dùm ſalutaretur, admitti. 24 Ab Alexandro. 25 Benè iracundia maximè obſtitit, quò minùs in Deorum numerum transferretur: nam quamvis ter Darium vicerit, toties tamen & ipſe ab irâ ſuperatus eſt.

maximas [1] victorias totidem amicorum injuſtis cædibus victor perdidit.

2 Quam [2] vehemens deindè adverſus populum Romanum [3] Amilcaris odium! [4] Quatuor enim puerilis ætatis filios intuens, [5] ejuſdem numeri catulos leoninos, in perniciem imperii noſtri alere ſe prædicabat. Digna nutrimenta, quæ in exitium [6] patriæ ſuæ, ut evenit, converterentur.

3 E [7] quibus Annibal [8] maturè adeò [9] patris veſtigia ſubſecutus eſt; ut [10] eo exercitum in Hiſpaniam [11] trajecturo, & ob id ſacrificante, novem annorum natus, altaria [12] tenens juraret; ſe, cùm primùm per ætatem potuiſſet, acerrimum hoſtem pop. Rom. futurum; ut pertinaciſſimis precibus [13] inſtantis belli [14] commilitium exprimeret. [15] Idem ſignificare cupiens, quanto inter ſe odio Carthago & Roma diſſiderent; [16] inflicto in terram pede, [17] ſuſcitatoque pulvere, tunc inter [18] eas fore finem belli dixit, cùm [19] alterutra Urbs in [20] habitum pulveris eſſet redacta.

4 In [21] puerili pectore non tantum vis odii potuit, ſed in [22] muliebri quoque æquè multum valuit. Namque Semiramis, Aſſyriorum regina, cùm ei circa cultum capitis ſui occupatæ nunciatum eſſet, Babylonem [23] defeciſſe; altera parte crinium [24] adhùc ſoluta protinùs ad [25] eam expugnandam cucurrit: Nec priùs [26] de-

1 Contra Darium, Perſarum regem: primò in campis Adraſteis, ubi in acie Perſarum fuerunt ſexcenta millia militum: deinde apud Taurum montem: in quâ pugnâ fuere ccc. millia peditum, & centum millia equitum; poſtremò haud procul à Babylone, quò confugerat Darius.
2 Efficax.
3 Ducis Carthaginenſium, & patris Annibalis, qui Punico bello ſuperatus à Romanis, Siciliam Sardiniamque amiſit.
4 Tres duntaxat fuiſſe Juſtinus tradit, Annibalem, Haſdrubalem & Sapphonem.
5 Quaternarii.
6 Nam ſi Annibal & Haſdrubal populum Romanum non ſic vexaſſent, Carthaginem Scipio non deleviſſet.

7 Quatuor filiis. 8 Feſtinanter, tempeſtivè, utpote in puerili ætate. 9 Paterni odii in Romanos. 10 Patre. 11 Trans mare. 12 Dextrâ ſc. 13 Quod adverſus Hiſpanos parabatur. 14 Officium commilitonis, comitatum militiæ, ut patri duci comes iret in militiam. 15 Annibal. 16 Incuſſo. 17 Surſum excito. 18 Duas urbes. 19 Aut Carthago, aut Roma. 20 Formam & diſpoſitionem. 21 Annibalis adhùc pueri. 22 Sc. *pectore*, ut in pectore Semiramidis. 23 Deſciviſſe ab imperio ſuo ad alterius imperium. 24 Nondùm colligatâ. 25 Babilonem. 26 Ornatum & pulchritudinem.

corem capillorum in ordinem, quam [1] tantam urbem in poteſtatem ſuam redegit, [2] Quocircà ſtatua ejus Babylone poſita eſt illo habitu, quo ad ultionem [3] exigendam celeritate præcipiti tetendit.

1 Quæ omnium Orientalium urbium maxima fuit.
2 Ne tantæ rei memoria aboleri poſſet, ſtatua illi Babyloniæ erecta eſt, eo, quo urbem vendicaverat, habitu.
3 A defectoribus.

## CAP. IV.

# DE AVARITIA.

### ROMANORUM. EXTERNI unius.

| | |
|---|---|
| 1 M. Craſſi & Q. Hortenſii. | 1 Ptolomæi Cypriorum regis. |
| 2 Q. Caſſii Longini proprær. | |
| 3 L. Septimuleji. | |

[1] PRotrahatur etiam Avaritia, latentium indagatrix lucrorum, manifeſtæ prædæ [2] avidiſſima vorago; nec [3] habendi fructu felix, & cupiditate [3] quærendi miſerrima.

I [4] Cùm admodum locupleti L. Minucio Baſilio [5] falſum teſtamentum quidam in Græcia [6] ſubjeciſſent, ejus denique confirmandi gratiâ, potentiſſimos civitatis noſtræ viros, M. Craſſum & Q. Hortenſium, quibus [7] Minucius ignotus fuerat, tabulis hæredes inſeruerunt. Quanquam evidens fraus erat, tamen uterque pecuniæ cupidus, facinoris alieni munus non

1 Dicturus de Avaritiâ, eam quodammodò definit.
2 Cupidiſſima profunditas, quæ nullâ copiâ repleri poſſit.
3 Quia avarus (ut ait Horatius) *Quærit, & inventis miſer abſtinet, ac timet uti*: &, ut ait Seneca, *Tam deeſt avaro quod habet, quam quod non habet*: Felix enim eſt, qui ex rebus partis fructum capit: hoc autem non accidit avaro, non igitur felix.
4 Acquirendi: undè divitiæ acquiruntur ab avaris cum labore, cuſtodiuntur cum timore, deſeruntur cum dolore.
5 Quo ipſe ſe fingebat hæredem à L. Baſilio inſtitutum.
6 Falſum pro vero ſcriptum impoſuiſſent, id eſt, Romam attuliſſent. Nam mortuo Minutio, teſtamentum illi non Minutii teſtatoris, ſed aliud à ſe ſcriptum ſubjecerunt.
7 Defunctus ſc.

repu-

pudiavit. [1] Quantam culpam [2] quam levi-
er retuli! Lumina [3] Curiæ, ornamenta[4] fo-
i, [5] quod ſcelus [6] vindicare debebant, inho-
ſti lucri [7] captura invitati, [8] auctoritatibus
uis texerunt.

2 Verùm aliquantò [9] majores vires in Q. Caſſio [10] exhibuit; qui in Hiſpania [11] M. Silium & A. Calpurnium occidendi [12] ſui gratia um [13] pugionibus deprehenſos, [14] quinquagies ſeſtertium ab [15] illo, ab [16] hoc [17] ſexagies [18] pactus dimiſit. [19] Atqui ne dubites, ſi alterum tantùm [21] daretur, jugulum quoque ſuum æquo animo [22] illis fuiſſe præbiturum.

3 Cæterùm avaritia [23] ante omnes L. Septimuleji præcordia poſſedit: Qui, cùm C. Gracchi familiaris fuiſſet, caput ejus abſcindere, & per Urbem [24] pilo fixum ferre ſuſtinuit: [25] quia Opimius conſul auro id ſe repenſurum edixerat. Sunt qui tradunt, [26] liquato plumbo eum [27] cavatam partem capitis, quo ponderoſius eſſet, expleſſe. [28] Fuerit ille ſeditioſus, bono perierit exemplo: clientis tamen [30] ſceleſta fames in has uſque jacentis injurias [32] eſurire non debuit.

1 Invehitur quodammodò in hos Valerius, cùm dicat tantum crimen tam levi reprehenſione perſtringi non debere: quippe cùm civitatis lumina, curiæ forique principes tantâ avaritiâ capti ſint, ut etiam falſum teſtamentum comprobare voluerint.
2 Q. d. quæ longiori reprehenſioue fuit proſequenda.
3 Senatus.
4 Judicialis.
5 Fallacis ſc. uſurpationis hæreditatis.
6 Punire.
7 Acquiſitione: à *capiendo* dicta.
8 Amplitudine ſuâ defenderunt: quia nemo inventus eſt, qui contra horum hominum auctoritatem teſtamentum illud reſcindere auderet.
9 Quam in Craſſo & Hortenſio. 10 Oſtendit avaritiam. 11 Q. Sextium vocat Hirtius. 12 Caſſii. 13 Cultris acutis, manu capi & teneri ſolitis. 14 Quinquaginta ſeſtertia. 15 M. Silio. 16 A. Calpurnio. 17 Sexaginta ſeſtertia. 18 Pro dimiſſione. 19 Exaggerat Caſſii avaritiam, ut dicat eum pretio vitam fuiſſe venditurum, ſi quis tantundem obtuliſſet, quantum ab utroque illorum accepiſſet, jugulum ei ſine dubio reſecandum præbuiſſet. 20 Pretium ſc. id eſt, quinquaginta & ſexaginta ſeſtertia. 21 Caſſio. 22 Silio & Calpurnio. 23 Plus quam omnium aliorum. 24 Telo Romano. 25 Quia publico edicto promiſerat Opimius conſul ſe tantum auri daturum, quanti ponderis Gracchi caput eſſet, ei ſc. qui caput illud ad ſe detuliſſet. 26 Liquefacto, fuſo. 27 Factam concavam, educto ſc. cerebro ex cranio. 28 Eſto, concedatur ſeditioſum fuiſſe C. Gracchum, eumque pro utilitate reipublicæ occiſum fuiſſe, ut à ſeditionibus ſibi caveant reliqui cives, cùm exemplo Gracchi moniti ſint, quæ ſeditioſis viris præmia decernantur. 29 Septimuleji, qui C. Gracchum, dùm vivebat, coluerat ut patronum. 30 Scelerata cupiditas, Virg. *Quid non mortalia pectora cogis Auri ſacra fames?* 31 Patroni. 32 Extendi, vehementer cupere.

## EXTERNA.

1 Odium merita eſt Septimuleji avaritia; Ptolomæi autem, regis Cypriorum, riſu proſequenda: Nam cùm [1] anxiis ſordibus magnas opes [2] corripuiſſet, propterque eas periturum ſe videret; & ideò omni pecunia impoſita navibus, in [3] altum proceſſiſſet, ut claſſe perforata [4] ſuo arbitrio periret, & hoſtes præda carerent; non ſuſtinuit [5] mergere aurum, & argentum; ſed futurum ſuæ necis præmium domum revexit. Procul dubio hic non poſſedit divitias, ſed à divitiis poſſeſſus eſt: [6] titulo rex [7] inſulæ, animo pecuniæ [8] miſerabile mancipium.

1 Sollicitâ avaritiâ, hominem ſordidiſſimum faciente.
2 Undique rapiendo congregaſſet.
3 Mare.
4 Non hoſtium.
5 Submergere.
6 Denominatione.
7 Cypri.
8 Miſerabilis ſervus.

## CAP. V.

## DE SUPERBIA ET IMPOTENTIA.

| ROMANORUM. | EXTERNORUM. |
|---|---|
| 1 M. Fulvii Flacci *Coſ.* | 1 Alexandri Magni. |
| 2 M. Livii Druſi trib. plebis. | 2 Xerxis Perſarum regis. |
| 3 Cn. Pompeji Magni *Coſ. III.* | 3 Annibalis Pœni. |
| 4 M. Antonii triumviri. | 4 Carthaginienſis & Campani ſenatus. |

1 [1] ATque ut [2] ſuperbia quoque & [3] impotentia [4] in conſpicuo ponantur, M. Fulvius Flaccus conſul, M. Plautii Hypſæi [5] collega, cùm pernicioſiſſimas reipublicæ le-

1 Tranſit ad Superbiam & Impotentiam: primum autem exemplum eſt M. Fulvii Flacci Conſulis.
2 Vitium, quo quis cunctis etiam immeritò præſtare cupit.
3 Cùm præ ſuperbiâ quis ſeſe continere nequit, quò minùs ſæviat.
4 In loco evidenti, adductis exemplis.
5 Socius in conſulatu.

ges

ges introduceret, de civitate [1] danda, [2] & de provocatione ad populum, eorum qui [3] civitatem mutare voluiſſent; [4] ægrè compulſus eſt, ut in Curiam veniret. Deinde partim monenti, partim oranti ſenatui, ut incepto deſiſteret, reſponſum non dedit. [5] Tyrannici conſul [6] ſpiritus haberetur, ſi adverſus unum ſenatorem [7] hoc modo ſe geſſiſſet, quo Flaccus in toties ampliſſimi ordinis contemnenda majeſtate verſatus eſt.

2 [8] Quæ à M. quoque Druſo trib. plebis per ſummam contumeliam vexata eſt. Parvi enim [9] habuit, L. Philippum Conſulem, quia [10] interfari concionantem auſus fuerat, [11] obtorta gula, & quidem non per [12] viatorem, ſed per [13] clientem ſuum, adeò violenter in carcerem præcipitem egiſſe, ut multus è naribus ejus cruor profunderetur. Verum etiam cùm ſenatus ad eum miſiſſet, ut in Curiam veniret: Quare non potiùs, inquit, ipſe in Hoſtiliam propinquam Roſtris ad me venit? Piget adjicere quod ſequitur. [14] Tribunus [15] ſenatus imperium deſpexit: ſenatus tribuni verbis [16] paruit.

3 Cn. autem Pompejus quam [17] inſolenter, qui balneo egreſſus, ante pedes ſuos proſtratum Hypſæum [18] ambitus reum, & nobilem virum, & ſibi amicum jacentem reliquit, contumelioſa voce [19] proculcatum. Nihil enim eum aliud agere, quam ut convivium ſuum [20] moraretur, reſpondit. Et [21] hujus dicti

1 Cuiq; ſc. volenti, id eſt, ut quicunque civis Romanis fieri voluerit, id ei ſemper liceret.
2 Alia lex, quam ſtatuebat, ut ſi illi, qui civitatem cupiebant, per Senatum impedirentur, quò minùs cives Romani fierent, provocationem habere poſſent ad populum, ut populus cenſeret dandam eis civitatem, invito Senatu crearentur.
3 Civitatem ſuam relinquere, & Romam capeſſere.
4 Difficulter.
5 Si uni tantùm Senatori reſponſum denegaſſet, tyrannus meritò judicari potuiſſet, ſed cùm univerſum Senatum contempſerit, plus quam tyrannus dici poteſt.
6 Affectus.
7 Tam ſuperbè.
8 Superba.

9 Æſtimavit. 10 Interpellare, impedire interloquendo Druſum ad populum verba facientem. 11 In tranſverſum flexâ. 12 Publicum miniſtrum. Q. d. Si per viatorem Conſulem comprehendi juſſiſſet, res minùs indignitatis habuiſſet: ſed tyrannicè clientem miſit in Conſulem. 13 Familiarem ſuum. 14 Sc. *plebis*, nempe Druſus. 15 Quia noluit in Curiam Senatoriam venire. 16 Quia in Curiam Hoſtiliam venit. 17 Sc. *ſe geſſit?* 18 Accuſatum quòd malis artibus magiſtratum affectaſſet. 19 Oppreſſum. 20 Differret. 21 Cùm conſcientiâ remordente ſciret id ſuperbè dixiſſe.

conſcius, ſecurus animo cœnare potuit. [1] Ille verò etiam in [2] foro non [3] erubuit, P. Scipionem [4] ſocerum ſuum, [5] legibus [6] noxium, quas [7] ipſe tulerat, in maxima quidem reorum & illuſtrium [8] ruina, [9] muneris loco à judicibus depoſcere, [10] maritalis lecti blanditiis ſtatum reipublicæ temperando.

4 [11] Tetrum [12] facto pariter ac [13] dicto M. Antonii convivium. Nam cùm ad eum triumvirum Cæſetii Rufi ſenatoris caput allatum eſſet; [14] adverſantibus id cæteris, propiùs admoveri juſſit, ac diu diligenterque conſideravit. Cunctis deinde expectantibus quidnam eſſet [15] dicturus: Hunc ego, inquit, notum non habui. Superba de [16] ſenatore, [17] impotens de occiſo confeſſio.

## EXTERNA.

1 Satis multa de noſtris, [18] aliena nunc adjiciantur. Alexandri [19] regis virtus & felicitas tribus [20] inſolentiæ gradibus [21] exultavit evidentiſſimis. Faſtidio enim Philippi, Jovem [22] Hammonem patrem [23] aſcivit: tædio morum, & cultus [24] Macedonici, veſtem & [25] inſtituta Perſica aſſumpſit: [26] ſpreto mortali habitu, divinum æmulatus eſt. [27] Nec fuit ei pudori, filium, civem, hominem diſſimulare.

1 Pompejus. 2 Judiciali. 3 Quòd inſolentiæ ſignum eſt. 4 Nam Corneliam filiam Pompejo dederat uxorem Scipio. 5 Latis contra largitionem & corruptelam. 6 Obnoxium. 7 Pompejus. 8 Quia multi his legibus damnati ſunt. 9 Ut ſibi redonatum haberet P. Scipionem. 10 Uxoris ſuæ Corneliæ illecebris ductus ſocerum rogavit abſolvi contra leges, quas ipſe tulerat, id eſt, ad uxoris libidinem Reipublicæ ſtatum temperavit. 11 Execrabile. 12 Quòd inter epulas caput Rufi tractaret. 13 Quòd ſe illum ignorare diceret.

14 Averſo vultu reſpuentibus ut admoveretur. 15 De Cæſetio. 16 Quem per contemptum dixit ſe non noſſe, quem omnes noverant. 17 Se temperare nequeuntis, quòd ſc. ejus caput, diu pertractatum, tanquam ignotum, abjecerit. 18 Externa. 19 Macedonum. 20 Inſolitæ ſuperbiæ. 21 Præter modum ſe extulit. 22 Arenarium, eò quòd in arenis Libycis Baccho apparuerat in ſpecie arietis. 23 Advocavit, vendicavit. 24 Id eſt, patriæ ſuæ. 25 Mores Perſicos. Nam more Perſarum ſe adorari paſſus eſt, qui apud eos ſalutandi modus eſt. 26 Contempto diademate ſeu ornamento capitis mortalem decente, aſſimulavit: ac imitatus eſt divinam majeſtatem, ſumpto faſtigio, divinâque coronâ, quâ Deorum capita coronantur. 27 Non erubuit Alexander nimio ſucceſſu elatus, filium eſſe ſe Philippi, civem Macedonicum, gerendo ſe Perſico more, & hominem, vendicando ſibi cultum, præſertim capitis, divinum, diſſimulando negare.

2 Jam [1] Xerxes, [2] cujus in nomine ſuperbia & impotentia habitat, [3] ſuo jure quam inſolenter abuſus eſt, cùm Græciæ indicturus bellum, adhibitis Aſiæ principibus, Ne viderer, inquit, meo tantummodò uſus conſilio, vos [4] contraxi. Cæterùm mementote parendum magis vobis eſſe, quam [5] ſuadendum. [6] Arroganter, etiam ſi victori, repetere ei [7] regiam contigiſſet, [8] tam deformiter victi, neſcias utrùm inſolentiùs dictum an impudentiùs.

3 Annibal autem Cannenſis pugnæ [9] ſucceſſu elatus, nec [10] admiſit quemquam civium ſuorum in caſtris, nec reſponſum ulli, niſi per [11] interpretem, dedit. Maharbalem etiam, [12] ante tabernaculum ſuum clara voce affirmantem, [13] proſpexiſſe ſe quonam modo [14] paucis diebus Romæ in [15] Capitolio cœnaret, aſpernatus eſt. [16] Adeò felicitatis & moderationis [17] dividuum contubernium eſt.

4 Inſolentiæ verò inter Carthaginienſem & Campanum ſenatum quaſi [18] æmulatio fuit. [19] Ille enim ſeparato à plebe balneo lavabatur, [20] hic [21] diverſo [22] foro utebatur: Quem morem Capuæ aliquamdiu retentum, C. quoque Gracchi oratione [23] in Plautium ſcripta patet.

1 Perſarum rex. 2 Audito nomine Xerxis (quia *dominator* exponitur) ipſa ſuperbia cognoſcitur, quæ tanta in eo fuit, ut etiam ipſis Diis minitari auſus fuerit, ut compedes Neptuno, de quo quidam dixit: *Qui mare, qui terras, quò cœlum territat armis.* 3 Quod habuit in ſubditos. 4 In unum coëgi. 5 Quid facturus ſim. 6 Si victor de Græcis triumphaſſet, ejus tamen dictum arrogans viſum fuiſſet. 7 Suam ſc. in Perſide. 8 Qui navali prœlio à Themiſtocle ſuperatus, in patriam piſcatoriâ navi turpiter effugere coactus eſt. 9 Felicitate. 10 Ad ſe recepit venientem ſalutandi gratiâ. 11 Interlocutorem, internuncium: ſi quis enim fortè veniſſet legatus, non ipſe, ſed interpres, reſponſa dabat. 12 Quia tentorium ingredi non licebat. 13 Providiſſe, animadvertiſſe. 14 Intra paucos dies, nempe diem quintum, ut dicit Livius. 15 Summâ arce. 16 Felicitas & conſilium non benè conveniunt, nec in unâ ſede morantur: cùm res ſecundæ homines inſolentes reddant. 17 Separatum domicilium atque conſortium eſt. 18 Superba concertatio & invidia, id eſt, Campani Carthaginenſes, Carthaginenſes Campanos in ſuperbiâ æmulabantur. 19 Carthaginenſium Senatus. 20 Senatus Campanus. 21 A plebe. 22 Judiciali: Quia non eodem plebi & principibus jura reddebantur, ſed alteris altero foro. 23 Contra.

CAP.

## CAP. VI.

# DE PERFIDIA.

1 T. Tatii Sabinorum regis.
2 Ser. Sulpicii Galbæ pr.
3 Cn. Domitii Ahenobarbi Procoſ.
4 Q. Servilii Cæpionis *Coſ.*

EXTERNORUM.

1 Carthaginienſium.
2 Annibalis Pœni.

1 OCcultum jam, & [2] inſidioſum malum perfidia [3] latebris ſuis extrahatur. Cujus efficaciſſimæ vires ſunt [4] mentiri, ac fallere: [5] fructus in aliquo admiſſo ſcelere conſiſtit: tùm certus, cùm crudelitatem [6] nefariis vinculis circumdedit: [7] tantum incommodi humano generi afferens, quantum ſalutis bona fides præſtat. Habeat igitur non minus reprehenſionis, quam [8] illa laudis conſequitur.

1 Romulo [9] regnante Sp. Tarpejus [10] arci præerat; [11] cujus filiam virginem aquam [12] ſacris petitum extra mœnia egreſſam, Tatius, ut armatos Sabinos in arcem [13] ſecum reciperet, corrupit; mercedis nomine pactam quæ in ſiniſtris manibus [14] gerebant. Erant autem his armillæ, & annuli magno ex pondere auri. [15] Loco potitum agmen Sabinorum, puellam præmium flagitantem, [16] armis obrutam necavit: perinde quaſi promiſſum (quod [17] ea quoque lævis geſtaverant) ſol-

1 Dicturus de Perfidiâ, eam quodammodò definit, ut dicat perfidiam eſſe quandam occultam fraudem inſitam hominum pectoribus, quæ ſemper mentiri aut fallere concupiſcit. 2 Quod inſidias aliis ſtruit. 3 In medium proferatur, ut cognoſci poſſit, & cognita vitari. 4 Verbis & re decipere. 5 Cujus utilitas. 6 Laqueis perfidiæ. 7 Per comparationem vituperat eam, quòd tantùm jacturæ humano generi perfidia, quantum utilitatis bona fides adferat: ergo quantum hæc laudanda, tantum illa vituperanda. 8 Bona fides. 9 Qui primus Romæ regnavit. 10 Tarpejæ ſeu Capitolinæ. 11 Sp. Tarpeji. 12 Ad ſacrificia facienda, quæ inſtabant: ad quæ opus erat aquâ vivâ, id eſt, rivi fluentis. 13 Cum ipſo Tatio eorum duce. 14 Sabini. 15 In Capitolium per puellam receptum. 16 Sic & Ovid. *Arciſque viâ Tarpeja recluſâ Digna animam pœnâ congeſtis exuit armis.* 17 Scuta.

vens. [1] Abſit [2] reprehenſio : quia impia [3] proditio celeri pœna vindicata eſt.

2 Ser. quoque Galba ſummæ perfidiæ : trium enim [4] Luſitaniæ civitatum convocato populo, tanquam de [5] commodis ejus acturus, [6] ſeptem millia, in quibus flos juventutis conſiſtebat, electa, & armis exuta, partim trucidavit, partim vendidit : Quo facinore maximam cladem [7] barbarorum, [8] magnitudine criminis [9] anteceſſit.

3 Cn. autem Domitium ſummi generis, & magni animi virum, nimiæ gloriæ cupiditas perfidum exiſtere coëgit. Iratus namque Betulio, regi [10] Arvernorum, quòd cùm ſuam, tùm etiam Allobrogum gentem, [11] ſe etiam tùm in provincia morante, ad Q. Fabii ſucceſſoris [12] ſui [13] dexteram confugere hortatus eſſet: per colloquii ſimulationem accerſitum, hoſpitioque exceptum vinxit, ac Romam nave deportandum curavit. Cujus factum ſenatus neque [14] probare potuit, neque [15] reſcindere voluit, ne remiſſus in patriam Betulius bellum renovaret. Igitur eum Albam cuſtodiæ cauſa relegavit.

4 [16] Viriati etiam cædes duplicem perfidiæ accuſationem recepit: in amicis, quòd eorum manibus interemptus eſt : in Q. Servilio Cæpione conſule, quia is [17] ſceleris hujus auctor, impunitate [18] promiſſa, fuit : victoriamque non meruit, ſed emit.

## EXTERNA.

1 Verùm ut [19] ipſum fontem perfidiæ contemplemur : Carthaginienſes [20] Xanthippum

1 Non eſt hæc perfidia reprehendenda, quia ſcelerata puella impiam fecit proditionem patris & patriæ, & graviori etiam ſupplicio digna videbatur.
2 Perfidiæ.
3 Artis ſc. facta per Tarpejam.
4 Regionis Hiſpaniæ, quæ nunc *Portugallia* appellatur.
5 Utilitatibus.
6 *Al. novem millia.*
7 Luſitanorum.
8 Quia plus mali contraxit in ſe Galba, quam intulit deceptis.
9 Superavit.
10 Populorum Galliæ Tranſalpinæ.
11 Domitio.
12 Domitii.
13 Fidem.
14 Approbare, laudare.
15 Reprobare, & irritum judicare.
16 Ducis ſc. natione Luſitani.
17 Perfidiæ amicorum Viriati.
18 Ejus interfectoribus.
19 Loquamur de illis, quorum proprium eſt exercere perfidiam etiam erga benè meritos.
20 Periclis filium.

Lace-

Lacedæmonium, cujus optima opera primo [1] Punico bello uſi fuerant, & [2] quo juvante [3] Atilium Regulum ceperant; [4] ſimulantes ſeſe domum revehere, in [5] alto merſerunt. [6] Quid tanto facinore petentes? an, ne victoriæ eorum ſocius ſupereſſet? [7] Extat nihilominùs, & quidem cum [8] illorum opprobrio; quem ſine ulla [9] gloriæ jactura inviolatum reliquiſſent.

2 Annibal porro Nucerinos [10] hortatu ſuo cum binis veſtimentis [11] urbem inexpugnabilibus muris cinctam egreſſos, [12] vapore & fumo balnearum [13] ſtrangulando, & Acerranorum ſenatum eadem ratione extra mœnia evocatum, in profundum puteorum abjiciendo, nonne bellum adverſus populum Romanum & Italiam profeſſus, [14] adverſus ipſam fidem acrius geſſit, mendaciis & fallacia, quaſi præclaris artibus, gaudens? Quo evenit, ut alioqui inſignem nominis ſui memoriam relicturus, in dubio, [15] major-ne, an [16] pejor vir haberi deberet, poneret.

1 Geſto à Pœnis contra Romanos. 2 Xanthippo. 3 Conſulem Romanum. 4 Simulantes ſeſe eum honoris gratiâ Lacedæmona uſque velle comitari. 5 Mari. 6 Quid ſibi pepierunt ex hac perfidiâ Carthaginenſes? Ut non eſſet, qui eorum laudibus ac gloriæ, quam ex Romanorum victoriâ pepererant, poſſet obſtare, quod tamen non ſunt conſecuti: quis enim eſt, qui non intelligat, Xanthippi arte & ingenio ſuperatos fuiſſe Romanos, Carthaginenſeſque deteſtabili ſcelere damnandos? 7 Sc. in famâ & memoriâ hominum Xanthippus victoriarum ſocius. 8 Carthaginenſium dedecore. 9 Partæ in Romanos. 10 Quia eos in fidem receperat. 11 Nuceriam. 12 In vapore fumoſo. 13 Suffocando. 14 Q. d. non cum Romanis, ſed cum fide bellum geſſiſſe videtur. 15 Rerum geſtarum gloriâ. 16 Magnitudine ſcelerum atque perfidiæ.

CAP.

# CAP. VII.

## DE SEDITIONIBUS.

| PLEBIS ROMAN. Adverſus | MILITUM ROMAN. Adverſus |
|---|---|
| 1 C Marium *Coſ. VI.* | 1 Gratidium legatum. |
| 2 Q. Metellum cenſorem. | 2 Q. Pompejum conſulem. |
| 3 A. Numium candidatum. | 3 C. Carbonem legatum. |
| 4 A. Sempronium Aſellionem pr. | |

1 SEd ut violentæ ſeditionis tam ² togatæ, quam etiam ³ armatæ, facta referantur. 1 L. Equitium, qui ſe Ti. Gracchi ⁴ filium ſimulabat, tribunatumque ⁵ adverſus leges cum L. Saturnino petebat, à C. Mario ſextum conſulatum gerente in ⁶ publicam cuſtodiam ductum, populus clauſtris carceris ⁷ convulſis, ⁸ raptum humeris ſuis per ſummam animorum alacritatem portavit.

2 ⁹ Idemque ¹⁰ Q. Metellum cenſorem, quòd ab ¹¹ eo, ¹² tanquam Gracchi filio, ¹³ cenſum recipere nolebat, lapidibus proſternere conatus eſt, ¹⁴ affirmantem tres tantummodo filios Graccho fuiſſe. E quibus unum in Sardinia ¹⁵ ſtipendia merentem, alterum infantem Præneſte, tertium poſt patris mortem

1 De Seditionibus tam in urbe, quam in caſtris diverſo tempore excitatis, ſe dicturum profitetur: primum autem exemplum eſt ſeditionis per L. Equitium concitatæ.
2 In togâ admiſſæ, id eſt, urbanæ, quæ in urbe concitata fuerit.
3 In armis factæ, id eſt, quæ in caſtris fuerit.
4 Impulſu & ſubornatione Saturnini.
5 Quia lex erat, ne quis inquilinus, qui non eſſet in cenſu & aliquâ tribu, poſſet tribunus plebis creari. 6 Carcerem. Eſt quaſi definitio carceris publica cuſtodia. 7 Vi fractis. 8 E cuſtodiâ. 9 Pari ratione idem populus Romanus cenſorem ſuum Q. Metellum lapidibus inceſſit, quòd hunc L. Equitium, Tiberii Gracchi ſe filium falsò profitentem, in cenſum recipere noluiſſet. 10 Numidicum. 11 L. Equitio. 12 Qui ſe Ti. Gracchi filium mentiebatur. 13 Detulerat Equitius Tiberii Gracchi cenſum, tanquam illius filius & hæres, quem Metellus, quia falſum eſſe ſciebat, admittere recuſavit. Nec turpem hominem in nobiliſſimæ familiæ cenſu eſſe voluit, quippe qui anteà, nec in tribu, nec in cenſu fuiſſet ullo. 14 Metellum. 15 Militantem.

natum Romæ [1] deceſſiſſe: neque opportere clariſſimæ familiæ [2] ignotas ſordes inſeri: Cùm interim improvida [3] concitatæ multitudinis temeritas, pro impudentia, & audacia adverſus [4] conſulatum, & cenſuram, tetendit, principeſque ſuos omni petulantiæ genere vexavit.

3 [5] Veſana [6] hæc tantummodò: [7] illa etiam cruenta ſeditio Populus enim A. Nunnium [8] competitorem [9] Saturnini, novem jam creatis tribunis, [10] unoque loco [11] duobus canditatis reſtante, vi prius in ædes privatas compulit. [12] Extractum deinde interemit, ut cæde integerrimi civis, facultas adipiſcendæ [13] poteſtatis teterrimo civi daretur.

4 [14] Creditorum quoque conſternatio adverſum Sempronii Aſellionis prætoris urbani caput intolerabili modo exarſit. Quem, quia cauſam debitorum ſuſceperat, concitati à L. Caſſio trib. plebis, [15] pro æde concordiæ ſacrificium facientem, ab ipſis altaribus fugere extra forum coactum, inque [16] tabernaculo latitantem, [17] prætextatum diſcerpſerunt.

## MILITUM ROMANORUM.

1 [18] Deteſtanda fori Rom. conditio: ſed ſi [19] caſtra reſpicias, æquè magna orietur indignatio. Cùm C. Mario lege [20] Sulpiciâ, provincia Aſia, ut adverſus Mithridatem bellum gereret, [21] privato decreta eſſet: miſſum ab [22] eo Gratidium legatum ad L. Syllam conſulem accipiendarum legionum cauſa milites

1 Mortuum eſſe: & ſufficienti partium enumeratione probabat eum Gracchi filium eſſe nullo modo poſſe.
2 Ignobiles ſordidè natos, id eſt, Equitium ignobilem & ſordidum hominem.
3 Ad iram.
4 Marii.
5 Temeraria: quia quod tentavit, non effecit.
6 Jam dicta populi Romani ſeditio.
7 Quæ dicetur.
8 Tribunatus.
9 Cum Saturnino homine factioſo.
10 Decimo ſc.
11 Mumio & Saturnino.
12 Ædibus privatis.
13 Tribunitiæ.
14 Eorum, quibus æs alienum debebatur, animorum perturbatio.
15 Antè ædem.
16 Opificis tabernâ.
17 Prætextâ indutum in fruſtra diſſecuerunt.
18 Seditio fori Romani, id eſt, urbana execrabilis eſt: caſtrenſis verò, ſi diligenter inſpicimus, non minùs intolerabilis eſt. 19 Sc. militaria. 20 A Sulpitio Trib. latâ. 21 Non fungenti officio publico. 22 Mario.

trucidarunt : Procul dubio indignati, quòd à [1] ſummo imperio, ad [2] eum, qui nullo in [3] honore verſaretur, tranſire cogerentur. [4] Sed quis ferat militem [5] ſcita plebis exitio legati corrigentem?

2 [6] Pro Conſule iſtud tam violenter exercitus, illud adverſus [7] Conſulem. Q. enim Pompejum Syllæ [8] collegam ſenatus juſſu ad exercitum Cn. Pompeji, quem aliquandiu invita civitate obtinebat, contendere auſum: [9] ambitioſi ducis illecebris corrupti milites, [10] ſacrificare incipientem adorti, [11] in modum hoſtiæ mactaverunt: [12] tantumque ſcelus [13] Curia [14] caſtris cedere ſe confeſſa, [15] inultum habuit.

3 Ille [16] quoque exercitus [17] nefariè violentus, qui C. Carbonem fratrem Carbonis [18] ter conſulis, propter bella civilia [19] diſſolutam diſciplinam militarem [20] præfractius & rigidius [21] aſtringere conatum, privavit vitâ: ſatiuſque duxit [22] maximo ſcelere [23] coinquinari, quam pravos ac [24] tetros mores mutare.

1 Conſulari ſc. quo fungebatur Sylla.
2 Marium.
3 Magiſtratu.
4 Quamvis milites juſtam indignationis cauſam haberent, non tamen legatum trucidare debuerant, ut plebiſcita ſervarent.
5 Decreta plebis: nam *plebiſcitum* dicitur, quod ſciverit, id eſt, ſtatuerit plebs.
6 Pro conſulis Syllæ honore conſervando.
7 Q. Pompejum.
8 In conſulatu. Erant enim Conſules eo anno.
9 Cnæi Pompeji, qui ambitione exercitum corruperat.
10 Nil niſi priùs peractis ſacris, captiſque auſpiciis Romani publicè gerebant. De more igitur exercitum accepturus ſacrificabat.
11 Quia ad aras.
12 Latenter carpit Senatum, quem dicit non auſum fuiſſe de ſeditioſo exercitu ſupplicium ſumere.
13 Senatus.
14 Furori militari.
15 Impunitum dereliquit.
16 Sicut exercitus Pompeji.
17 Impiè.
18 Qui ter fuit conſul.
19 Corruptam; nam propter bella civilia milites (quibus Imperatores, ut ſibi obſequentiores redderent, fuerant indulgentiores) facti erant diſſoluti & impotentes.
20 Severiùs.
21 Arcere à luxuriâ & diſſolutione.
22 Utpote cæde probi Imperatoris.
23 Pollui,
24 Turpes & execrabiles.

CAP.

## CAP. VIII.

# DE TEMERITATE.

1 P. Africani majoris.
2 C. Cæſaris Cor. II.
3 Exercitus Rom.

EXTERNORUM.

1 Annibalis Pœni.
2 Athenienſis populi.

[1] TEmeritatis etiam & [2] ſubiti, & vehementes ſunt [3] impulſus: quorum ictibus hominum mentes concuſſæ, nec ſua pericula diſpicere, nec aliena facta [4] juſta æſtimatione perſequi valent.

1 Quam enim temerè ſe [5] Africanus [6] ſuperior ex Hiſpania duabus [7] quinqueremibus ad [8] Syphacem trajecit, in unius [9] Numidiæ infidis [10] præcordiis ſuam pariter & patriæ ſalutem [11] depoſiturus! Itaque exiguo momento maximæ rei [12] caſus fluctuavit, [13] utrum captivus, an victor Scipio Syphacis fieret.

2 Jam C. Cæſaris [14] anceps conatus, etiamſi [15] cœleſtium cura protectus eſt, attamen vix ſine animi horrore referri poteſt. Siquidem impatiens legionum tardioris à [16] Brunduſio [17] Apolloniam [18] trajectus; per ſimulationem [19] adverſæ valetudinis convivio egreſſus, [20] ma-

1 De Temeritate dicturus, ejus turpitudinem oculis ſubjicit, ut ab eâ nos deterreat. Eſt autem *Temeritas*, cùm aliquid ſine conſilio & cogitatione facimus. Benè autem ſubjungitur ſeditioni: nam quemadmodum ſeditio ſubitò concitat hominum mentes; ſic & ſubiti ſunt temeritatis impulſus. 2 Quia repentè, nullâ adhibitâ cogitatione, rapitur temerarius ad aliquid agendum. 3 Agitationes, commotiones. 4 Juſtè æſtimare. 5 Scipio. 6 Major. 7 Navibus longis quinque remorum ordinibus impellendis. 8 Numidiæ regem. 9 Syphacis. 10 Affectionibus. 11 Veluti depoſitum crediturus, commiſſurus. 12 Dubius eventus in diſcrimine poſitus eſt. 13 In diſcrimine fuit utrum Syphacis interfector, an captivus futurus eſſet Scipio. Cùm enim apud regem eſſet, eundemque barbarum & infidum, facilè rex illum detinere potuiſſet captivum: quod ſi feciſſet, à Scipione nunquam victus, & in triumphum ductus fuiſſet. 14 Incerti eventus. 15 Quia divinâ providentiâ ex undis ſervatus fuiſſe videtur. 16 Urbe littorali in Italiâ. 17 Urbem Epiri, quò contra Pompejum profectus erat. 18 Traductionis: quòd tardiùs legiones trajicerentur ab Antonio. 19 Doloris in ſtomacho, ut honeſtè & ſine ſuſpicione è convivio ſe ſubduceret. 20 Imperiali.

ſtate ſua ſervili veſte occultata, [1] naviculam onſcendit, & è flumine maris Adriatici [2] ſæva empeſtate [3] fauces petiit. Protinuſque in al- um dirigi juſſo navigio, multum ac diu con- rariis jactatus fluctibus; tandem [4] neceſſitati ceſſit.

3 Age, illa quam execrabilis militum teme- ritas! Fecit enim ut A. Albinus, [5] nobilitate, moribus, [6] honorum omnium conſummatio- ne civis eximius, propter falſas & [7] inanes ſu- ſpiciones, in caſtris ab exercitu lapidibus ob- ueretur: [8] Quodque [9] acceſſionem indigna- ionis non recipit, oranti atque obſecranti duci à militibus [10] cauſæ dicendæ poteſtas ne- gata eſt.

## EXTERNA.

1 Itaque minus miror, apud trucem & ſæ- vum Annibalis animum defenſionis locum in- noxio [11] gubernatori non fuiſſe; quem à [12] Pe- tilia claſſe Africam repetens [13] freto [14] appulſus, dum tam parvo ſpatio Italiam Siciliamque in- ter ſe diviſas non credit, velut inſidioſum [15] curſus rectorem interemit: Poſteaque dili- gentius [16] inſpecta veritate, tunc [17] abſolvit, cùm ejus innocentiæ nihil ultra [18] ſepulchri honorem dari potuit. [19] Igitur anguſti atque

1 Scapham, quam Plutarchus duodecim remorum fuiſſe dicit. Erat autem pauperis Amiclæ.
2 Multum turbulentâ.
3 Anguſtias & oſtia periculoſa, quibus fluvius in Adriaticum mare deſcendit.
4 Quia, undè profectus erat, rediit.
5 Laudat hunc Albinum, ut exaggeret temeritatem militum, qui nullâ hominis dignitate, nullâ reverentiâ à tam fœdo facinore deterreri potuerunt.
6 Qui functus omnibus magiſtratibus fuerat.
7 Non ſatis veriſimiles, ſc. quòd exercitum Latinorum prodere paraſſet.
8 Nulla major indignatio eſſe poteſt, quam negare defenſionem. 9 Augmentum: quia in eo erat ſummæ indignationis juſta cauſa. 10 Sui purgandi. 11 Claſſis. 12 Parvo Calabriæ oppido. 13 Vi aquarum. 14 Ad promontorium Siciliæ. 15 Navigationis gubernatorem. Virg. *Hic curſus fuit.* 16 Ubi cognovit vera dixiſſe gubernatorem, quòd Italia & Sicilia reverà tam parùm diſtarent. 17 Eum ſc. crimine inſidiarum. 18 Quia jam interfectus erat. 19 Erecta, inquit, Pelori ſtatua, & Annibalis ſævitiæ ſive temeritatis, & cæſi innocentiæ perpetuum exſtat omnibus illac navigantibus indicium, tantæque rei monumentum.

æſtuoſi

æſtuoſi [1] maris alto è [2] tumulo [3] ſpeculatrix [4] ſtatua, tam memoriæ [5] Pelori, quam [6] Punicæ temeritatis, [7] ultra citraque navigantium oculis expoſitum [8] indicium eſt.

2 Jam Athenienſium civitas ad [9] veſaniam uſque temeraria, quæ decem univerſos imperatores ſuos, & quidem à [10] pulcherrima victoria venientes, capitali judicio [11] exceptos necavit; Quòd [12] militum corpora, [13] ſævitia maris interpellante, ſepulturæ mandare non potuiſſent: [14] neceſſitatem puniens, cùm honorare [15] virtutem debuiſſet.

1 Quod eſt inter Siciliam & Italiam. 2 Promontorio Peloro. 3 Sic poſita, ut ſpectatrix eſſe videatur, quia in vertice montis. 4 Pelori. 5 Gubernatoris. 6 Annibalis. 7 Per ulteriorem & citeriorem partem maris, id eſt, & in Italiâ & in Siciliâ. 8 Monumentum. 9 Quia temeritas eorum furioſa magis, quam audax, fuiſſe videtur. 10 Quam apud Arginuſas de Lacedæmoniis in bello navali conſecuti fuerant. 11 Statim in adventu damnatos. 12 Qui in eâ pugnâ ceciderant. 13 Sævâ maris tempeſtate impediente. 14 Relinquendi inſepultos. 15 Quòd hoſtes ſuperaſſent.

## CAP. IX.

# DE ERRORE.

1 Plebis Romanæ.
2 C. Caſſii Longini Procos.
3 Satellitum Lartis Tolumnii regis.

1 TEmeritati proximus eſt error: quemadmodum ad lædendum [2] par, [3] ita cui facilius quis [4] ignoverit: quia non [5] ſua ſponte, ſed [6] vanis concitatus imaginibus, culpæ ſe implicat. [7] Qui quam latè in pectoribus hominum vagetur, ſi complecti coner; [8] vi-

1 In hac præfatione quaſi rationem adfert, cur Temeritati ſubjungat Errorem: quia utrumque vitium ſimile & par eſſe videatur, quantum quidem ad læſionem pertinet. Sed hoc inter ſe differunt, quòd errori ignoſci poteſt, temeritati non poteſt. Nam quemadmodum ſponte pericula addit temeritas, ſic error ignarus culpam incurrit. 2 Ejuſdem poteſtatis: quia non minùs lędit error, quam temeritas. 3 Sc. *eſt*. 4 Veniam dederit: quia errori ignoſci poteſt, temeritati non poteſt, ut diximus. 5 Deditâ operâ. 6 Falsâ deceptus imagine. 7 Si, inquit, dicere velim, quam multipliciter erroribus homines implicentur, errorem ipſe committam. 8 Erroris.

tio,

…, de quo loquor, ſim obnoxius. Paucos igi- …r ejus [1] lapſus referemus.

1 C. Helvius Cinna trib. pleb. [2] ex funere … [3] Cæſaris domum ſuam petens, populi ma- …bus [4] diſcerptus eſt [5] pro Cornelio Cinna, … [6] quem ſævire ſe [7] exiſtimabat: Iratus … ei, quòd cùm affinis eſſet Cæſaris, adverſus eum nefariè [10] raptum, [11] impiam [12] pro …oſtris orationem habuiſſet: Eoque errore …opulſus eſt, ut caput [13] Helvii [14] perinde …que Cornelii, circa rogum Cæſaris, [15] fi-…um jaculo ferret; [16] officii ſui, [17] alieni er-…ris piaculum miſerabile.

2 Nam C. Caſſium error à [18] ſemetipſo [19] pœ-…as exigere coëgit. Inter illum enim pugnæ … quatuor exercituum apud Philippos [21] va-…ium ipſiſque [22] ducibus ignotum eventum, …iſſus ab eo Titinius centurio nocturno tem-…ore, ut ſpecularetur, quonam in ſtatu res M. …ruti eſſent: dùm [23] crebros exceſſus viæ [24] pe-…t, quia tenebrarum obſcuritas, hoſteſ-ne an …ommilitones occurrerent, dignoſcere non ſi-…ebat, [25] tardiùs ad Caſſium rediit. [26] Quem … is [28] exceptum ab hoſtibus, omniaque in [29] in …orum poteſtatem recidiſſe exiſtimans, finire …itam properavit, cùm & caſtra [30] hoſtium [31] in-…vicem capta, & Bruti copiæ magna ex parte

1 Errores.
2 Poſt peractum funus.
3 Julii.
4 Dilaniatus.
5 Loco Cornelii Cinnæ, id eſt, à populo per errorem credente eum eſſe Cornelium Cinnam, cùm eſſet Helvius Cinna.
6 Cornelium Cinnam.
7 Cùm ſæviret in Helvium.
8 Cornelio Cinnæ.
9 Cæſarem.
10 Correptum.
11 Quia dixerat Cornelius in concione jure cæſum fuiſſe Cæſarem: hoc autem fecerat, ut iratum populum ſuâ oratione leniret, ſeditionemque ſedaret.
12 Antè Roſtra.
13 Cinnæ.
14 Tanquam eſſet Cornelii Cinnæ.

15 Affixum. 16 Quod Cæſari in celebrando ejus funere præſtiterat: nam …dè à pompâ funebri redibat. 17 Commiſſi in Helvium Cinnam, cùm in Cornelium Cinnam ſe ſævire putaret. 18 Quia non alieno errore, ſed ſuâ …ſius falsâ opinione deceptus, ſe ipſum occîdit. 19 Interfecti Cæſaris. 20 Duorum, ſc. Bruti & Caſſii, & totidem Octavii & Antonii. 21 Quia ex utraque parte unus ducum vicerat, & alter ſuccubuerat: vicerant enim Brutus & Antonius; ſuccubuerant Octavius & Caſſius. 22 Victis ſc. Caſſio & Octavio. 23 Crebra diverticula. 24 Centurio. 25 Quam Caſ-…ius ſperabat. 26 Centurionem Titinium. 27 Caſſius. 28 Inſidiis circumventum, & hoſtibus captum. 29 Hoſtium. 30 Octaviano-…um. 31 E contrario, ſicut caſtra ejus ab Antonio capta fuerant.

incolumes eſſent. Titinii vero non [1] obliterandа ſilentio virtus, qui oculis pauliſper [2] hæſit, inopinato [3] jacentis ducis ſpectaculo attonitus; deinde profuſus in lachrymas: Etſi [4] imprudens, inquit, Imperator, cauſa tibi mortis fui: tamen ne [5] id ipſum impunitum ſit, accipe me [6] fati tui comitem. Superque [7] examine corpus [8] ejus jugulo ſuo gladium [9] capulo tenus [10] demiſit: ac permiſto utriuſque ſanguine, duplex victima [11] jacuit, Pietatis [12] hæc, Erroris [13] illa.

3 Cæterum [14] falſa opinatio, neſcio an præcipuam [15] injuriam Lartis Tolumnii, Vejentium regis, penatibus intulerit. Nam cùm in [16] teſſerarum proſpero jactu per jocum [17] colluſori dixiſſet, [18] Occide: & fortè [19] Romanorum legati [20] interveniſſent: ſatellites [21] ejus errore vocis impulſi, interficiendo legatos, [22] luſum ad imperium tranſtulerunt.

1 Delenda, prętereunda. 2 Fixus ſtetit. 3 A ſe interfecti, ſc. Caſſii. 4 Quia non providi tarditatem meam tibi rerum deſperationem allaturam, & tuę mortis cauſam eſſe futuram. 5 Fuiſſe cauſam necis, etiam per imprudentiam. 6 Mortis tuę. 7 Mortuam, carens animâ. 8 Imperatioris. 9 Uſque ad capulum, id eſt, manubrium, quo manu tenetur & capitur. 10 Deorsùm mittendo infixit. 11 C. Cęſari. 12 Proximè dicti Titinii. 13 Caſſii. 14 Erronea opinio ſatellitum: quia falsò opinabantur ſatellites imperari ſibi, ut legatos occiderent. 15 Non quam accepit, ſed quam intulit. 16 Inſtrumenti luſorii ſexangularis. 17 Ei cum quo ludebat. 18 Vince hunc jactum. 19 Quos quatuor fuiſſe dicit Cicero *Phil.* 9. 20 De pace cum rege acturi. 21 Tolumnii. 22 Quod per luſum rex dixerat, illi imperatum ſibi eſſe crediderunt, ut legatos occiderent.

## CAP. X.

# DE ULTIONE.

| ROMANORUM. | EXTERNORUM. |
|---|---|
| 1 Papiriæ tribus Tuſculanorum in Poliam. | 1 Thamyris & Beronices reginarum. |
| 2 Populi Uticenſis in C. Fabium Hadrianum. | 2 Juvenum quorundam Grecorum. |

1 Ultionis autem quemadmodum [2] acres ita juſti [3] aculei ſunt: qui [4] laceſſiti con-

1 Acturus de Ultione, primò comparat eam ſuperioribus affectionibus, quę iniquę ſunt. 2 Vehementes & acerbi. 3 Stimuli, irritamenta. 4 Provocati per injuriam commoventur.

citantur,

itantur, acceptum dolorem penſare cupien-
es. Quos [1] latiùs [2] complecti non attinet.

1 M. Flavius trib. pleb. [3] ad populum [4] de Tuſculanis retulit, quòd [5] eorum conſilio Veliternos Privernateſque rebellaturos diceret: Qui cum conjugibus ac liberis [6] ſqualore obſiti, cùm ſupplices Romam veniſſent; accidit ut reliquis tribubus [7] ſalutarem ſententiam ſecutis, ſola [8] Pollia judicaret, oportere publicè eos verberatos ſecuri percuti: [9] imbellem multitudinem ſub corona venire. Quam ob cauſam Papiria tribus, in qua plurimum Tuſculani, [10] in civitatem recepti, potuerunt, neminem poſtea [11] candidatum Polliæ tribus fecit magiſtratum: ne ad eam ullus honos [12] ſuis ſuffragiis perveniret, [13] quæ [14] illis [15] vitam ac [16] libertatem, quantum in ipſa fuit, ademerat.

2 Illam verò [17] ultionem & ſenatus, & conſenſus omnium [18] approbavit. Cùm [19] Hadrianus cives Romanos, qui [20] Uticæ conſiſtebant, [21] ſordido imperio vexaſſet, idcircoque ab [22] his vivus eſſet exuſtus; nec [23] quæſtio ulla in urbe hac de re habita, nec querela [24] verſata eſt.

## EXTERNA.

1 [25] Claræ ultionis utraque regina, & [26] Thamyris, quæ caput [27] Cyri [28] abſciſſum in [29] utrem

1 Longiore præfatione, aut multis exemplis.
2 Proſequi.
4 Ad conſultationem & judicium populi.
4 Quid cenſeret de Tuſculanis faciendum.
5 Tuſculanorum.
6 Sordibus & immunditiâ circumdati, atrâ & lugubri veſte induti more ſupplicum.
7 De abſolutione Tuſculanorum.
8 Sc. *tribus*.
9 Senes, pueros, & fœminas vendi ſub haſtâ plurimum offerenti.
10 Civitate donati.
11 Petitorem magiſtratus.
12 Tuſculanorum.
13 Tribus Pollia.
14 Tuſculanis.
15 Quòd viros ſecuri damnavit.
16 Quòd imbellem multitudinem ſub coronâ vendendam judicavit. 17 De quâ dicturi ſumus. 18 Quia nullum de illâ quæſtionem habere, nec querelam facere voluit. 19 Præfectus urbis apud Uticam agens. 20 In eâ urbe provinciæ Africanæ. 21 Avaro & hominibus liberis indigno: quia illos ſervilibus operibus adhibebat. 22 Civibus Romanis. 23 Inquiſitio. 24 Agitata à populo aut patribus. 25 Claram ultionem fecit. Duarum reginarum exempla proponit: quarum utraque graviſſimam de inimicis ſumpſit ultionem. Primum exemplum eſt Thamyris, Scytharum reginæ. 26 Regina Scythiæ. 27 Perſarum regis. 28 Poſtquam callidè victus erat. 29 Saccum ex corio.

humano ſanguine repletum dimitti juſſit, exprobrans illi inſatiabilem cruoris [1] ſitim, ſimulque pœnas occiſi ab [2] eo filii ſui exigens: & [3] Beronice, quæ Laodices inſidiis interceptum ſibi [4] filium graviter ferens; armata currum conſcendit, perſecutaque ſatellitem [5] regium [6] crudelis operis miniſtrum, [7] nomine Cæneum, quem haſta [8] nequicquam [9] petierat, ſaxo ictum proſtravit; ac ſuper [10] ejus corpus actis [11] equis, inter [12] infeſta contrariæ partis agmina ad domum, in qua interfecti pueri corpus occultari arbitrabatur, perrexit.

2 Jaſonem [13] Theſſalum, Perſarum regi bellum inferre parantem, an ſatis juſta ultio abſumpſerit, ambiguæ æſtimationis eſt. Taxillo enim [14] gymnaſiarchæ, à quibuſdam juvenibus pulſatum ſe conqueſto, permiſit, ut aut [15] tricenas ab his drachmas exigeret, aut denas [16] plagas ſingulis [17] imponeret. [18] Quo [19] poſteriore vindicta uſo: qui vapulaverant, [20] Jaſonem interfecerunt; [21] animi, non corporis dolore pœnæ modum æſtimantes. Cæterum [22] parvo irritamento ingenui pudoris [23] maximæ rei exſpectatio [24] ſubruta eſt. [25] Quoniam [26] opinione Græciæ tantum in ſpe [27] Jaſonis, quantum in effectu [28] Alexandri reponebatur.

1 Cupiditatem: dicens, *Satia te ſanguine, quem ſitiſti, cujuſque inſatiabilis ſemper fuiſti.*
2 Cyro.
3 Regina Ponti, uxor Mithridatis regis.
4 Ariarathem minorem.
5 A Mithridate rege miſſum.
6 Interfectionis veri hæredis regni.
7 Qui miniſter dicebatur Cæneus.
8 Fruſtrà: quia non poterat eum pertingere.
9 Invaſerat.
10 Cænei.
11 Currum trahentibus.
12 Hoſtilia fratris agmina, à quo ſatelles ille ſubmiſſus fuerat.
13 Non quidem Argonautarum principem, ſed alterum, qui multò poſt natus eſt.
14 Principi gymnaſii.
15 A ſingulis triginta.
16 Ictus.
17 Infligeret.
18 Taxillo.
19 Plagas inferente.
20 Regem ſuum.
21 Adoleſcentes non dolore, quem ex plagis ſenſerant, ſed pudore quodam commoti ignominioſam injuriam ferre non potuerunt.
22 Inflictione decem plagarum.
23 Victoriæ de Perſis per Jaſonem obtinendæ.
24 Subverſa, fruſtrata.
25 Quoniam Græcia hunc Jaſonem non minùs, quam Alexandrum, Perſas aliquando ſuperaturum ſperabat.
26 Secundum opinionem, quam Græcia de Jaſone conceperat.
27 Habitâ de Jaſone.
28 Magni ſc. qui jam Perſidem & omnes circumjacentes nationes uſque ad Indos ſuperaverat.

CAP.

## CAP. XI.

# DE IMPROBE DICTIS, ET SCELERATE FACTIS.

**ROMANORUM.**

1 Tulliæ Ser. F. L. Superbi regis.
2 C. Fimbriæ trib. pl.
3 L. Catilinæ.
4 Magii Chilonis.
5 C. Toranii C. F.
6 Villii Annalis.
7 Uxoris Vettii Salaſſi.

**EXTERNORUM.**

1 Duorum fratrum Hiſpanorum.
2 Mithridatis regis.
3 Sariaſtris Tigranis regis F.
4 L. Ælii Sejani.

[1] NUnc [2] quatenus vitæ humanæ, tùm bona, tùm etiam mala ſubſtitutis exemplorum imaginibus perſequimur; dicta improbè, & facta ſceleratè referantur.

I Undè autem potiùs, quam à [3] Tullia, [4] ordiar? quia tempore vetuſtiſſimum, [5] conſcientia nefarium, [6] voce improbum ac monſtri ſimile exemplum eſt. Quæ cùm [7] carpento veheretur, & is, qui jumenta agebat, [8] ſuccuſſis frenis conſtitiſſet; repentinæ moræ cauſam requiſivit. Et ut [9] comperit corpus [10] patris Ser. Tullii occiſi [11] ibi jacere; ſupra [12] idem vehiculum duci juſſit, quò celeriùs in complexum interfectoris ejus [13] Tarquinii veniret. Qua [14] tam impia, tamque probroſa feſtinatione,

1 Profeſſus eſt ab operis initio Valerius, ſe virorum illuſtrium facta ſimul, ac dicta memoratu digna hoc opere complexurum, ut habeant homines, quarum virtutum gloriam proſequi, quorum item vitiorum opprobria fugere debeant: ut igitur, quod pollicitus eſt, exequatur, de Improbè dictis, & Sceleratè factis dicere aggreditur, ut, his cognitis, homines ab eis deterreantur. 2 Quantum. 3 Servii, regis Romanorum, filiâ. 4 Inchoabo improbè dicta ac facta. 5 Quia contra pietatem à Deo & à naturâ inſtitutam. 6 Narratione. 7 Vehiculo rotato. 8 Clam ad ſe tractis, inhibitis, ne procederent jumenta. 9 Cognovit ex gubernatore. 10 Sc. *ſui*, id eſt, Tulliæ. 11 Antè carpentum. 12 Corpus patris. 13 Superbi. 14 Quæ per patris corpus carpentum agi juſſerit.

non ſolum ſe [1] æterna infamia; ſed ipſum etiam vicum cognomine [2] ſceleris commaculavit.

2 Non [3] tam atrox eſt C. Fimbriæ factum & dictum: ſed ſi [4] per ſe æſtimetur, utrumque audaciſſimum. Is egerat, ut Scævola [5] in funere C. Marii jugularetur: quem poſtquam ex [6] vulnere recreatum comperit, accuſare ad populum inſtituit. Interrogatus deinde, quid de [7] eo [8] ſecus [9] dicturus eſſet, cui pro ſanctitate morum ſatis digna laudatio reddi non poſſet: reſpondit ſe objecturum illi, quod [10] parcius corpore telum recepiſſet. O licentiam furoris [11] ægræ reipublicæ gemitu proſequendam!

3 L. verò Catilina, in ſenatu M. Cicerone [12] incendium ab ipſo excitatum dicente, [13] Sentio, inquit: & quidem illud, ſi [14] aqua non potuero, [15] ruina extinguam. Quem quid aliud exiſtimemus, quam [16] conſcientiæ ſtimulis, actum à ſe inchoati [17] parricidii [18] peregiſſe?

4 [19] Conſternatum etiam [20] Magii Chilonis [21] amentia pectus: qui M. Marcello [22] datum à Cæſare ſpiritum, ſua manu eripuit. Vetus [23] etiam Pompejanæ militiæ [24] comes, indignatus aliquem amicorum ab [25] eo ſibi præferri. [26] Urbem enim à [27] Mitylenis, quò ſe [28] contulerat, [26] repetentem, in Athenienſium portu pugione confodit, [29] protinuſque ad ir-

1 Quia tam impium facinus obliterari nunquam poterit.
2 Quia *ſcelerатus vicus* dicitur.
3 Tam crudele, ut Tulliæ.
4 Seorſum ab altero.
5 Quaſi mittendus in inferias C. Marii.
6 Accepto in funere Marii.
7 Scævolâ.
8 Aliter ac bonum.
9 Coram populo.
10 Non ſatis profundè.
11 Triſtis & afflictæ.
12 Perturbationem urbis conjuratione ſuſcitatam.
13 Ita eſſe concedo.
14 Perſtat in ſimilitudine, quia *incendium* dixerat, quod aqua extinguitur.
15 Urbis: quia ædificia incenſa.
16 Quia ſui ſceleris conſcius erat, ſtimulis quibuſdam agitabatur. 17 Patriæ excidii. *Parricidium* enim tam de patriâ, quam de parentibus, dicitur: undè & *parricidæ* ſæpè appellantur à Valerio, qui Cæſarem interfecerunt. 18 Animo, aut minacibus verbis. 19 Stupefactum. 20 Civis Romani, & partes Pompejanas ſecuti. 21 Stoliditate ob æmulationem. 22 Quia Cæſar illum vitâ donaverat, & reditum in patriam conceſſerat. 23 Ut Marcellus. 24 Sectator. 25 Cæſare, qui M. Marcellum propter honeſtiſſimos interceſſores in gratiam receperat, præterito Magio Chilone. 26 In patriam redeuntem Marcellum. 27 Urbe in Lesbo. 28 Magius Chilo: & ita uterque alteri obviam factus eſt. 29 Ac ſtatim ad ſe ipſum, veſaniâ vexatum, trucidandum acceleravit.

ritamenta

ritamenta veſaniæ ſuæ trucidanda tetendit ; [1] amicitiæ hoſtis, [2] divini beneficii interceptor, [3] publicæ religionis, quod ad ſalutem clariſſimi civis recuperandam attinuit, [4] acerba labes.

5 Hanc [5] crudelitatem, [6] cui nihil adjici poſſe videtur, C. Toranius atrocitate [7] parricidii ſuperavit. Namque [8] triumvirûm partes ſecutus, proſcripti patris ſui [9] prætorii & [10] ornati viri latebras, ætatem, [11] notaſque corporis, quibus [12] agnoſci poſſet, centurionibus [13] edidit, qui [14] eum perſecuti ſunt. [15] Senex de filii magis vita, & [16] incrementis, quam de [17] reliquo ſpiritu ſuo ſollicitus; an incolumis [18] eſſet, & an [19] Imperatoribus ſatisfaceret, interrogare [20] eos cœpit. E quibus unus : Ab illo, inquit, quem tantopere diligis, demonſtratus, noſtro miniſterio, filii indicio occideris : protinuſque pectus [21] ejus gladio trajecit. Collapſus itaque eſt [22] infelix, [23] auctore cædis, [24] quam ipſa cæde miſerior.

6 Cujus fati acerbitatem L. Villius Annalis ſortitus ; Qui cùm in [25] Campum ad [26] quæſtoria comitia filii deſcendens, [27] proſcriptum ſe cognoſſet, [28] ad clientem ſuum confugit : [29] ſed ne fide [30] ejus tutus eſſe poſſet, ſcelere nefarii, juvenis effectum eſt. Siquidem per ipſa

1 Quia ægrè tulit reconciliatum Cæſari M Marcellum.
2 Beneficii, à Divo Cæſare in Marcellum collati, impeditor, ne ad conſummationem perduceretur.
3 Charitatis patriæ in Marcellum ob pietatem ejus. Nam hæc Chilonis impietas, quâ uſus eſt in M. Marcellum, ad remp. pertinere videbatur, quia univerſa civitas pro Marcelli ſalute magnoperè laboraſſet.
4 Ruina & aſpera peſtis.
5 Magii Chilonis.
6 Cùm ſit graviſſima crudelitas, talem virum, etiam amicum, ſolâ æmulatione trucidaſſe.
7 Cædis paternæ ab eo procuratæ. 8 Antonii, Lepidi & Auguſti. 9 Qui aliquando Prætor fuerat. 10 Scientiâ & virtute. 11 Signa & lineamenta corporis. 12 A Centurionibus. 13 Expreſsè indicavit. 14 Patrem Toranii. 15 Pater Toranii. Hæc autem ad exaggerandam filii impietatem dicit, quod etiam in media cæde pater de filii ſalute ſollicitus eſſet, & tam pium patrem filius ſceleratus prodere non dubitaverit. 16 Honorum augmentis. 17 Reliquâ parte vitæ. 18 Filius. 19 Triumviris. 20 Centurionis. 21 Patris. 22 Pater. 23 Sc. filio, qui cædis paternæ fuiſſet auctor indicio ſuo. 24 Quia innocens obiit. 25 Martium. 26 In quibus filius quæſturam petierat. 27 A triumviris. 28 Ut in domo ejus tutus lateret. 29 Quam à filio non potuit, à cliente eſt fidem conſecutus, ut occultaretur, quam tutam eſſe impietas filii non permiſit, qui eum prodidit. 30 Clientis, qui, quod in ſe fuit, patrono fidem præſtitiſſet.

veſtigia patris militibus [1] ductis, occidendum [2] eum in conſpectu ſuo [3] objecit: bis parricida, [4] conſilio priùs, iterum [5] ſpectaculo.

7 Ne Vettius quidem Salaſſus [6] proſcriptus [7] parum amari exitus; quem latentem uxor interficiendum, quid dicam, tradidit, an ipſa jugulavit? [8] Quantò enim levius eſt ſcelus, cui tantummodo manùs abeſt?

## EXTERNA.

1 Illud autem [9] facinus, quia externum, tranquilliore affectu narrabitur, Scipione Africano [10] patris & patrui memoriam [11] gladiatorio munere [12] Carthagine Nova celebrante, duo regii filii [13] nuper patre mortuo, in [14] arenam proceſſerunt: pollicitique ſunt [15] ibi ſe de regno præliaturos, quo ſpectaculum illud illuſtrius pugna ſua facerent. Eos cum Scipio monuiſſet, ut verbis, quam [16] ferro, dijudicare mallent, uter regnare deberet: ac jam major nato conſilio [17] ejus obtemperaret; [18] minor corporis viribus fretus, [19] in amentia perſtitit. Initoque certamine, pertinacior [20] impietas [21] fortunæ judicio morte [22] mulctata eſt.

2 [23] Mithridates autem multò ſceleratiùs, qui non [24] cum fratre de paterno regno, ſed cum ipſo patre bellum de [25] dominatione geſſit: [26] in [27] quo [28] qui aut homines ullos adjutores [29] invenerit, aut [30] Deos invocare auſus ſit, præ admiratione hæreo.

1 A filio. 2 Patrem ſuum. 3 Filius. 4 Cùm patrem prodidit & indicavit. 5 Cum cædem patris ſpectavit. 6 Ab iiſdem triumviris. 7 Amariſſimi. 8 Q. d. idem ſcelus eſſe videtur, alicui mortis cauſam, atque ipſam mortem inferre. 9 Quod ſequitur. 10 P. & Cn. Scipionum in Hiſpaniâ interfectorum. 11 In ludis funebribus adhibebantur gladiatorum paria, inter ſe ad ſanguinem vel ad mortem uſque certantium. Itaque ejuſmodi ludi celebriores habebantur, quò plures gladiatores occubuiſſent. 12 Quæ civitas eſt in Hiſpaniâ: quæ *nova* dicta eſt ad differentiam veteris, quæ in Africâ fuit. 13 Paulò antè. 14 Locum dimicandi, arenâ, ne ſanguine fuſo lubricus fiat, ſparſum. 15 In arenâ. 16 Armis. 17 Scipionis. 18 Junior. 19 Malit ferro, quam verbis, diſcernere. 20 Junioris. 21 Quia fortuna voluit, ut major, in quo juſtitia pietaſque illuſtrior erat, victor exiſteret. 22 Punita. 23 Sc. *egit*. 24 Ut ſuperiores fecerunt. 25 Tyrannide. 26 Simile, inquit, monſtri, vel certè miraculi erit, ſi quis in ejuſmodi bello, quod filius adverſus patrem ſuſcepit, inveniri potuerit, qui aut auxilia præſtare, aut Deos invocare auſus fuerit. 27 Bello. 28 Quomodo. 29 Mithridates junior. 30 Cùm Dii malis artibus & turpibus inceptis auxilium non præſtent.

3 [1] Quan-

3 [1] Quanquam quid [2] hoc, [3] quaſi inuſitatum illis gentibus, miremur? cùm Sariaſter adverſus patrem ſuum Tigranem, Armeniæ regem, ita cum amicis [4] conſenſerit; ut omnes [5] dextris manibus ſanguinem mitterent, atque eum [6] invicem ſorberent. [7] Vix ferrent illi pro ſalute parentis tam [8] cruenta conſpiratione fœdus facientem.

4 Sed quid ego [9] iſta conſector, aut quid iis immoror: cùm [10] unius parricidii [11] cogitatione cuncta ſcelera ſuperata cernam? Omni igitur [12] impetu mentis, omnibus indignationis viribus, ad [13] id [14] lacerandum [15] pio magis quam [16] valido affectu rapior. Quis enim amicitiæ fide [17] extincta genus humanum cruentis in tenebris ſepelire [18] conatum, profundo debitæ execrationis ſatis efficacibus verbis adegerit? [19] Tu videlicet [20] efferatæ barbariæ immanitate [21] truculentior [22] habenas Rom. imperii, quas [23] princeps, parenſque noſter ſalutari dextera continet, capere potuiſti? Aut [24] te compote furoris, in ſuo ſtatu mundus manſiſſet? [25] Urbem à Gallis captam, & trecentorum [26] inclytæ gentis virorum ſtra-

1 Q. d. Bellum, quod cum patre habuit Mithridates, non tam videtur admirandum, cùm & Sariaſter idem fecerit in Tigranem patrem ſuum.
2 Facinus Mithridatis.
3 Quaſi apud illas nationes non idem fieri conſueverit.
4 Conjuraverit.
5 E dextris ſuis ſanguinem haurirent. Nam apud Barbaras nationes execrationis & jurisjurandi mos fuit, ut è dextris manibus ſanguinem hauſtum vino permixtum biberent, cum hac execratione, ut, quicunque à fœderis lege & conjuratione defeciſſet, execrabilis eſſet. Conſpirationis igitur, adverſus Tigranem factæ, filius ſe ſocium & principem præbuit.
6 Alter alterius: quod & Catilina in conjuratione feciſſe dicitur.
7 Si Armenii veſtigium aliquod humanitatis haberent, non paterentur filium pro ſalute patris hanc facere execrationem, quam adverſus patrem Sariaſter fecit.
8 Quæ humano ſanguine fiebat.
9 Externa, gentibus illis ſolita.
10 Sejani in Tiberium, quem interficere voluit.
11 Propoſito.
12 Impulſu & ardore.
13 Parricidium.
14 Acerrimè deteſtandum.
15 In patrem patriæ.
16 Potenti.
17 Per cædem Tiberii à perfido Sejano factam.
18 Eum qui conatus eſt, utpote Sejanum.
19 Apoſtrophe ad Sejanum, quem omnibus Barbaris dicit eſſe crudeliorem: qui Romanum imperium intercipere voluit: quod ſi factum fuiſſet, totus terrarum orbis confuſus perturbatuſque fuiſſe, ac propemodum everſus.
20 Ferali feritate furentis.
21 Dirior.
22 Gubernacula.
23 Tiberius Cæſar.
24 Si exequi potuiſſes parricidium, quod per furorem concepiſti.
25 Romam.
26 Fabiæ: trecenti enim & ſex Fabii apud Cremeram occiſi ſunt.

gem fœdam, [1] Allienſem diem, & oppreſſos in Hiſpania [2] Scipiones, [3] Thraſymenum lacum, & [4] Cannas, [5] bellorumque civilium domeſtico ſanguine madentem [6] Æmathiam, amentibus propoſitis furòris tui [7] repræſentare, & vincere voluiſti. Sed [8] vigilarunt oculi Deorum, [9] ſidera ſimul vigorem ſuum obtinuerunt: [10] Aræ, [11] pulvinaria, templa [12] præſenti [13] numine [14] vallata ſunt. [15] Nihilque quod pro [16] capite Auguſti, ac [17] patria excubare debuit, [18] torpere ſibi permiſit. Et imprimis [19] auctor, ac tutela noſtræ incolumitatis, ne [20] excellentiſſima merita ſua totius orbis ruina collaberentur, divino conſilio providit. Itaque [21] ſtat pax, valent leges, [22] ſincerus privati ac publici officii tenor ſervatur. [23] Qui autem [24] hæc violatis amicitiæ fœderibus tentavit ſubvertere, omni cum ſtirpe ſua populi Rom. [25] pedibus obtritus, etiam apud inferos, ſi tamen [26] illùc receptus eſt, quæ meretur, ſupplicia [27] pendit.

1 Qui inter nefaſtos dies connumeratus eſt, quia bis eo die Romani clade fuerant affecti: ab *Allia* fluvio dictus, ubi Romanus exercitus à Gallis, Brenno duce, fuſus turpiter atque fugatus fuerat.
2 Cn. & P. fratres duos, qui Celtiberorum perfidiâ decepti, cum duobus exercitibus in Hiſpaniâ à Pœnis cæſi fuerunt.
3 Apud quem Annibal C. Flaminium cum exercitu delevit.
4 Ubi Paulus Æmilius cum Terentio Varrone cum ingenti clade ſuperati fuêre. 5 Quæ primùm in Pharſalicis campis, autore Cæſare; deinde in Philippicis, duce Auguſto, detonuerunt. 6 Macedoniam. 7 Iterùm exhibere & renovare. 8 Quia deleta eſt conjuratio, & Sejanus ad ſupplicium tractus. 9 Inter quæ Cæſaris aſtrum fingebatur repoſitum. 10 Q. d. cuncta numina, omniſque divinitas tunc pro Imperatoris ſalute vigilavit. 11 In templis Diis pro ſalute principis poſita, ut in illis Dii excubarent. 12 Per invocationem. 13 Deorum. 14 Munita. 15 Numinis. 16 Salute Auguſti Tiberii. 17 Pro ſalute patriæ. 18 Dormitare. 19 Tiberius. 20 Quia regnante Auguſto pax fuit in toto terrarum orbe, in quo ſtatu & Tiberius acceperat imperium. 21 In vigore ſuo. 22 Incorruptus. 23 Dicit Sejanum cum universâ ſtirpe eſſe deletum, & quas meruerat conſpirationis pœnas dediſſe. 24 Dicta bona. 25 Triduo enim jacuerunt in publico Sejani filiorumque occiſorum cadavera ludibrio vulgi expoſita. 26 Ad ſedes inferorum. Eſt autem hæc formula de flagitioſiſſimis & maximè impiis olim uſurpata. 27 Perſolvit.

CAP.

## CAP. XII.

# DE MORTIBUS NON VULGARIBUS.

| ROMANORUM. | EXTERNORUM. |
|---|---|
| 1 Tulli Hoſtilii regis. | 1 Comæ Cleonis fugitivorum ducis fratris. |
| 2 Duarum matrum. | 2 Æſchyli poëtæ. |
| 3 MA. Juventii Thalnæ COS. | 3 Homeri. |
| 4 Q. Lutatii Catuli. | 4 Euripidis. |
| 5 L. Cornelii Merulæ. | 5 Sophoclis. |
| 6 Herennii Siculi. | 6 Philemonis. |
| 7 Licini Macri. | 7 Pindari. |
| 8 Cornelii Galli, & T. Haterii. | 8 Anacreontis. |
| | 9 Milonis Crotoniatæ. |
| | 10 Polydamantis Scotuſæi. |

1 Humanæ autem vitæ [2] conditionem [3] præcipuè [4] primus & [5] ultimus dies continet: quia plurimum intereſt, quibus [6] auſpiciis inchoetur, & quo fine claudatur: Ideoque eum [7] demum felicem fuiſſe judicamus, cui & [8] accipere lucem proſpere, & [9] reddere placidè contigit. [10] Medii temporis curſus, [11] prout fortuna gubernaculum rexit, modò aſpero, modò tranquillo motu peragitur; ſpe ſemper minor, [12] dùm & cupidè votis extenditur, & ferè ſine [13] ratione conſumitur. Nam

1 Dicturus de hominum morte non vulgari, præfatur humanæ vitæ conditionem ex ortû & occaſu hominum cognoſci: ut eum verè felicem dicamus, qui natus optimis auſpiciis vitam honeſtiſſimè finierit: ſed quoniam vita, quâ fruimur, brevis eſt, dicit memoriam noſtri faciendam eſſe quam maximè longam virtute & rerum geſtarum gloriâ: ne vitæ cupiditate ducti, malimus in otio diutiùs vivere, quam breve temporis ſpatium factis illuſtrare. 2 Qualitatem, id eſt, felicitatem aut infelicitatem ejus. 3 Q. d. non negaverim cæteros quoque dies ad conſiderationem vitæ conferre: ſed notandus eſt præcipuè primus vitæ dies. 4 Quo ſidere quiſpiam naſcatur: nam ſi benigno fuerit natus, plurimùm valet ad reliquum vitæ tempus feliciter exigendum. 5 Quo mortis genere extinguatur. 6 Initiis. 7 Solùm. 8 Ingredi vitam. 9 Deo. Undè Ovid. *Sed ſcilicet ultima ſemper Exſpectanda dies homini eſt, dicique beatus Antè obitum nemo ſupremaque funera debet.* 10 Medium vitæ ſpatium pro fortunæ libidine verſatur: ut modò ſit amaritudine, modò ſit jucunditate reſperſum. 11 Nam fortuna opes tribuit, & humanarum rerum regimen obtinet. 12 Dùm homines ſe diutiùs eſſe victuros ſperant, 13 Debitâ æſtimatione à multis tranſigitur.

 etſi

etſi [1] eo bene uti velis, etiam parvum ampliſſimum efficies, numerum annorum multitudine operum ſuperando. Alioqui quid attinet [2] inerti mora gaudere, ſi magis [3] vitam exigis, quam approbas? Sed ne longius evager, libet eorum mentionem facere, qui non vulgari genere mortis [4] abſumpti ſunt.

1 Tullus Hoſtilius [5] rex fulmine ictus, cum tota [6] domo conflagravit. Singularem [7] fati ſortem, quæ accidit, ut [8] columen urbis, in ipſa urbe [9] raptum, ne ſupremo quidem funeris honore à civibus decorari poſſet, cœleſti flamma in eam conditionem redactum; ut [10] eoſdem penates, & regiam, & [11] rogum, & ſepulchrum haberet.

2 [12] Vix veriſimile eſt in eripiendo ſpiritu [13] idem gaudium potuiſſe, quod [14] fulmen: & tamen potuit. Nuntiatâ enim [15] clade, quæ ad [16] lacum Thraſymenum inciderat: [17] altera mater [18] ſoſpiti filio ad ipſam portam facta obviam, in complexu ejus expiravit. Altera cùm [19] falſo mortis filii nuntio domi mœſta ſederet; ad primum conſpectum redeuntis [20] exanimata eſt. Genus [21] caſus [22] inuſitatum: quas dolor non extinxerat, lætitia conſumpſit.

3 Sed minus miror, quod [23] mulieres. M. Juventius Thalna, collega Ti. Gracchi Cos. iterum, cùm in [24] Corſica, quam [25] nuper

1 Curſu medii temporis vitæ.
2 Ignavæ vitæ longitudine.
3 Vitæ longitudinem optas, quam virtute & rectè factis vitam illuſtras?
4 Extincti.
5 Romanorum.
6 Familiâ.
7 Mortis.
8 Rex ipſe ſuſtentaculum urbis Romæ: nam *columen* à columnâ dictum eſt: ſicut enim columna domum ſuſtinet; ſic & reges ſuas urbes ſuſtinere videntur.
9 A morte.
10 Eandem domum, ſc. dum viveret.
11 Sc. in funere poſt mortem.
12 Dicturus de duarum fœminarum morte non vulgari, oſtendit mirum eſſe, vim tantam in eripiendo ſpiritu repentinum & inopinatum habuiſſe gaudium, quantam in Tullo fulmen obtinuit.
13 Eundem effectum
14 In domum Tulli regis.
15 Strage Romanorum.
16 Lacum trans Imenum montem.
17 Duarum mulierum Romanarum.
18 Salvo & incolumi, quem interfectum crediderat.
19 Ob falſum nuntium, quem acceperat de morte filii.
20 Mortua, vitâ privata.
21 Mortis.
22 Præter conſuetudinem: nam id rariſſimum eſt nec videtur eſſe naturale, quòd quis gaudio pereat
23 Præ nimio gaudio extinctæ ſint.
24 Provinciâ ſc. non procul ab Italiâ,
25 Paulò antè.

ſubegerat, [1] ſacrificaret; [2] receptis literis, decretas ei à ſenatu [3] ſupplicationes nuntiantibus; intento illas animo legens, [4] caligine orta, antè [5] foculum collapſus mortuus humi jacuit. Quem [6] quid aliud, quam nimio gaudio enectum putemus? [7] En cui [8] Numantia, aut Carthago [9] excidenda traderetur!

4 [10] Majoris aliquanto ſpiritus dux Q. Catulus, [11] Cimbrici triumphi C. Mario particeps à ſenatu datus, ſed exitus violentioris: Namque ab hoc eodem Mario poſteà propter civiles diſſenſiones mori juſſus; [12] recenti calce illito, multoque igni percalefacto cubiculo ſe incluſum peremit: [13] Cujus tam dira [14] neceſſitas maximus [15] Marianæ gloriæ rubor extitit.

5 [16] Qua tempeſtate reip. L. quoque Cornelius Merula [17] conſularis, & [18] flamen Dialis, ne ludibrio [19] inſolentiſſimis [20] victoribus eſſet, [21] in Jovis ſacrario venis inciſis contumelioſæ mortis denuntiationem effugit: ſacerdotiſque ſui ſanguine [22] vetuſtiſſimi foci maduerunt.

6 [23] Acer etiam & animoſus vitæ exitus Herennii Siculi, quo C. Gracchus, & aruſpice, & amico uſus fuerat. Nam cùm [24] eo nomine in carcerem duceretur, in ejus poſtem [25] illiſo capite, [26] in ipſo ignominiæ aditu concidit,

1 Propter rem feliciter geſtam votum Diis perſolveret.
2 A tabellario publico.
3 Deorum ſc. nam mos erat, quòd partâ victoriâ in omnibus templis ſupplicationes decernerentur Diis illis, quos victoriæ autores fuiſſe exiſtimabant. Deinde triumphi ſpes erat Imperatori, qui victoriam fuiſſet conſecutus; nam præcedebant ſemper ſupplicationes: ſequebatur deinde triumphus.
4 Tenebris oculorum ſubitò præ nimiâ lætitiâ ortis.
5 In quo ignis ad ſacrificium aptus fovebatur.
6 Sc. *paſſum*.
7 Sc. *virum dignum*. Ironia eſt.
8 Bellicoſiſſima utraque urbs.
9 Cùm pro tam lævi gaudio ipſe extinctus ſit.
10 Exitus violentioris.
11 De devictis Cimbris.
12 Novâ calce aſperſo.
13 Catuli.
14 Quiâ ad id mortis genus compulſus fuit.
15 In bello civili.
16 Quo tempore calamitoſo.
17 Qui aliquando conſul fuerat.
18 Sacerdos Jovis, qui & Dius dicitur.
19 Superbiâ petulantiſſimis.
20 Mario, & Cinnæ.
21 In ſacrorum repoſitorio ad Jovem Capitolinum pertinentium.
22 Jovis Capitolini.
23 Non minùs fortiter vitam finivit Herennius, quam Cornelius.
24 Ob eam cauſam, quòd fuiſſet & aruſpex & amicus C. Gracchi, & ita ejus facinoris autor putabatur.
25 Confracto.
26 In ipſo carceris ingreſſu, ubi ignominioſè periturus erat.

ac ſpiritum [1] poſuit: uno [2] gradu à publico ſupplicio, manuque carnificis [3] citerior.

7 Conſimili impetu mortis C. Licinius Macer vir [4] prætorius, [5] Calvi pater, [6] repetundarum reus, dùm ſententiæ [7] dicerentur, in [8] Mænianum conſcendit: Siquidem cùm M. Ciceronem, qui [9] id judicium cogebat, [10] prætextam ponentem vidiſſet, [11] miſit ad eum qui diceret, ſe non damnatum, ſed [12] reum periiſſe: nec ſua bona [13] haſtæ poſſe ſubjici. Ac protinus [14] ſudario, quod [15] fortè in manu habebat, ore & faucibus [16] coarctatis, incluſo [17] ſpiritu [18] pœnam morte [19] præcurrit. [20] Qua cognita re Cicero de eo [21] nihil pronuntiavit. Igitur [22] illuſtris ingenii [23] orator & [24] ab inopia rei familiaris, & [25] à crimine domeſticæ damnationis inuſitato [26] paterni fati genere [27] vindicatus eſt.

8 Fortis [28] hujus mors, [29] illorum [30] perridicula. Cornelius enim Gallus prætorius, & T. Haterius eques R. inter uſum [31] Veneris [32] abſumpti ſunt. Quanquam quorſum attinet eorum [33] cavillari [34] fata, quos non libido ſua, ſed fragillitatis humanæ [35] ratio abſtulit? [36] Fine

1 Depoſuit. 2 Paſſu, aut extentione unius pedis in progreſſu. 3 Vicinior ad eos qui extra carcerem erant: quia ſi gradum deſcendiſſet, jam illi carnifex manum injeciſſet. 4 Qui aliquando Prætor fuerat. 5 Licinii. 6 Pecuniarum ex Aſia ablatarum accuſatus. 7 Sc. *in eum.* 8 Locum judicii rerum capitalium, ac ædibus Mænii denominatum. 9 Eos judices congregabat. 10 Se parantem ad agendum. 11 Nuncium. 12 Priuſquam ſc. ſententia ferretur. 13 Sub haſtâ poſſe vendi, & (ut dicunt) confiſcari: quia indemnatus mortuus fuerit. 14 Velamine, quo ſudorum abſtergebat. 15 Quia non ad eum uſum. 16 Conſtrictis & eliſis. 17 Anhelitu. 18 Sub haſtâ bonorum ſuorum venditionis cum ultimo ſupplicio. 19 Prævenit. 20 Cujus morte. 21 Non tulit ſententiam definitivam. 22 Clari. 23 Calvus. 24 Quia ſi damnatus fuiſſet, & ejus bona ſub haſtâ vendita, ad inopiam redacta eſſet ejus familia. 25 Ne mors ſua familiæ ſuæ vitio daretur. 26 Quia pater hoc genere mortis non extinctus fuerat. 27 Liberatus eſt. 28. C Licinii. 29 De quibus dicturus ſum. 30 Valdè ridicula. 31 Coïtus. 32 Extincti. 33 Contumeliâ proſequi. 34 Genera mortis. 35 Vis. 36 Vult arguere, potuiſſe illis ſubitam aliis de cauſis accidere mortem: cùm enim incertus ſit vitæ noſtræ finis, variiſque caſibus expoſitus, nonnunquam ab inſtantibus in ſupremo fato titulum mors ipſa ſortitur: illi verò, cùm in obſcœnitate forent, quo tempore vitæ caſus inſtabat, obſcœnitati mors quidem adſcribitur: quanquam inſtantia in eo exitus tempore incidunt magis, quam adferuntur.

namque vitæ noſtræ variis & occultis cauſis [1] expoſito, interdùm quædam [2] immerentia [3] ſupremi fati titulum occupant: cùm magis in tempus mortis [4] incidant, quam ipſam mortem [5] accerſant.

## EXTERNA.

1 [6] Sunt & externæ mortes dignæ annotatu: qualis imprimis Comæ, quem ferunt maximi latronum ducis Cleonis fratrem fuiſſe. Is enim ad Rupilium conſulem poſt [7] Ennam, quam prædones tenuerant, in poteſtatem noſtram redactam, perductus, cùm de viribus & conatibus [8] fugitivorum [9] interrogaretur; ſumpto tempore [10] ad ſe colligendum, caput operuit; [11] innixuſque genibus compreſſo ſpiritu, inter ipſas cuſtodum manus, inque conſpectu [12] ſummi imperii, exoptata ſecuritate [13] quievit. [14] Torqueant ſe miſeri, quibus extingui, quam [15] ſupereſſe, utilius eſt; [16] trepido & anxio conſilio, quanam ratione vita exeant, quærentes: [17] Ferrum acuant, venena [18] temperent, laqueos apprehendant, [19] vaſtas altitudines circumſpiciant, tanquam magno apparatu, aut [20] exquiſita molitione opus ſit: ut [21] corporis atque animi [22] infirmo vinculo cohærens ſocietas [23] dirimatur. Nihil horum [24] Coma, ſed intra pectus incluſa [25] anima, finem ſui reperit. [26] Enimvero minimo [27] ſtudio

1 Obnoxio,
2 Innocua, & quæ nihil de nobis mali meruerunt, cauſa mortis noſtræ fuiſſe dicuntur.
3 Quia mors denominabitur ab eo, quod quis fecerit: cùm ſubito caſu opprimitur.
4 Ea immerentia, quibus mors noſtra imputatur.
5 Provocent.
6 Non vulgares quoque externorum mortes relatione dignæ ſunt.
7 Siciliæ urbem.
8 Eorum, qui ad ipſius partes confugerant.
9 A Rutilio.
10 Ad recipiendum ſpiritum & ſe parandum ad dicendum.
11 Quia humi provolutus erat more ſupplicantium.
12 Conſulis Romani.
13 Extinctus eſt.
14 Crucient.

Invehitur Valerius in timidos & vitæ cupidos. 15 Supervivere. 16 Timido, juxta illud: *Sed timidi eſt optare necem.* 17 Mucrones, aut alia. 18 Diluant. 19 Valdè amplas altitudines, è quibus ſe præcipitent. 20 Singulari conamine. 21 In quibus vita conſiſtit. 22 Nam vis parva plerumque hanc animæ & corporis conjunctionem diſſolvit. 23 Diſſolvatur. 24 Sc. *quæſivit*, 25 Anhelitu, ita ut non reſpiraret, ſed ſuffocaretur. 26 Non eſt tantoperè exoptanda vita: quæ, ſicut in Comâ vidimus, tam facilè amittitur. 27 Conamine.

retinendum [1] bonũ, cujus caduca poſſeſſio tam levi afflatu [2] violentiæ concuſſa [3] dilabi potuit.

2 Æſchyli verò [4] poëtæ [5] exceſſus, quemadmodum non [6] voluntarius, ſic propter novitatem caſus referendus eſt. In Sicilia mœnibus urbis, in qua morabatur, egreſſus [7] aprico in loco reſedit: Supra quem aquila teſtudinem ferens, eluſa [8] ſplendore capitis, (erat enim capillis vacuum) perinde atque lapidi eam [9] illiſit, ut [10] fractæ carne veſceretur: Eoque ictu [11] origo, & principium [12] fortioris tragœdiæ extinctum eſt.

3 Non vulgaris etiam [13] Homeri mortis cauſa fertur: qui in [14] inſula, quia [15] quæſtionem à piſcatoribus propoſitam ſolvere non potuiſſet, dolore abſumptus creditur.

4 Sed atrociùs aliquantò [16] Euripides finitus eſt. Ab [17] Archelai enim regis cœna [18] in Macedonia domum hoſpitalem repetens, canum morſibus laniatus obiit. Crudelitas [19] fati [20] tanto ingenio non debita.

5 Sicut [21] illi exceſſus [22] illuſtrium Poëtarum & moribus & operibus indigniſſimi. [23] Sophocles [24] ultimæ jam ſenectutis, [25] cùm in certamine [26] tragœdiam dixiſſet, [27] ancipiti ſententiarum eventu diu ſolicitus; [28] aliquando tamen [29] una ſententia victor, cauſam mortis [30] gaudium habuit.

6 Philemonem autem vis riſus immoderati abſtulit: Paratas ei ficus, atque in conſpectu

1 Vitæ noſtræ. 2 Compreſſo ſc. anhelitu. 3 Perire. 4 Tragici, id eſt, tragœdiarum ſcriptoris, qui Athenis floruit. 5 Ex hac vitâ. 6 Ut ſuperiorum ferè. 7 Soli expoſito, & nullâ umbrâ tecto. 8 Calvitie: quam lapidem eſſe putavit, & ideò teſtudinem demiſit in caput, tanquam in lapidem. 9 Incuſſit. 10 Teſtudinis. 11 Æſchylus ipſe tragœdiarum primùs inventor, & Tragicorum princeps. 12 Quia verbis & ſententiis virilior & gravior eſt. 13 Poëtarum principis. 14 Ioniâ. 15 Sc. venamur bis quinis canibus, quod capimus, perdimus, quod quærimus, habemus. Significabant autem ſe purgare ſe pediculis, & ita quos caperent, perdere, quos non cepiſſent, in veſtimentis habere. Erat autem Homerus cæcus. 16 Tragicus Poëta. 17 Qui Alexándro ſucceſſerat in partem regni. 18 Quâ utebatur in Macedoniâ. 19 Mortis. 20 Quantum erat Euripides. Deplorat Valerius indignam Poëtæ mortem, & eorum pariter, qui ſequuntur. 21 Sequentes. 22 Clarorum. 23 Tragœdiarum ſcriptor clariſſimus. 24 Utpote annorum fermè centum. 25 Cùm certaret de Tragœdiâ cum aliis: ſic mos erat antiquorum, ut melioribus ſcriptoribus præmia darentur. 26 A ſe compoſitam. 27 Quia nunc plures, nunc pauciores habuit ſecundum ſe ſententias. 28 Tandem. 29 Per unam ſententiam, quam pro ſe ſupra alios habebat. 30 Quia præ nimio gaudio expiravit.

[...]oſitas aſello conſumente, [1] puerum, ut [2] illum abigeret, inclamavit: Qui cùm jam [3] comeſtis [4] omnibus [4] ſuperveniſſet, Quoniam, inquit, tam tardus fuiſti, da nunc [5] merum aſello. Ac protinùs urbanitatem dicti crebro anhelitu [6] cachinnorum proſecutus; ſenile guttur [7] ſalebris [8] ſpiritus prægravavit.

7 At [9] Pindarus, cùm in gymnaſio ſuper gremium pueri, quo [10] unicè delectabatur, capite poſito quieti ſe dediſſet; non prius [11] deceſſiſſe cognitus eſt, quam [12] gymnaſiarchâ, claudere jam eum locum volente, [13] nequicquam excitaretur. [14] Cui quidem crediderim eadem benignitate Deorum, & tantum Poëticæ facundiæ, & tam placidum vitæ finem attributum.

8 Sicut [15] Anacreonti quoque, quamvis [16] ſtatum humanæ vitæ modum ſupergreſſo, quem uvæ paſſæ ſucco tenues & [17] exiles virium reliquias foventem, unius grani [18] pertinacior in [19] aridis faucibus humor abſumpſit.

9 [20] Jungam illos, quos & [21] propoſitum, & exitus [22] pares fecit. Milo [23] Crotoniates, cùm [24] iter faciens quercum in agro [25] cuneis adactis fiſſam vidiſſet; fretus viribus, acceſſit ad eam, [26] inſertiſque manibus [27] divellere conatus eſt: [28] quas arbos [29] excuſſis cuneis [30] in

1 Miniſtrum ſuum.
2 Aſellum.
3 Ab aſino.
4 Ficis
5 Purum vinum, ut bibat, ne illi ficus noceant, quæ bibentibus aquam nocere ſolent.
6 Immoderati riſus.
7 Aſperitatibus vel amaritudine.
8 Anhelitus ipſum ſuffocantis.
9 Lyricorum Poëtarum clariſſimus.
10 Singulariter.
11 Ex hac vitâ.
12 Principe gymnaſii.
13 Fruſtrà: quia jam mortuus erat.
14 Pindaro. Crediderim benigniſſimos Deos huic Poëtæ & in carminibus edendis eloquentiam & placidum vitæ finem dediſſe.

15 Poëtæ Lyrico, Teîo patriâ, ſc. *attributum crediderim.* Hujus meminit Ovidius 2. Triſt. *Quid niſi cum multo Venerem contemnere vino, Præcepit docti Teïa Muſa ſenis?* 16 Quia ſecundam jam agebat ætatem. 17 Modicas. 18 Inhærentior, perſeverantior. 19 Siccis, & naturali humore carentibus. 20 Duos ſubjungit, qui ejuſdem propoſiti & exitus fuerunt, Milonem Crotoniatem, & Polydamantem Athletam. 21 Inſtitutio. 22 Quia talem vitæ exitum aſſecuti ſunt, qualem factis ſuis propoſuiſſe ſibi viſi ſunt. 23 Cujus patria erat Croton, urbs Italiæ. 24 Deambulans. 25 Infixis cuneis. Eſt autem *cuneus* inſtrumentum ligneum, quod deſinit in latitudinem acutam, in ſuperiore parte craſſum & obtuſum, quo ſcinduntur arbores, Virg. *Et cuneis ſcindebant fiſſile lignum.* 26 In fiſſuras. 27 In duas partes diſtrahere. 28 Manus. 29 A Milone. 30 In priſtinum ſitum, id eſt, cùm rediiſſet in ſe ipſam, ſicque ſe clauſiſſet, ac ſi ſolida extitiſſet.

ſuam

ſuam naturam revocata [1] compreſſit, eumque cum tot [2] gymnicis palmis [3] lacerandum feris præbuit.

10 Item Polydamas [4] athleta [5] tempeſtate ſpeluncam [6] ſubire coactus, nimio & ſubito incurſu aquæ labefacta [7] ea, ac ruente; cæteris comitibus fuga periculum egreſſis, [8] ſolus reſtitit, tanquam humeris ſuis [9] totius ruinæ molem ſuſtentaturus. Sed pondere omni corpore humano potentiore preſſus; imbris causâ petitam latebram, [10] dementis fati ſepulchrum habuit. Poſſunt [11] hi præbere documentum, nimio robore membrorum vigorem mentis hebeſcere: quaſi abnuente natura utriuſque boni largitionem. Ne ſupra mortalem ſit felicitatem, eundem & valentiſſimum eſſe, & ſapientiſſimum.

1 Concluſit intra fiſſuram illam, ita ut eas educere non poſſet.
2 Tot coronis & victoriis, quas in gymnaſio certando reportaverat: nam athleta fortiſſimus fuerat, qui in omnibus agonibus victor evaſerat.
3 Quia nemo auxilio venit, & ipſe diſcedere nequivit.
4 Pugil.
5 Propter violentiam imbrium & tonitruum.
6 Subintrare.
7 Speluncâ. 8 Polydamas. 9 Speluncæ ruituræ pondus. 10 Mortis per dementiam initæ: quia nunquam aliud ſortitus eſt ſepulchrum. 11 Jam dicti per ſe docere poſſunt, nimiâ membrorum fortitudine ſapientiam, quæ in ingenii vivacitate conſiſtit, hebetem fieri & obtundi: veluti refugiente & recuſante naturâ uni eidemque ſapientiæ & fortitudinis donum. Qui hæc duo conſecutus eſſe videretur, eſſet humanâ conditione felicior: hoc igitur homini natura negavit.

## CAP. XIII.

# DE CUPIDITATE VITÆ.

1 MA. Aquilii legati conſularis.
2 Cn. Carbonis *Cos. III.*
3 D. Junii Bruti Procoſ.

EXTERNORUM.

1 Xerxis Perſarum regis.
2 Maſiniſſæ Numidiæ regis.
3 Alexand. Pheræorum regis.
4 Dionyſii Siciliæ tyranni.

1 VErùm quia exceſſus è vita & [2] fortuitos & [3] viriles, quoſdam etiam [4] teme-

1 Damnat hoc capitulo molles & effœminatos homines, qui vitæ cupiditate ducti, cùm honeſtè mori potuerint, maluerunt aut turpiter ſupereſſe, aut ab aliis occidi, quam ſibi ipſis mortem inferre. 2 Inopinatos, qui caſu quodam contigerunt, ut Tulli, & fœminarum, atque Æſchyli. 3 Fortiter obitos, ut Catuli & Comæ. 4 Ut Milonis Crotoniatæ & Polydamantis.

rarios

rios [1] oratione attigimus: ſubjiamus nunc [2] æſtimationi enerves, & effœminatos. Ut ipſa [3] comparatione pateat, quantò non ſolum fortior, ſed etiam ſapientior mortis interdum, [4] quam vitæ, ſit cupiditas.

1 [5] M. Aquilius, [6] cùm ſibi glorioſè poſſet extingui, Mithridati maluit turpiter ſervire. [7] Quem-ne aliquis meritò dixerit [8] Pontico ſupplicio, quam Romano imperio digniorem? quoniam commiſit, ut privatum opprobrium publicus rubor exiſteret.

2 CN. quoque Carbo magnæ verecundiæ eſt [9] Latinis annalibus, qui tertio in conſulatu ſuo juſſu [10] Pompeji in Sicilia ad ſupplicium ductus, petiit à militibus [11] demiſsè & flebiliter, ut ſibi alvum [12] levare, priuſquam expiraret, liceret: quò miſerrimæ [13] lucis uſu diutius frueretur. [14] Eoque moram traxit, donec caput ejus ſordidè in loco ſedentis abſcinderetur. [15] Ipſa verba [16] tale flagitium narrantis ſecum [17] luctantur, [18] nec ſilentio amica, quia occultari non merentur: [19] nec relatione familiaria, quia dictu faſtidienda ſunt.

3 Quid? [20] Brutus exiguum & infelix momentum vitæ quanto dedecore emit! Nam à

1 Narratione. 2 Judicio legentium exitus vitæ ſine viribus, & molles & effractos. 3 Eorum, qui fortiter mortem oppetierunt, & qui turpiter, fugerunt. 4 Judicio quidem auctoris, qui ethnicorum ſequitur opinionem. 5 Legatus in exercitu Romano: quem Appianus Atilium vocat. 6 Cum ſibi cum gloriâ inferre poſſet mortem. 7 Vituperat hujus hominis vitæ cupiditatem, qui dignior fuiſſe videtur, ut à Mithridate, rege Ponti, ſuppliciis afficeretur, quam hunc magiſtratum regeret: quandoquidem ſuo ipſius dedecore Senatus populique Romani dignitatem polluerit. 8 Cui inferatur à Mithridate, rege Ponti, ſupplicium. 9 Chronicis, id eſt, libris continentibus rege geſtas & magiſtratus Latinorum, & præcipuè Romanorum. 10 Quinti. 11 Suppliciter, & demiſſo vultu. 12 Evacuare, exonerare. 13 Vitæ hujus. 14 Adeò vitæ cupidus fuit, ut etiam in exonerando ventre diutius immoraretur, adeò ut eo ipſo loco, in quo ſordidè ſedebat, ab iratis militibus occideretur. 15 Tale flagitium nec dicendum propter turpitudinem, nec tacendum propter reprehenſionem eſſe videbatur: res igitur ſecum luctatur, & certat quæ hinc tacenda, indè dicenda ſit. 16 Turpem puſillanimitatem. 17 Certant, quia dici noluit, & taceri non poſſunt. 18 Quia nullo modo tacendum ſit, cùm reprehenſionem mereatur. 19 Nec narrationi congrua: quia propter turpitudinem occultandum videbatur. 20 Decius ſc. alterius Bruti, qui Cæſarem cum Caſſio occidit, partes ſecutus

Furio,

Furio, quem ad eum occidendum [1] Antonius miſerat, comprehenſus, non ſolùm cervicem gladio ſubtraxit; verùm etiam [2] conſtantius eam præbere [3] admonitus, ipſis his verbis juravit: [4] Ita ut vivam, dabo. [5] O fati cunctationem ærumnoſam! O jurandi [6] ſtolidam fidem! [7] Sed hos tu furores immoderata retinendi ſpiritus dulcedo [8] ſubjicis, ſanæ rationis modum expugnando, quæ vitam diligere, mortem non timere præcepit.

## EXTERNA.

1 [9] Eadem Xerxem [10] regem pro totius Aſiæ armata juventute, quòd intra centum annos eſſet obitura, profundere lacrymas coëgiſti. Qui mihi ſpecie alienam, revera [11] ſuam conditionem deploraſſe videtur: opum magnitudine, quam [12] altiore animi ſenſu felicior. Quis enim mediocriter prudens mortalem ſe natum fleverit?

2 Referam nunc eos, quibus aliquos ſuſpectos habentibus, [13] exquiſitior ſui cuſtodia quæſita eſt. Nec à miſerrimo, ſed ab eo, qui inter [14] paucos [15] feliciſſimus fuiſſe creditur, incipiam. Maſiniſſa [16] rex, parum [17] fidei in pectoribus hominum reponens, ſalutem ſuam [18] cuſtodiâ canum vallavit. [19] Quo tam latè patens imperium? quo [20] tantum liberorum numerum? quo denique tam arcta benevolentia conſtrictam Romanam amicitiam; ſi

1 Triumvir.
2 Firmiore animo & ita exporrectiorem.
3 A percuſſore.
4 Ita mihi contingat vivere, ut verum dico, & cervicem meam conſtantius præbebo.
5 O mortis dilationem miſeram: quia ex eâ cognita eſt Bruti puſillanimitas.
6 Quia juravit ſe victurum, cùm paulò poſt eſſet moriturus.
7 Oſtendit hanc hominum dementiam à nimiâ vitæ dulcedine naſci: quia naturaliter inſitus homini eſt videndi appetitus, qui plerumque rationem oppugnat, quæ jubet ſic vitam amari, ut mortem non timeamus.
8 Clam infers.
9 Sc. *tu*, ô dulcedo vitæ.
10 Perſarum.
11 Sc. miſeram ac brevi morituram.
12 Prudentiâ, ingenii perſpicacitate.
13 Accuratior & diligentior, quam cæteris, aut quam par fuerit.
14 Felices ſc.
15 Nam Maſiniſſa, poſt conjunctam cum populo Romano ſocietatem & amicitiam, omnia habuit ſecunda, ut inter feliciſſimos connumerari meritò poſſit.
16 Numidarum ſc. & amiciſſimus populo Romano.
17 Fiduciæ & fidelitatis.
18 Canes enim hominibus fideliſſimi ſunt, & dominos ſuos æqualiter omnes diligunt, ſicut multis exemplis patet.
19 Ad quid utile fuit illi?
20 Qui quinquaginta fuerunt.

ad

[1] hæc tuenda nihil canino latratu, ac morſu
[2] valentius duxit?
3 [3] Hoc rege infelicior [4] Alexander, cujus
ecordia [5] hinc amor, [6] hinc metus torſe-
nt: Nam cùm infinito ardore conjugis The-
s teneretur, ad eandem ex epulis in cubicu-
m veniens, [7] barbarum [8] compunctum no-
s Threiciis, ſtricto gladio jubebat anteire:
ec prius ſe ibîdem lecto committebat, quam
[9] ſtipatoribus diligenter eſſet ſcrutatus.
[10] Supplicium irato Deorum numine [11] com-
ſitum, neque [12] libidini, neque [13] timori
ſſe imperare. Cujus timori eadem & cauſa,
finis fuit. Alexandrum enim Thebe [14] pelli-
tus ira [15] mota interemit.

4 Age, Dionyſius Syracuſanorum tyrannus
juſce tormenti quam longa [16] fabula? qui
[17] duodequadraginta annorum [18] dominatio-
em in hunc modum peregit. [19] Summotis
micis in eorum locum [20] ferociſſimarum gen-
um homines, & à familiis [21] locupletum ele-
tos prævalidos ſervos, quibus latera ſua com-
mitteret, ſubſtituit, tonſorumque metu, ton-
ere filias ſuas docuit. Quarum, poſtquam
[22] adultæ ætati appropinquabant, manibus
[23] ferrum non auſus committere: inſtituit,
[24] candentium juglandium putaminibus
rbam ſibi & capillum adurerent. [25] Nec ſe-
riorem maritum egit, quam patrem. [26] Dua-

1 Sc. dicta quæ habuit.
2 Potentius judicavit. Vituperat Maſiniſſam Valerius, qui plus canibus, quam fidis liberorum pectoribus, credere voluerit.
3 Maſiniſſâ.
4 Non Macedo, ſed Pheræus, à *Pheræâ*, civitate Aſiæ, cui imperavit, denominatus.
5 Ex unâ parte.
6 Ex alterâ parte.
7 Sc. ſatellitem.
8 Signatum quibuſdam ſtigmatis, quibus Thraces, tanquam ad inſigne fortitudinis, ſe pungunt.
9 Satellitibus.
10 Dicit hoc ſupplicium à Diis immortalibus fuiſſe injunctum, ut libidine pariter ac metu ſemper agitaretur, ut neutri imperare poſſet.
11 Latenter il-
lum. 12 Ut uxorem, ſi malam putet, deſerat. 13 Ut eam, ſi bonam
enſeat, non timeat. 14 Adulterii, id eſt, quòd Alexander pellicem habe-
et. 15 Commota. 16 Sc. *eſt*: quia ſi omnia, quæ de hujus tyranni
etu & ſuſpicione traduntur, eſſent hoc loco referenda, longa fabulâ, id eſt,
arratione opus eſſet. 17 Triginta octo: quaſi demptis duobus de qua-
raginta. 18 Tyrannidem. 19 Remotis ab aulâ ſuâ. 20 Thraces
qui fortiſſimi ſemper fuerunt. 21 Civium ſuorum. 22 Maturæ viro.
23 Cultrum tonſorium aut roſarium, id eſt, novaculam. 24 Incenſarum
ucum teſtis. Putamina enim nucum, quia pinguia, facilè incenduntur, te-
uemque calorem emittunt, ſtatimque in carbones vertuntur. 25 Non
minùs timuit uxores, quam filias. 26 Uxorum.

rum

rum enim eodem tempore, Ariſtomaches Syracuſanæ, & Locrenſis Cloridis matrimoniis illigatus, neutrius unquam, niſi [1] excuſſæ, complexum petiit. Atque etiam [2] cubicularem lectum, [3] perinde quaſi caſtra, lata foſſa cinxit: in [4] quem ſe ligneo ponte recipiebat: [5] cùm forem cubiculi extrinſecus à [6] cuſtodibus [7] opertam, [8] interiorem [9] clauſtro ipſe diligenter obſeraſſet.

1 Scrutatæ & inveſtigatæ an ferrum haberet. 2 In quo cubuit, aut qui in cubiculo erat. 3 Sicut caſtra cingeret. 4 Lectum. 5 Quem ſc. ſubtraxit, cum, &c. 6 Corporis ſui. 7 Clauſam. 8 Ab interiori parte. 9 Serâ & vectibus claudendi vim habentibus.

## CAP. XIV.

# DE SIMILITUDINE FORMÆ.

### ROMANORUM.

1 Cn. Pompeji Magni cum Vibio & Publicio.
2 Cn. Pompeji Strabonis cum Menogene coquo.
3 P. Scipionis Naſicæ cum Serapione victimario.
4 P. Lentuli & Q. Metelli *Coſſ.* cum Spinthere & Pamphilo hiſtrionibus.
5 M. Meſſallæ & C. Curionis cum Menogene & Burbuleo ſcenicis.

### EXTERNORUM.

1 Antiochi regis Syriæ cum Artemone quodam.
2 Hybreæ oratoris cum ſervo Cymæorum publico.
3 Siculi piſcatoris cum prætore Romano.

[1] De ſimilitudine autem [2] oris, & totius corporis, [3] altiore doctrina præditi ſubtilius diſputant: [4] eorumque alii in ea ſunt

1 De ſimilitudine formæ dicturus, breviter præfatur, & oſtendit variam eſſe Philoſophorum de re iſtâ ſententiam: quòd alii dicant à lege naturæ datum eſſe, ut nonnulli, diverſis parentibus orti, ſibi ſpecie vultus & oris ſimillimi inveniantur: alii potiùs caſu & fortuitâ conceptionis ſorte evenire contendunt: & quoniam adhuc ſub judice lis ea eſt, dicit ſe quoque hujus rei cauſam prætermiſſurum & exempla pauca ſubjecturum. 2 Faciei. 3 Profundiori ſcientiâ, ut Philoſophiâ, cauſarum omnium indagatrice. 4 Sunt, inquit, Philoſophorum nonnulli, qui hoc à lege naturæ provenire dicant, ut omne generans generatum ſibi ſimile creet, & à ſanguine ſimilitudinem naſci volunt; ſic videmus homines ſibi ſimiles liberos ſæpiſſimè generare. Phyſici verò dicunt id plerumque accidere, ut in conceptione mulier ad alicujus imaginem adjecerit animum, & cùm in eam tota fuerit intenta, ſimilitudinem ejus partum indè contrahere,

opi-

inione, ut exiſtiment [1] illam origini, & ontextui ſanguinis [3] reſpondere. Nec par-m argumentum ex cæteris animalibus tra-nt, quæ ferè gignentibus ſimilia naſcuntur. lii negant certam hanc eſſe naturæ legem, ſed ecies mortalium, [4] prout fortuita ſors con-ptionis obtulit, attribui. Atque ideò ple-mque ex ſpecioſis deformes, & ex robuſtis validos partus [5] edi. Verùm quoniam iſta æſtio in ambiguo verſatur, pauca [6] inter lienos conſpectæ ſimilitudinis exempla refe-mus,

1 Magno Pompejo Vibius ingenuæ ſtirpis, Publicus Libertinus ita ſimiles fuerunt; ut permutato ſtatu, & Pompejus in illis, & illi in ompejo ſalutari poſſent. Certè quocunque t Vibius, aut Publicius acceſſerant, ora hominum in ſe obvertebant, unoquoque eciem [9] ampliſſimi civis in perſonis [10] me-iocribus annotante. [11] Quod quidem fortui-m ludibrium, quaſi [12] hæreditarium ad eum enetravit.

2 Nam pater quoque ejus eò uſque Meno-enis coci ſui ſimilis eſſe viſus eſt; ut [13] vir, & rox animo & præpotens armis, ſordidum ejus nomen repellere à ſe non valuerit.

3 [15] Eximiæ verò nobilitatis adoleſcens Cor-elius Scipio, cùm plurimis & clariſſimis fami-iæ ſuæ [16] cognominibus abundaret; in ſervi-em [17] Serapionis appellationem vulgi ſermo-

1 Similitudinem.
2 Compoſitioni ſanguinis, ut filii parentibus, à quibus originem ducunt, ſimiles inveniantur.
3 Conſentire, convenire. Virg. *Dictis reſpondent cætera matris.*
4 Prout caſus concipienti mulieri imaginem aliquam obtulerit.
5 Pari. Juv. *Si mulier vitulum, vel ſi bos ederet agnum.*
6 Qui diverſis parentibus nati ſunt.
7 Quia Pompejus princeps erat urbis; illi verò ignobiles.
8 Admirantium ſimilitudinem cum Pompejo.
9 Ut qui Magni cognomen meruit.
10 Mediocris conditionis.
11 Quam fortunæ ludificationem, ut mediocris conditionis homines Pompejus haberet ibi perſimiles, dicit ei fuiſſe quaſi hæreditariam: quoniam pater ejus Me-ogenem cocum longè ſibi ſimilem ſortitus eſſet. 12 A patre acceptum. 13 Sc. pater Pompeji Magni. 14 Coci: cognominatus enim eſt ab illo trabo. 15 Nec iſtud fortunæ ludibrium nobiliſſimus adoleſcens Corne-ius Scipio ſubterfugere potuit, quin Serapionis cujuſdam victimarii appella-ione fuerit notatus, quòd iiſdem lineamentis corporis & oris par eſſet lli. 16 Nam Scipionum alius dictus eſt Africanus, alius Naſica, alius Aſiaticus, &c. 17 Quia vulgus eum Serapionem appellabat: eò quòd lli ſimillimus erat.

ne impactus eſt, quòd [1] hujuſce nominis [2] victimario quam ſimilis erat : Nec illi aut morum probitas, aut reſpectus tot [3] imaginum, quò minùs [4] hac contumelia aſpergeretur, opitulata eſt.

4 Generoſiſſimum conſulatus collegium Lentuli & Metelli fuit: qui ambo in ſcena propter ſimilitudinem hiſtrionum propemodum [5] ſpectati ſunt. Sed [6] alter ex quodam ſecundarum cognomen Spintheris traxit: [7] alter, niſi [8] Nepotis à moribus accepiſſet, Pamphili tertiarum, cui ſimillimus eſſe ferebatur, habuiſſet.

5 At M. Meſſalla [9] conſularis & cenſorius Menogenis : Curioque omnibus [10] honoribus abundans, [11] Burbuleii : [12] ille propter [13] oris aſpectum, [14] hic propter parem corporis motum, uterque [15] ſcenici nomen coactus eſt [16] recipere.

## EXTERNA.

1 Abundè ſint hæc de domeſticis, quoniam & [17] perſonis ſunt excellentia, & [18] non obſcura notitia celebrantur. [19] Regi Antiocho unus ex [20] æqualibus, & ipſe regiæ ſtirpis, nomine Artemon, perquam ſimilis fuiſſe traditur. Quem Laodice, uxor Antiochi, interfecto viro, diſſimulandi ſceleris gratia, in lectulo perinde quaſi ipſum regem ægrum collocavit. [21] Admiſſumque univerſum populum, & ſermone [22] ejus & vultu [23] conſimili fefellit : crediderunque homines ab Antiocho moriente [24] Laodicen & natos ejus ſibi commendari.

1 Serapionis.
2 Victimarum curatori, aut ſacerdotum miniſtro, qui ſacrificantibus miniſtrabat.
3 Clarorum virorum, quorum imagines in ſtemmate ſuo habebat.
4 Ut victimarii nomen acciperet.
5 Quotieſcunque in ſcenam conſules iſti prodibant, in ſe omnium oculos convertebant.
6 Lentulus.
7 Metellus.
8 Qui Pius dictus erat.
9 Qui aliquando conſulatum & cenſuram geſſerat.
10 Titulis magiſtratuum geſtorum.
11 Hiſtrionis.
12 Meſſalla.
13 Similem aſpectum vultus.
14 Curio.
15 Hiſtrionis: nam Menogenes & Burbulejus fuerunt Hiſtriones.
16 A populo.
17 Nam in perſonis clariſſimis hæc ſimilitudo conſpecta eſt.
18 Quia apud omnes Romanos nota fuerunt hæc exempla.
19 Syriæ.
20 Coævis.
21 Intromiſſum ad lectulum, quaſi ad regem.
22 Artemonis.
23 Sermoni & vultui regis Antiochi.
24 Reginam.

2 Hy-

2 Hybream autem [1] Mylaſenum copioſæ atque [2] concitatæ facundiæ oratorem, Cymæorum ſervo [3] ſtrigmenta gymnaſii colligenti, tam ſimilem, ut [4] germanum fratrem [5] totius Aſiæ oculi aſſignarent: Ita lineamentis oris, & omnium membrorum compares erant.

3 [6] Ille verò, quem in Sicilia [7] prætoris admodum ſimilem fuiſſe conſtat, [8] petulantis fuit animi. [9] Proconſule enim dicente, mirari ſe quapropter ſui tam ſimilis eſſet, cùm pater ſuus in eam provinciam nunquam acceſſiſſet: At [10] meus, inquit, Romam frequenter acceſſit. Joco namque [11] laceſſitam matris ſuæ pudicitiam, [12] invicem [13] ſuſpicione in matrem [14] ejus rejecta, audaciùs quam [15] virgis & ſecuribus ſubjecto conveniebat, ultus eſt.

1 Incolam Mylaſæ, Cariæ urbis.
2 Promptæ, & vehementis in perſuadendo eloquentiæ.
3 Sordes, quæ deterguntur è corporibus athletarum, vel exercentium ſe in gymnaſiis.
4 Hybreæ.
5 Omnium Aſiaticorum oculi aſpicerent.
6 Piſcator.
7 Suræ proconſulis, qui idem prætor erat.
8 Ad laceſſendum proni.

9 Surâ. 10 Pater. 11 Petitam contumeliâ à proconſule: innuerat enim à patre ſuo illum per adulterium progenitum. 12 Viciſſim. 13 Adulterii. 14 Proconſulis. 15 Quaſi homini, qui proconſuli ſubjectus eſſet, in quem virgas expediri, & ſecures parari jubere potuiſſet conſul.

## CAP. XV.

## DE HIS, QUI PER MENDACIUM ſe in alienas familias inſeruerunt.

1 L. Equitius Firmanus.
2 Erophilus medicus equarius.
3 Octaviæ ſororis Aug. falſus filius.
4 Q. Sertorii falſus filius.
5 Trebellius Calca.
6 C. Aſinius Dio falſus.

EXTERNI.

1 Rubria Mediolanenſis falſa.
2 Ariarathes Cappadociæ rex falſus.

[1] Sed tolerabilis hæc, & [2] uni tantummodò anceps [3] temeritas. Quod ſequitur im-

1 Tranſitum facit ad eos, qui obſcuro loco nati, clariſſimis familiis inſerere ſe voluerunt: & ne ex abrupto tranſire videatur, hoc utitur ordine, ut dicat ſuperioris exempli temeritatem tolerari poſſe, quòd ad unius duntaxat periculum pertinuerit: ſed impudentiam, de quâ dicturus eſt, nullo pacto ferendam, quòd non ſolum privatos cineres, ſed etiam rempublicam in diſcrimen propemodum adduxerit. 2 Piſcatori Siculo tantummodò periculoſa, qui pro conſuli Suræ temerè ſatis reſpondiſſe viſus eſt. 3 Piſcatoris Siculi.

pudentiæ

pudentiæ genus, nec ferendum ullo modo; periculique tùm privatim, tùm etium publicè late [1] patentis.

I Nam ne Equitium [2] Firmo Piceno [3] monſtrum veniens, relatum jam in [4] hujuſce libri ſuperiore parte, [5] prætercam; ejus in [6] amplectendo T. Graccho patre, evidens mendacium, [7] turbulento vulgi errore, ampliſſima [8] tribunatus poteſtate [9] vallatum eſt.

2 Herophilus, [10] equarius medicus, C. Marium ſepties conſulem avum ſibi [11] vendicando ita ſe extulit, ut [12] coloniæ [13] veteranorum complures, & [14] municipia ſplendida, [15] collegiaque fere omnia patronum [16] adoptarent. Quinetiam cum C. Cæſar Cn. Pompejo adoleſcente in Hiſpania oppreſſo, populum in hortis [17] ſuis admiſiſſet, proximo [18] intercolumnio [19] penè pari ſtudio frequentiæ ſalutatus eſt. Quòd niſi divinæ Cæſaris vires huic erubeſcendæ [20] procellæ obſtitiſſent: ſimile vulnus reſp. excepiſſet, atque [21] in Equitio acceperat. Cæterùm decreto [22] ejus extra Italiam relegatus, poſtquam [23] ille cœlo receptus eſt, in urbem rediit, & conſilium interficiendi ſenatus capere ſuſtinuit. [24] Quo nomine juſſu patrum necatus in carcere, [25] ſeras prompti animi ad omne [26] moliendum ſcelus pœnas [27] pependit.

1 Se extendentis.
2 Oppidulo quod eſt in agro Piceno.
3 Non homo, ſed veriùs monſtrum ob turpiſſimos mores dici poteſt.
4 Noni ſc. c. 7. *de Seditione* in principio.
5 Omittam.
6 Uſurpando & vendicando ſibi.
7 Seditioſa: quia cùm à Mario, quintum conſulatum gerente, in carcerem conjectus eſſet, eò quòd contra leges tribunatum peteret, tantam ſeditionem in urbe concitavit, ut populus carcerem confregerit, illum eduxerit, atque etiam humeris ſuſceptum per urbem, tanquam de Senatu triumphans, cum ſummâ alacritate portaverit.
8 Saturnini tribuni plebis.
9 Munitum & protectum.
10 Equorum medicus, id eſt, qui equos curabat.
11 Attribuendo quaſi jure ſuo.
12 *Coloniæ* dicebantur, ad quas è majori civitate coloni mittebantur.
13 Militum. Solebant enim frequenter Romani veteranos & emeritos milites ad ejuſmodi oppida mittere, eorumque bona, qui ſibi rebelles fuiſſent, condonare.
14 Civitates, quæ propter beneficia Romanâ civitate donatæ fuiſſent.
15 Cœtus ejuſdem officii; ut Augurum, Pontificum, & Sacerdotum.
16 Eligerent.
17 Cæſaris.
18 Spatio inter duas columnas arborum aut vitium ad voluptatem derelicto.
19 Paulò minores habuit ſalutationes Harophilus, quam C. Cæſar.
20 Seditioni, quam populus excitare parabat extollendo Herophilum.
21 In ſeditione excitatâ propter Equitium.
22 Cæſaris.
23 Cæſar
24 Propter quam culpam.
25 Nimis tardas.
26 Patrandum.
27 Luit aut perſolvit.

3 Nec divi quidem Auguſti [1] etiamnum terras [2] regentis excellentiſſimum numen intentatum ab hoc 3 injuriæ genere extitit: cùm quidam clariſſimæ ſororis [4] ejus Octaviæ utero ſegenitum fingere auderet: propterque [5] ſummam imbecillitatem corporis, ab eo, cui [6] datus erat, [7] perindè atque ipſius filium retentum, [8] ſubjecto in locum [9] ſuum proprio filio diceret: Videlicet, ut eodem tempore ſanctiſſimi [10] penates, & [11] veri ſanguinis memoria ſpoliarentur, & [12] falſi ſordida contagione inquinarentur. Sed dùm [13] plenis impudentiæ velis 14 ad ſummum audaciæ gradum fertur, imperio Auguſti remo [15] publicæ triremis affixus eſt.

4 Repertus eſt etiam, qui ſe diceret eſſe Q. Sertorii filium; quem ut [16] agnoſceret uxor [17] ejus, nulla vi [18] compelli potuit.

5 Quid Trebellius Calca! quam aſſeveranter ſe [19] Clodium tulit! & quidem dum de [20] bonis [20] ejus [21] contendit, in centumvirale judicium [22] adeo favorabilis deſcendit, [23] ut vix juſtis & æquis ſententiis conſternatio populi ullum relinqueret locum. In illa tamen [24] quæſtione neque calumniæ petitoris, neque [25] violentiæ plebis judicantium [26] religio ceſſit.

1 Etiam nunc.
2 Aut per Tiberium ejus filium ſucceſſorem, aut divinâ curâ.
3 Falſæ aſſertionis alieni generis & hæreditatis.
4 Auguſti.
5 Propter quam (ut mentiebatur) nutritius ac nutrix non auſi ſunt Octaviæ verum partum reſtituere.
6 Nutriendus.
7 Tanquam
8 Clam allato ad Octavium.
9 Mendacis, qui talia fingebat.
10 Octaviæ.
11 Ut non agnoſcerent verum partum.
12 Suppoſiti ſanguinis.
13 Omni impetui; & eſt translatio ſumpta à navigantibus: nam nullo pudore à tanto facinore deterrebatur.

14 Nihil majus audere poterat, quam Auguſtum ſibi vendicare avunculum. 15 Navis impellendæ triplici remorum ordine ad remp. pertinentis. Undè veteris eſt moris, pernicioſos & perditos ad remigium damnare. 16 Filium. 17 Sertorii. 18 Induci: quia reverà non erat. 19 Clodii filium dixit. 20 Clodii patris, ut dicebat. 21 Trebellius. 22 Cum tanto populi favore. 23 Ut concitatio animorum populi, illi faventis, vix permitteret contra eum, ut juſtum erat, ſententiam ferri. 24 Inquiſitione, diſceptatione, ubi de bonis Clodii agebatur. 25 Quia contra Trebellium judicavit. 26 Juſta obſervatio jurisjurandi, id eſt, tanta fuit Centumvirorum religio, ut nullo metu, nulla plebis concitatione à juſtitiâ deterreri potuerint.

6 Multò fortius [1] ille, qui Cornelio Sylla [2] rerum potiente, in domum [3] Cn. Aſinii Dionis [4] irrupit, filiumque [5] ejus patriis penatibus expulit; vociferando non illum, ſed ſe Dione eſſe procreatum. Verùm poſtquam à [6] Syllana violentia [7] Cæſariana æquitas reluxit, gubernacula Romani imperii [8] juſtiore principe obtinente, in [9] publica cuſtodia ſpiritum [10] poſuit.

## EXTERNA.

1 [11] Eodem præſide reip. in [12] conſimili mendacio muliebris temeritas Mediolani [13] repreſſa eſt. Siquidem cùm ſe [14] pro Rubria [15] quædam perindè ac falsò credita eſſet incendio periiſſe, nihil ad ſe pertinentibus [16] bonis [17] inſereret, nec ei aut [18] tractus ejus ſplendidi teſtes, aut cohortis Auguſti favor deeſſet: propter [19] inexpugnabilem [20] Cæſaris conſtantiam [21] irrita nefarii propoſiti abiit.

2 [22] Idem barbarum quenduam, ad eximiam [23] ſimilitudinem Cappadociæ regnum affectantem, tanquam Ariarathes eſſet, [24] quem à M. Antonio interemptum luce clarius erat: quanquam penè totius Orientis civitatum & gentium [25] credula ſuffragatione [26] fultum caput, [27] imperio [28] dementer imminens, juſto impendere ſupplicio [29] coëgit.

1 Sc. *egit*.
2 Imperio Romano.
3 Civis Romani.
4 Per vim ingreſſus eſt.
5 Aſinii Dionis.
6 Quâ ſub Syllâ & cum Sylla multi uſi fuerant.
7 Auguſti Cæſaris.
8 Cæſare Auguſto, qui longè juſtior fuit Syllâ.
9 Carcere.
10 Depoſuit.
11 Auguſto.
12 Hujus mulieris mendacium ſimile fuerat ejus, qui Aſinii Dionis bona occupaverat.
13 Refrænata.
14 Tanquam eſſet Rubria.
15 Mulier ſc.
16 A Rubriâ relictis.
17 Immitteret.
18 Similitudinis & lineamentorum, quæ totam Rubricam referebant.
19 Quæ non prece, non pretio, non gratiâ à juſtitiâ deduci poterat.
20 Auguſti.
21 Fruſtrata ab aſſecutione hæreditatis.
22 Auguſtus.
23 Ejus cum Ariarathe.
24 Ariarathem.
25 Credularum ſuffragatione: quia cùm crederent eum verè Ariarathem eſſe, ſummo favore proſequebantur, & ſuffragari omni ſtudio nitebantur, ut in priſtinum regnum reſtitueretur.
26 Munitum & ſuſtentatum.
27 Quod Ariarathes obtinuerat.
28 Cum dementia quadam imminens.
29 Ordo eſt: Idem Auguſtus coëgit barbarum quendam, &c. impendere juſto ſupplicio, quanquam caput dementer imminens imperio eſſet, fultum credulâ ſuffragatione civitatum & gentium totius Orientis.

FINIS.

Rerum ac verborum maximè

# MEMORABILIUM.

Quæ in Textu

# VALERII MAXIMI

Et Notis occurrunt,

# INDEX.

## A.


Abdicare, & exhæredare filium, quomodo differant? pag. 300

*Abſtinentiæ & continentiæ exempla require*, à pag. 204 uſque ad pag. 215

*Abſtinentia & continentia, ut differant?* 205

*Academia, quid?* 214

L. *Accius Poëta,* 171,474

*Achaïa, Græciæ regio.* 205

*Achillis Homerici otium laudatum* 455

*Acilius Aviola ad ſepulturam elatus, reviviſcit* 56

M. *Acilius Glabrio primam auratam ſtatuam in Urbe poſuit.* 82

*Acron, Ceninenſium rex, à Romulo interfectus* 131

*Actium Epiri promontorium* 39

*Admetus Theſſaliæ rex* 227

*Ad principia eſſe, quid?* 30

*Adumbrare, quid?* 157

*Adulteria deprehenſa, à quibus vindicata?* 318,319

*Æbucia* 417

*Ædiles, qui?* 10

*Ædiles Curules, qui?* 78. *eorum officium* 10

*Ægeriæ Deæ cum Numâ nocturni congreſſus.* 15

*Ægles Samius mutus, & ſubitò vocalis factus* 57

*Ægyptiorum luxuria* 495, 496

*Ælia familia* 219

Q. *Ælius Pætus prætor.* 293

*Æmilia virgo.* 4

*Æmilianus Scipio. Vide Scipio Æmilian.* 481

*Æmilius Lepidus* 125.126.351

*Æmilius Paulus* 120 159,310

*Æmilius Scaurus* 137,169

*Ænei tauri inventor* 504

*Æra raudera, quæ?* 293

*Æſchines* 461

*Æſchylus Poëta, tragœdiæ primus inventor* 542

*Æſculapii ædes* 49,50

*Æſopus Tragicus* 460

*Æthiopum ſenectus memorabilis* 472

*Afrania, Licinii Buccionis, cauſam apud magiſtratum egit* 436

*Africanus ſuperior* 102.189 202. 223. 266. 267. 269. 294. 351. 361. 474. 480. 524.
*Africanus poſterior* 103. 192. 252,270. *ejus avi humanitas* 252
*Africanus Gracchò reconciliatus* 202
*Agamemnon, pictura Timantis* 465
*Agathocles Syracuſanorum rex* 402
*Ageſilaus* 384
*Aglaus Sophidius* 373
*Agrigentinus Gillias.* 246
*Agrigentum, urbs.* 151
*Agrippa Menenius* 216
*Ahala Mag. eq.* 271
*Ajax pictus* 465
*Alæ* 101
*Albanus lacus* 26
*Alcæus Poëta* 198
*Alcamenis Vulcanus* 464
*Alceſtis Tragicus* 172
*Alcibiades* 45.128.368
*Alcioneus, Antigoni F.* 258
*Alexander Coſmog.* 473
*Alexander Fannii ſervus* 437
*Alexander Pheræorum rex* 537
*Alexander rex Macedoniæ* 19. 150. 185. 214. 240. 255. 341. 392. 477. 510. 517
*Alpes diſterminant Galliam ab Italiâ* 107
*Altercationes de triumpho* 108. 109
*Amaſia Sentia* 435
*Amicitiæ vinculum*, à p. 231 uſque ad p. 241
*Amilcar* 45.511
Ἀμνηςία, *oblivio injuriarum*, 198
*Amor conjugalis*, à p. 226 uſque ad p. 231.
*Amor filiæ erga matrem* 283
*Amor & indulgentia parentum in liberos* 299
*Amor patris in filium* ibid.
*Amphiaraus vates* 486
*Amphinomus frater Anapi* 285.
*Ampliata cauſa.* 427
*Anacharſis* 384
*Anacreon* 543
*Anapœſtus pes* 87
*Anaxagoras Philoſophus* 312 383. 463.
*Anaxarchus* 152. 477
*Anaximenes præceptor Alexandri* 394
*Ancus rex.* 207. *ejus clara progenies* ibid.
*Annibal, Amilcaris F.* 40. 41. 134. 139. 174. 177. 182. 190. 242. 258. 259. 274. 294. 352. 395. 400. 402. 494. 501. 511. 517. 520. 525.
*Annibal Giſgonis F.* 395
*Antigenidas tibicen* 172
*Antigonus* 258
*Antii Reſtionis ſervus* 358
*Antiochus rex Syriæ* 159. 495 550
*Antipatri Poëtæ anniverſaria febris* 61
*Antiquorum epulæ, eorumque frugalis victus* 84


*Anti-*

*Antiſtes templi Dianæ* 387
*Antonia* 206
*Apelles* 464 467
*Apex, quid?* 4
*Apolloniatæ* 24
*Apollo vindex ſui numinis* 10
*Apollo Pythius* 274
*Apparere* 71
*Apparitores* ibid.
*Appius.* 470
*Appius Claudius* 314.374
*Aptus motus corporis in loquendo*, à p.456. uſque ad p.461
*Aquila* 30
*Aquilifer, quid?* 138
*Arcades duo* 45
*Archelaus* 495
*Archilochus Poëta* 336
*Archimedes* 449
*Architas Tarentinus* 196.447
*Areopagus* 88 & 431. *undè dictus?* ibid.
*Arganthonius Gaditanus* 472
*Ariarathes Cappadociæ rex falſus* 554
*Ariobarzanes rex Cappadociæ* 203
*Arion Pythagoricus* 447
*Ariſtides* 276
*Ariſtomenes Meſſenius* 61
*Ariſtonicus Eumenis filius* 135 157
*Ariſtophanes* 382
*Ariſtoteles* 298.383.477
*Armillæ* 143
*Artemiſia* 229
*Artium effectus rari*, à p. 462. uſque ad p. 466. *earum optimis magiſtris concedendum eſſe* ibid.
*Artorius medicus* 36
*Aruns, Tarquinii Superbi filius.* 291
*Aſcanius* 54
*Aſdrubal* 8. 147. 153. 168. 191. 506. *ejus uxor* 147
*Aſinarii vafrè dict.* 392
*Aſinius Pollio* 472
*Aterius Rufus.* 40
*Athenæ* 274
*Athenienſis fœmina muteſcens* 57.
*Athenienſis quidam* 394
*Athenienſis quidam memoriâ literarum privatus* 57
*Athenienſis ſenex* 225
*Athenienſium religio* 14. *inſtitutum contra inertes & otioſos, eorundem Areopagus, honos virtutis apud eoſdem, actio in ingratitudinem apud eoſdem* 87. 88. *ingratitudo* 275. & ſeq. *ſeveritas* 336. *crudelitas* 504. *temeritas* 526
*Athletæ, qui?* 82
*Athleticum primum certamen* 82
*Atilius Aviola* 56
*Atilius Regulus Serranus* 217. *undè Serranus dictus?* 218
*Attalus, rex Aſiæ* 59.244
*Attellæ, civitas* 79
*Atys Crœſi, Lydorum regis, filius* 42
*Avaritiæ dediti*, à p. 512. uſque ad p. 514.

*Avaritiæ definitio* 512
*Aventinus mons* 51
*A. Cæſellius* 327
*A. Calpurnius* 513
*A. Fulvius* 305
*A. Gabinius* 202. 424
*A. Poſthumius* 48. 113
*Aurelia Oreſtilla* 493
*Auſpicia*, à p. 18. uſque ad p. 20
*Auſpicia undè dicta?* 17. & 63

B.

*Bacchanalia ſacra* 17
*Badius Campanus* 251
*Bæbius Tamphilus Coſ.* 7
*Baliſta, undè dicatur?* 62
*Barbarorum barbaries.* à p 500 uſque ad p. 505.
*Bella à devictis hoſtibus olim denominabantur* 96
*Benevolentia fraterna*, à p. 287 uſque ad p. 220.
*Beronice regina* 530
*Betulius rex Avernorum* 519
*Bias* 199. 381. 393
*Biton & Cleobis* 285
*Blaſsius Salapinus* 182
*Bocchus* 475
*Boſphoranorum neceſsitas* 410 411
*Boſphorus, undè dictus?* 410
*Braccati Galli* 92
*Brachium intra pallium continere, pudoris ſignum apud Athenienſes* 368
*Brennus* 10
*Brocchorum familia* 318
*Brutii* 29
*Brutorum domus obſeſſa à Matronis* 489
*Brutus* 228. 235. 388.
*Brutus Conſul* 527. 545
*Bulla, inſigne puerorum* 125
*Burbulejus.* 550
*Buſa fœmina* 243
*Buſtum, quid?* 499

C.

*Cadavera apud veteres ungebantur* 227
*Cæcilia Metelli* 21
*Cælius hiſtoricus* 39
*M. Cælius Rufus* 203
*Cępio trib. pleb.* 235
*Cæpionum teſtim.* 438
*Ceremoniæ, quæ?* 1
*Cæſar* 254
*Cæſetius eq. R.* 299
*Cæſetius Rufus Senator* 516
*Caſo* 219
*Catus Pythagoricus* 447
*C. Antonius* 203
*C. Aquilius* 434
*C. Attilius* 133. *miles* 140
*C. Aurelius Scaur.* 76
*C. Bloſius Cuman.* 232. 233
*C. Cæſar* 140. 224. 271. 299. 367. 463. 524. 527.
*C. Cæſar tribus & tringinta plagis in Senatu interfectus* 32
*C. Calpurnius Piſo* 415
*C. Carbo* 168. 282. *Trib. pl.* 322. *legatus* 423
*C. Caſsius* 23. 54. 127. 235. 303. 527
*C. Claudius Nero* 191
*C. Cornelius Hiſpallus* 17

*C. Coſco-*

C. Coſconius 426
C. Cotta 97
C. Curiatius 167
C. Decianus 429
C. Duilius 162
C. Fabius Dorſo 7
C. Fabius Pictor 476
C. Fabricius Luſcinus 52.217
C. Figulus 507
C. Fimbria Trib. pl. 532
C. Flaminius 4.27
C. Flavius 438
C. Gallius 318 468
C. Geta 117
C. Gracchus 39.111.234.270. 459
C. Helvius Trib. pl. 527
C. Hoſtilius Mancinus 28
C. Iunius Bubulcus 113.476
C. Licinius Hoplomachus 440
C. Licinius Macer. 540
C. Licinius ſacerd. 193
C. Licinius Stolo 441
C. Luſcius Trib. mil. 318
C. Lutatius Conſ. 108
C. Marius 22.38.70.75.111. 121.137.143.179.212.264. 318.319.366.441.475.482. 499.521.
C. Memmius 318.424
C. Mevius Centurio 181
C. Nautius 262
C. Peſcennius, triumvir Capitalis 317
C. Piſo 178
C. Plautius Numida 227
C. Plotii Planci familię fides 357
C. Plotius 216 miles manipularis 218
C. Popilius Len. 272.339
C. Pulcher 81
C. Scantinius Capitolinus Trib. pl. 316
C. Sempronius Atratinus 133
C. Sergius Orata 488
C. Sulpicius Gallus 335 ejus aſtrologię rarus effectus 462
C. Sulpicius Peticus 78
C. Tettius 414
T. Titinius Minturnenſis 434
C. Toranius 533
C. Valerius ędilis 425
C. Valerius Flaccus 361
C. Vettienus 332
Calagurritanorum neceſſitas 411
Calanus Indus 60
Calchas pictus 465
Calenus ager 562
Callidius Bononienſis 428.260
Calliſthenes 383
Calpurnia 36
Calpurnius Piſo 210
Calvinus Domitius 463
Cambyſes, rex Perſarum 336
Camillus 21.113.295
Campana inſolentia 517 luxuria 494
Campanorum clementia & humanitas 258
Caninius Gallus 203
Cantharis vermis, ejuſque natura 328
Cantharus, quid? 163
Capere vitio tabernaculum, quid? 3
Capite cenſi milites à C. Mario pri-

primùm inſtituti 75 ii qui? ibid.
Capitolium, quid? 7
Carbaſus, quid? 4
Carbo Accienus 318
Carbo Arvina 499
Carneades Philoſophus 448
Carrinas 418
Carthaginienſium ingratitudo in Annibalem 274 crudelitas 501 perfidia 519
Caſilinates 409
Caſſius Parmenſis 39
Caſtores viſi bello Latino, & Perſico 48
L. Catilina 111.243.493
Cato 114.122.254.323
Cato Major 136.169.210
Cato Poſterior 211
Cato Uticenſis 136 ejus filia ibid.
Catonis induſtria ac ſtudium 442
Cauſea, quid? 258
Cejorum venenum publicum 90
Celeres, qui? 74
Cellæ ſerviles, quæ? 408
Celtæ, undè Celtiberi dicti 140
Celtiberi, undè ſic dicti? 205
Celtiberorum in prœliis mos 92
Cenſoria ſeveritas, à p. 112 uſque ad p. 117.
Cenſorium ſupercilium, pro rigiditate cenſoriâ 112
Cenſorum erat, cenſum facere & luſtrum condere 192
Cenſum facere, quid? ibid.
Centumvirale judicium, haſta, quid? 413 undè dicta? ibid. & 417
Centuriæ popul. Rom. tres 18 undè ſingulæ dictæ, & à quo inſtitutæ 193
Centuriare, quid? 133
Cereris vindicta in Alexandri milites 14
Chariſtia ſacra 66 undè dicta? ibid.
Charundas Thurius 349
Choragia, inſtrumenta ſcenarum 82
Chryſippus 451
C. Cicerejus Scrib. 160.223
Cicuta herba venenoſa 90
Cimbrorum mos in adeundis prœliis 92
Cimo Athenienſis 276.368
Cimonis pietas erga patrem 284
Cinninienſis populus 341
Circus, quid? 10
Circi tres Romæ fuêre, & qui? ibid.
Civem Romanum virgis cædi, vel capite puniri leges non permittebant 105
Civilis ſanguis, pro totâ ſubſtantiâ obæratorum 244
Civitas biceps, quæ? 456
Civium Romanorum pietas erga patriam 294
Claudia Virgo Veſtalis 282
Claudia 430
T. Claudius Centumalus 432
C. Claudius Nero 115
Cleanthes 451
Clearchus Lacedæmoniorum dux 106
Clementia: require Humanitas & Clementia.

Cle-

*Clementia, quid?* 247
*Cleobis & Biton* 285
*Cleopatra* 502
*P. Clodii & Fulviæ degenerum exemplum* 160,425
*Clœlia virgo* 130
*Clœlii fratres* 428
*Cn. Cornelius Scipio Aſiana* 365
*Cn. Cornelius Scipio Hiſpali F.* 332
*Cn. Dolabella* 457
*Cn. Domitius Cenſor* 117 *Ahenobarbus* 325
*Cn. Domitius Trib. pl.* 346
*Cn. Flavius jus civile cum Faſtis promulgavit* 83
*Cn. Fulvius Flaccus triumphum ſpernens* 76
*Cn. Lentulus Marcellinus conſul* 324
*Cn. Mallius* 76
*Cn. Marcius Coriolanus* 207
*Cn. Pompejus* 31,55,81,135 141,181,228,229,253,323 483,515 *ejus miles* 290
*Cn. Popilius Læn.* 272
*Cn. Scipio* 25,159,164,220 223
*Codrus, rex Athenienſium* 295
*Collegi tribunorum plebis juſtitiæ exemplum* 246
*Coloniæ, quid?* 552
*Coma, frater Cleonis* 541
*Cominius Trib. pl.* 217
*Comitia Conſularia, Prætoria, Quæſtoria, Ædilitia, Tribunitia* 3 *Centuriata* 187
*Comitium, quid?* 3
*Commeatus, quid?* 509
*Conjugalis Amor: require Amor Conjugalis*
*Conſidius publicanus* 488
*Conſtantia multorum,* à p.176 uſque ad p.185.
*Conſules primi, qui?* 186,187 *eos* 24 *lictores præcedebant* 70
*Conſultor* 53
*Conſultus* 33
*Continentia: vide Abſtinentiæ & Continentiæ, &c.*
*Continentia & Abſtinentia ut differant?* 205
*Corbis, quid?* 27
*Coriolani pietas* 279
*Cornelia, Gracchorum mater* 203,215,226
*Cornelii quinque* 271
*Cornelius Balbus* 419
*Cornelius Cinna* 527
*Cornelius Coſſus* 131
*Cornelius Gallus* 540
*Cornelius quater primipilaris* 317
*Cornelius Rufinus* 114
*Cornicularius, quis?* 317
*Cornua in prœlio, quæ?* 37
*Corona civica* 281 *militares multifariæ* 53 & 143
*Coronis, unguento delibutis, uſi veteres adverſus ebrietatẽ* 86
*Cortina Delphica, quid?* 55
*Cotys, Thracum rex* 175
*Craſſus locuples* 365
*Cretenſium mos* 385 *neceſſitas* 411

*Crœſus* 42 *ejus filii muti pietatis in patrem exemplum* 286
*Crudelitas nonnullorum*, à pag. 496 uſque ad p. 505
*Cteſias* 472
*Cteſiphon* 461
*Culeo prætor* 351
*Culeus, quid?* 8
*Cuneus, quid?* 543
*Cuniculi, ſubterranei meatus* 355
*Cupiditas gloriæ*, à pag. 473 uſque ad pag. 478 *Vitæ.* à pag. 544 uſque ad pag. 548
*tres Curiatii* 333
*Curio* 550
*Curionum domus* 492
*Curtius* 293
*Cybele, mater Deûm* 3 & 415 *ejus ludi Megaleſia dicta* 415
*Cyclades, inſulæ* 205
*Cymæorum ſervus* 551
*Cyneas Theſſalus* 208
*Cynegirus Athenienſis* 140
*Cypriorum luxuria* 496
*Cyrus* 286.453.529
*Cyrus ſuperior* 43

D.

D*Amaſippus* 499
*Damaſthes* 472
*Damon* 238
*Danthonis cujuſdam ſenectus memorabilis* 473
*Daphidas Sophiſta* 58
*Dare litem, quid?* 109
*Darius* 185.240.265.285.393 503
*Decii duo, pater & filius* 293
*Decii tres qui ſe pro Republicâ devoyêre* ibid.
*Decimus Lælius* 238
*Degeneres*, à p. 159 uſque ad p. 161
*Dejotarus rex* 20
*Delectus, quid?* 76
*Deligere, quid?* ibid.
*Delphis Apollinis oraculum opulentiſſimum* 10
*Delubra* 32
*Delus inſula, patria Apollinis & Dianæ* 14
*Demades Athenienſis* 384
*Demaratus* 155
*Demochares* 184
*Democritus Philoſophus* 449 477
*Demoſthenes* 158.394.445. 471
*Demoſtratus* 184
*Deorum cultus* 1.2.3.&c.
*Deſpicere, pro contemnere* 461
*Diadema, quid?* 254 *Romanis inviſum* 324
*D. Brutus* 474
*Dii Hoſpitales, qui?* 502
*Dii Penates* 53
*Diogenes Cynicus* 214
*Diomedon Athenienſium dux* 15
*Dion Syracuſanus* 184.197.239
*Dionyſius* 13.44
*Dionyſius Siciliæ tyrannus* 197 307

Dionyſius, Syracuſanorum rex 547
Diphilus Tragœdus 326
Diſceptator, quis? 121
Diverticula, quæ? 490
Divinis operam dare, quid? 2
Divus 32
Divus Iulius, vide in literâ I.
Dodona 486
Dripetines, filiæ Mithridatis, duplex ordo dentium 60
Druſus Germanicus 206.289
Duces ex agris ad magiſtratum accerſiti 218
Duellorum victores 131.132
Duronius 115

E.

EBares equiſo Darii 393
Eculeus, quid? 151 & 355
Effectus artium rari, à p. 462 uſque ad p. 467
Egnatius Metellus 334
Ejurare, quid? 100
Elementum, quid? 63
Eloquentiæ vis 456
Enna, oppidum 2
Ennii effigies 474
Epaminondas Thebanus 145 174
Epaſtus 285
Ephæſtio 240
Ephialtes Athenienſis 184
Ephori 199.200
Epidaurus, urbs Epiri 13
Epimenidis Cnoſii ſenectus memorabilis 472
Epiorum, gentis Ætolæ, ſenectus memorabilis ibid.
Epirus 205
Equa parit leporem 33
Eques quidam gloriæ cupidus 475
Equites Romani, à Cenſoribus notati, equum vendere cogebantur 116
L. Equitii Firmani mendacium 552
Equitum & Centurionum in patriam pietas 294
Equitum Romanorum probatio 74
Eraſiſtratus medicus 301
Error multorum, à p. 526 uſque ad pag. 528
Erus Pamphilius 56
Etruſcorum crudelitas 504
Euclides Geometra 467
Eumenes rex Aſiæ 69
Euphranor 465
Euporus, require Philocrates.
Euripides 158.171
Exanimata, quid? 538
Exercitus Romani ira 508

F.

FAbii 71
Fabius alter Verrucoſſus 262
Fabius Maximus 189
Fabius Maximus Rullianus 134
Fabricius Luſcinus 114.220
Familiæ ementitæ, à p. 551 uſque ad calcem libri.
Faſces, quid? 3 & 187 ex qua arbore fierent? ibid.

*Faſti & nefaſti dies* 83. 216 388
*Faſti libri qui, undè ſic dicti?* ibid.
*Favonius* 324
*Fauſtus Syllæ F.* 127
*Febris Deæ ſacella in Vrbe* 85
*Feciales, qui?* 351
*Felicitas multorum* 371
*Feretrum, quid?* 131
*Feriæ, quæ?* 74
*Fides, chorda in quovis inſtrumento* 450
*Fides Dea ædem in Capitolio habuit* 137
*Fides publica à quibus ſervata*, à pag. 350 uſque ad p. 353
*Fides ſervorum erga dominos*, à pag. 354. uſque ad pag. 359
*Fides uxorum erga viros* 353
*Fidicen, quis?* 163
*Fidiculæ, quæ?* 153
*Fiducia ſui*, à pag. 164 uſque ad pag. 175.
*Filię pietas erga patrem* 284
*Filius Æſopi Trag.* 489
*Filius Clodii Pulchri* 161
*Filius Crœſi ad tempus mutus, vocalis factus* 286
*Filius P. Decii* 293
*Filius Q. Fabii degener.* 160
*Flaminius* 263
*Fœminę Indicæ* 93
*Fœminæ memorabile factum, potionem mortiferam bibentis* 90, 91
*Fœminę Pœnicę* 93
*Fœminarum Romanarum luxuria* 489, 490
*Forenſia ſtipendia* 444
*Fortitudo patrum in filiorum obitu*, à p. 309. uſque ad p. 312
*Fortitudo plerorumque*, à p. 129 uſque ad p. 148
*Fortunę Muliebris ſimulacrum* 51
*Fortunæ mutatio*, à p. 360 uſque ad p. 371
*Forum, quid?* 82
*Fratrum benevolentia* 287, 288
*patria* ibid.
*Frequens, quid?* 20
*Frugalitas diverſorum*, à p. 82 uſque ad p. 85.
*Fulvia* 493
*Fulvius* 261, 307
*Fulvius Flaccus* 76, 143, 176 201
*Funditores, qui?* 101
*Furca, quid?* 38
*Furciferi, undè ſic dicti?* ibid.
*Furculę Caudinę* 258, 385
*Furius* 237, 466
*Furius Camillus* 50, 187, 396
*Furti damnatus* 435
*Furvæ hoſtiæ* 81

G.

*GAllia olim fuit in tres partes diviſa* 92
*Galli, ſacerdotes Cybeles, magnę Matris, caſtrati* 451
*Gallius* 460
*Gallorũ mos in mutuo dando* 92

*Gaurus*

*Gaurus ſpado* 502
*Gelo* 147
*Gemelli, viatoris Tribunicii libidinis & luxuriæ exemplum* 493
*Geminius Metius* 99
*Gentius rex* 149
*Genutius Cipus præt.* 292
*Gillias Agrigentinus* 246
*Gladiatores, qui?* 82
*Gladiatorium munus primum* ibid.
*Glaucia* 137
*Gobrias Perſa* 144
*Gorgias Epirota* 57
*Gorgias Leontinus* 471,485
*Gratitudo nonnullorum,* à pag. 260 uſque ad p.267
*Gratulari* 2
*Graviter dicta aut facta,* à pag. 337 uſque ad pag.342
*Gryllus, Xenophontis F.* 311
*Gyges, Lydorum rex* 373
*Gymnaſium, quid?* 162
*Gymnoſophiſtæ, undè dicti?* 153

H.

*Hadrianus* 529
*Hammonis fons* 486
*Harmodius* 123
*Harmonia, Gelonis Regis filia* 147
*Haſta in auctionibus præfigebatur* 252
*Haſta pro auctione* 77
*Hegeſias Cyrenaïcus Philoſophus* 459
*Hellanicus* 472
*Helleboro diſputaturi ſe purgabant* 449
*Helvius Mancia Formianus* 324
*Heraclides* 184
*Herennius Pontius Samnis* 385
*Herennius ſiculus* 539
*Herophilus, æquarius medicus* 552
*Heroſtratus Dianæ templi incenſor* 478
*Hieronymus tyrannus* 153
*Hiero, Siciliæ rector* 470
*Hiero Syracuſanus* 13,245
*Hippo, fœmina Græca* 318
*Hipſicratea, uxor Mithridatis* 229
*Hiſpani duo fratres* 285
*Hiſtriones qui, & undè dicti?* 10
*Homerus* 455,542
*Horatius* 333
*Horatius Cocles* 130
*Horatius Pulvillus* 309
*Hortenſia, Q. Hortenſii filia* 436
*Hoſpitalium Deorum princeps Iupiter* 251
*Hoſpitii jura ſancta antiquitùs* 502
*Humanitas & clementia multorum,* à pag. 247 uſque ad pag.260
*Hum. nati clari facti,* à p.154 uſque ad p. 158
*Hybrea orator Milaſenus* 551

*Iaſon*

I.

*Iaſon Pheræus* 58
*Iaſon Theſſalorum rex* 530
*Ibrida, quid?* 441
*Idus, quæ?* 74. 463
*Imagines majorum ſuorum veteres in atriis collocabant* 305
*Imperatores, partâ victoriâ, milites pro concione laudare ac gratias agere ſolebant* 143 *nonnunquam varia dona adjungere, & qualia* ibid.
*Improbè dicta,* à. p. 531 uſque ad p. 536
*Inaures* 261
*Inceſtus animadverſus* 334
*Indibilis* 205
*Indicarum fœminarum fidus amor erga maritos* 93
*Indoles multorum,* à p. 125 uſque ad p. 128
*Indorum patientia* 153 *ſenectus memorabilis* 472
*Indulgentia patrum erga liberos* 299
*Induſtria multorum,* à p. 442 uſque ad p. 453
*Infulæ* 241
*Ingratitudo multorum,* à p. 268 uſque ad p. 278
*Innocentia diverſorum,* à p. 82 uſque ad p. 85
*Inſignia, id eſt, ornamenta Conſularia, quę?* 38
*Inſignia ingenuitatis, quę?* 295
*Inſtituta externa,* à p. 86 uſque ad p. 94
*Inſtringere, quid?* 115
*Iophon Sophoclis filius* 452
*Iovis epulę in Capitolio more annuo & ſolenni celebrabantur* 202
*Ira & odium,* à p. 406 uſque ad p. 512
*Iſocrates* 450
*Iſthmicum ſpectaculum* 245
*Iſtmos* ibid.
*Iubellius* 105
*Iudicia privata inſignia,* à p. 432 uſque ad p. 435
*Iudicia publica inſignia,* à p. 422 uſque ad p. 432
*Iugum quid, & quomodo fiat?* 258
*Iugurtha* 475
*D. Iulius* 138 *eloquentia ejus* 457
*Iunius Brutus* 216
*Iuno Lacinia, undè dicta?* 11
*Iunonis Monetæ verba audita* 51 *undè ſic dicta* 50
*Iupiter Feretrius, undè ſic dictus?* 131
*Ius civile cum faſtis promulgatum* 83
*Ius triumphandi,* à p. 107 uſque ad p. 112
*Iuſtitia multorum,* à p. 343 uſque ad p. 349
*Iuvenis, cognomine Pulto* 287
*Iuventius quidam* 4:6
*Iuventus inſtructa* 67
*Iuventutis Romanę gratitudo* 262
*Iuvenum Grecorum facinus* 530

*Lace-*

## L.

Lacedęmonii 87 eorum legati 225 grave reſponſum 199
Lachmiorum regum duorum ſenectus memorabilis 473
Lęlius 233
Lętorius 217.234
Laodice Antiochi 550
Lapidibus, tanquam limitibus, deſignabantur miliaria apud Romanos 192
Lares, qui? 79 focis pręerant ibid.
Lar Tolumnius, Vejentium rex 528
Latinę linguę obſervantia 69
Lectis efferebantur ditiores, tenuis fortunę feretris 194
Lectiſternia, undè ſic dicta? 64
Lectiſternium, Iovis epulum ibid.
Leges duę de triumpho 107
Legionum agnominatio varia 139
Lentiginoſus, quis? 44
Lentulus Spinther 82 & quare ſic dictus? 82.420
Leonidas Spartanus 144
Lex agraria 219.508 Cęcilię de repetundis 364 Memmia 170 Papia de peregrinis urbe pellendis 157 Servilia repetundarum 426
Liberalitas multorum, à p.242 uſque ad. p. 246
Liberè dicta aut facta, à p. 320 uſque ad p. 328
Libido 488
Libitinariorum gratuitum miniſterium 264
Licentia illuſtrium in cultu ac luxu, à p. 161 uſque ad p. 163
Linter, genus naviculę 80
Lituus, quid? 56 eo utebantur augures ad deſignanda in aëre ſpatia ibid.
Livia Rutilii 470
Livius Salinator 115.168.191.201.400.506 undè Salinator dictus ibid.
Lixę, qui? 95
Lubricum, quid? 134
L. Alvanus 6
L. Antonius 113
L, Beſtia Conſ. 56
L. Brutus 303
L. Calpurnius Piſo 101.178 210.425
L. Calpurnius Triumvir. 437
L. Caſſius prętor. 170.430 ejus tribunal Scopulus reorum dictum, & cur? 170
L. Caſſius Trib. pl. 522
L. Catilina 493.532
L. Cinna 111.212
L. Cornelius Conſ. 250
L. Cornelius Merula 539
L. Cornelius Scipio 191
L. Cotta 427.457
L. Craſſus 168.224.321.347.365.488
L. Domitius Propr. 32
L. Fimbria 376
L. Flaccus Cenſ. 115.223

*L. Flaminius* 114
*L. Furius Bibaculus* 5
*L. Gellius* 306
*L. Hortenſius* 345
*L. Iunius* 19
*L. Lamia* 56
*L. Lentulus* 55,364
*L. Manlius Imperioſſus* 281
*L. Marcius* 25,484
*L. Marcius Propręt.* 103
*L. Marcius Tr. mil* 103
*L. Marcius Tr. pl.* 112
*L. Metellus* 117,494
*L. Papirius Curſor.* 376
*L. Paulus unà cum filiâ* 71 *ſolus* 103,253
*L. Petilius Scriba* 8
*L. Petronius* 236
*L. Quinctius Cincinnatus* 188 219
*L. Rheginus* 235
*L. Saturninus* 421
*L. Scipio* 165,178,200
*L. Scribonius* 78
*L. Septimulejus* 514
*L. Sextilius Triumvir.* 430
*L. Sicinius Dentatus* 142
*L. Sylla* 16,26,264,347,362 406,475,497,510
*L. Tarquinius* 18
*L. Valerius Heptachordus* 419 *quare ſic appellatus?* ibid.
*L. Villius Annalis* 533
*Lucretia* 314
*Lucullus* 132
*Ludi Apollinares* 266,326
*Ludi Circenſes, quare ſic dicti?* 10 *Florales in honorem Deæ Floræ inſtituti* 132 *Gladiatorii* 40 *Sęculares* 79
*Ludorum origo, luxus & ornamenta.* 78
*Lumina morientum propinquiores claudebant* 91
*Lupercalia, quæ?* 74
*Luſtrum condere, quid?* 156 192
*Luſtrum, quid?* 156
*Luxuria & libido multorum*, à p.487 uſque ad p. 496
*Luxuria, quid?* 487
*Lyciorum luctus* 93
*Lycurgus Lacedæmoniorum legiſlator* 16,86
*Lydorum ritus* 78
*Lyſias* 341
*Lyſimachus rex* 328
*Lyſippus* 464

M.

*Macedonum mos* 150
*Macedonis pueri patientia* ibid.
*Magi, qui?* 33
*Magiſtratus ac ordines, & eorum officia*, à p.69 uſque ad p. 75
*Magiſtratuum auctoritas* 69 *abſtinentia* 73
*Magius Chilo* 532
*Magnifica quæ cuique contigerint*, à p. 479 uſque ad p. 486
*Majeſtas Conſularis* 70
*Majeſtas diverſorum*, à p. 118 uſque ad p. 125

Majorum in urbe conſuetudo 63 64
Majorum vita exemplum juventuti 67
M. Æmilius Lepidus 125 conſul 350
M. Curius 207
M. Curius Conſ. 332
M. Valerius 117
Mancipia apud majores coronata vendebantur 529
Manilius Criſpus 323
Manipularius 318
Manipulus 165
Manlius Torquatus L. F. 361 508
M. Æmilius Porcin. 430
M. Æmilius Scaurus 137, 427 439
M. Agrippa 238
M. Anneus Carſeolani F. 413
M. Antonius orator 355 ejus ſervus ibid. ejus eloquentia 389, 457, 499
M. Antonius Triumvir. 115 170, 181, 255, 272, 516
M. Aquilius 545
M. Atilius Glabrio 82
M. Atilius Regulus 117
M. Bibulus 196
M. Brutus 22, 255, 340
M. Cęlius 272
M. Cęſius 105
M. Cæſius Scæva centurio 141
M. Calidius 460
M. Caſtritius 326
M. Cato 126, 205, 223, 480 484
M. Cato Tr. pl. 107
M. Cicero: vide M. Tullius
M. Claudius Marcellus, ædilis, unà cum filio 315, 316
M. Clodius 331
M. Cornelius Cethegus 3
M. Cornutus 264
M. Cotta 282
M. Craſſus 512
M. Druſus 126, 515
M. Fabius Conſul 288
M. Flavius Tr. pl. 529
M. Fulvius Flaccus Tr. pl. 105 Conſul 514
M. Horatius 423
M. Iuventius Thalna Conſul 539
M. Lętorius Mergus 317
M. Lepidus 1
M. Lucullus 236
M. Manlius 329
M. Marcellus 22, 110, 190, 251 259
M. Marius 498
Mariana monumenta 219
M. Mulvius 430
M. Nęvius Tr. pl. 166
M. Palicanus ſeditioſus 178
M. Perperna 156, 469
M. Plætorius 499
M. Plętorius primipilaris centurio 509
M. Plautius 227
M. Plautius Hypſæus 514
M. Popilius Lęnas 420, 431
M. Porcius Cato 114, 122, 157 406
M. Rutilius Cenſor 188
M. Scęva. Require M. Cęſius.

M. Scau-

*M. Scaurus* 82, 169, 221, 346

*M. Servilius* 56

*M. Silius* 513

*M. Tullius Cicero* 19, 38, 70, 202, 272, 439.

*M. Tullius Duûmvir* 8

*M. Valerius Corvus* 469

*M. Valerius Max.* 113

*M. Valerius Meſſala* 117

*M. Varro* 143

*M. Voluſius ædilis* 390

*Marcius Coriolanus* 261

*Marmorarius* 158

*Mars viſus bello Lucano* 52

*Marcius Campus* 80

*Marullus* 300

*Maſiniſſa rex* 12, 121, 470, 546

*Maßilienſium inſtituta & ritus* 89, 90

*Materfamilias Smyrnæa* 431

*Matres duæ gaudio exſpirantes* 538

*Mathematicus, quis?* 301

*Matrimoniorum ritus*, à p. 63 uſque ad p. 68

*Matronalis libertas ac decor* 65

*Matrona, quæ?* ibid.

*Mauſolus rex* 229

*Medius fidius, quid?* 114

*Megaleſia feſta* 37 *cui ſacra* ibid.

*Meliſſa* 448

*Menelaus pictus* 465

*Menephis, Phyſcontis F.* 502

*Menogenes cocus* 549

*Menogenes ſcenicus* 550

*Mercurius, Deorum nuntius, animabus præeſt* 91

*Meſſalla* 117, 550

*Meßius ædilis* 122

*Metellorum teſtimonia* 439

*Metellus* 3, 19, 21, 179, 263, 469, 510

*Metellus Celer* 316

*Metellus Cæcilius* 194

*Metellus Numidicus* 118

*Metellus Pius* 263

*Miles quidam Alexandri jam ſenex* 255, 256

*Miles Cn. Pompeji* 290

*Militaria inſtituta*, à p. 75. uſque ad p. 77

*Militaris exercitatio* 76

*Militum Ro. ſeditio* 522 *temeritas* 525

*Milo Crotoniates* 543

*Milſiades* 275, 476

*Minatius Rufus* 206

*Minos Cretæ inſulæ rex* 16, 275

*Minucius Rufus mag. equ.* 179

*Minucius conſul* 262

*Minyæ* 230

*Miracula varia*, à p. 47 uſque ad p. 63

*Mirmillo* 40

*Mithridates* 60, 229, 254, 266, 453, 501, 534

*Mithridatis filia* 60

*Moderatio animi multorum*, à pag. 186. uſque ad pag. 200

*Moderatio, quid?* 186

*Moderatio parentum in ſuſpectos liberos*, à pag. 306 uſque

uſque ad pag. 309
*Molo Rhetor* 70
*Monitores & Nomenclatores, qui?* 453
*Monogamæ laudatæ* 64
*Mortes non vulgares,* à p. 537 uſque ad p. 545
*Mucia* 493
*Mucius Scævola* 137, 149. *undè ſic dictus* ibid.
*Mulier matricida* 131
*Mulieres cauſidicæ* 435, 436
*Mulieres legis Oppiæ oppugnatrices* 489
*Mulieres, more Romanorum peculiari, foro & comitiis carere ſolitæ* 180
*Mulieribus Romanis vini uſus ignotus fuit* 65
*Mutius Valerius Maximus dictus* 456
*Munatius Flaccus* 500
*Municipia, quæ?* 552
*Murex, quid?* 167
*Muſicanes* 249
*Mutatio morum aut fortunæ,* à pag. 360. uſque ad pag. 371
*Myoparo, quid?* 110

N.

*NÆvianus* 416
*Naſica* 167
*Nauſimenis uxor* 57
*Nealces pictor* 465
*Nearchus tyrannus* 152
*Neceßitas multorum,* à p. 407 uſque ad p. 412
*Neceßitudinum officia,* require à pag. 63 uſque ad pag. 68
*Neptunus Euphranoris* 465
*Nero* 201
*Nicocreon* 152
*Nili fl. origo incerta* 447
*Nimbus, quid?* 27
*Nimbus ac procella verborum* 271
*Nomenclator, quis?* 453, 498
*Novus homo, quis?* 75
*Noxa, pœna ſervorum* 437
*Numa Pompilius* 7, 15
*Numantia* 95
*Numantinorum neceſsitas* 411
*Numidarum regum auctoritas* 94
*Numitor* 74
*Numulizinthes, Thraciæ rex* 502
*Nuptiarum auſpicia apud antiquos* 63, 64

O.

*OBſeſsi in Capitolio* 399
*Obſides, qui?* 131
*Ochus Artaxerxes* 505
*Ochus, poſteà Darius appellatus* ibid.
*Octaviæ, ſororis Auguſti, falſus filius* 553
*Octavius Balbus.* 300
*Octavius Conſul* 30
*Oedipus* 277
*Omaſum, quid?* 430
*Omen, quid?* 20

*Omina varia*, à p. 20 uſque ad p. 24
*Ordines, & eorum officia*, à p. 69 uſque ad p. 75.
*Ordinibus loca in theatris primùm attributa* 77, 78
*Ordo, quid?* 74 *tres Romæ ordines fuêre* ibid.
*Ordo equeſtris* ibid.
*Oreſtes* 232, 416
*Oreſtilla Plautii* 227
*Orgiagontis Reguli uxor* 319
*Origo ſcenicorum ludorum* 77 78 *ſæcularium* 79
*Orontes* 369
*Otacilia Laterenſis* 433
*Othryades* 145
*Otium laudatum*, à p. 454 uſque ad p. 455
*Ovatio & triumphus ut differant?* 111

P.

*Paciæci* 285
*Pædaretus* 342
*Palladium, quid?* 19
*Palliatus, pro Græco* 92
*Pallium, genus veſtimenti* 162 *Græcorum proprium* 70
*Palmata veſtis* 491
*Paludamentum, quid?* 30
*Pamphilus* 550
*Panſa* 264
*Papia lex de peregrinis urbe pellendis* 157
*Papiria tribus* 529
*Papirius* 100
*Papirius Curſor* 134
*Papirius Maſo* 163
*Par amicitiæ* 455
*Parentum amor & indulgentia in liberos* 299
*Parentum ſeveritas erga liberos* 303
*Parmenio* 185
*Partis vocabulum quomodo ſumatur?* 39
*Pater quidam* 308
*Patientia multorum*, à p. 148 uſque ad p. 154
*Patris amor in filium* 392
*Patriciorum Rom: ira* 508
*P. C. omen* 20
*Paula Buſa Canuſina* 243
*Paulus* 219
*Paulus Senator* 444
*Paupertas laudata*, à p. 215 uſque ad p. 222
*Pauſanias* 87
*Pedanius Centurio* 139
*Pellex, quę?* 547
*Penates Dii* 53
*Penſi ducere, quid?* 114
*Peragere reum, quid?* 282
*Peregrini Magiſtratibus arcebantur* 156
*Perfidia diverſorum*, à p. 518 uſque ad p. 521
*Pericles princeps Athenienſium* 128, 311
*Perillus Siculus* 504
*Perſarum religio* 14 *eorum inſtitutum in educandis liberis* 94 *mos in deligendo rege* 392, 393
*Perſes rex* 48, 103, 209, 219 353

*Pertinax, quis?* 4
*Peſtilentia* 49,78
*Petellinorum fides* 352
*Petilius* 23
*Petronius Sabinus* 8
*Perus pietas filię in patrem* 284
*Phalaris tyrannus* 151,504
*Phanarete mater Socratis*, 158
*Pherȩus Iaſon* 58
*Pherenice* 486
*Phidias ſtatuarius* 173
*Philemon* 542
*Phileni fratres Carthaginienſes* 297
*Philippus, Fulvii Flacci ſervus* 437
*Philippus Macedonum rex* 59 245,263,383
*Philippus Medicus* 185
*Philo* 467
*Philocrates Gracchi ſervus* 356
*Phocion* 182,276
*Phraates, Parthorum rex* 410
*Phryne, ſcortum* 213
*Phyſcon. Vide Ptolomæus*
*Pietas erga patriam* 291
*Pietas fratrum* 287
*Pietas in parentes*, à p.279 uſque ad p. 287.
*Pileus libertatis ſignum* 263 347
*Pindarus* 543
*Pindarus, Caßii ſervus* 356
*Pireſius* 140
*Pirithous* 236
*Piſiſtratus* 16
*Piſiſtratus Athenienſium tyrannus* 256,275
*Pittacus Mitylenæus* 198
*Plato* 34,56,381,447
*Plautius conſul* 321
*Pœni, qui?* 17
*Pœnicarum fœminarum proſtitutio dedecoroſa* 93
*Polemo Athenienſis* 367
*Polentum, quid?* 19
*Pollux* 290
*Polycrates Samiorum tyrannus* 369
*Polydamas athleta* 544
*Polyſtratus Philoſophus* 61
*Pompejus Magnus* 22,228,273 326,474,549 *ejus pater* 549
*Pompeji patientia* 149
*Pomponius Atticus* 419
*Pomponius Rufus* 215,234
*Pomponius Tr. pl.* 281
*Pons ſublicius* 6
*Pontius* 181
*Pontius Aufidianus* 314
*Pontius Lupus* 44
*Populi Ægypti luxuria* 495 496
*Populi Rom religio* 1,2,3,4 *abſtinentia & continentia* 212 *verecundia* 222 *liberalitas* 244, 245 *gratitudo* 261,262 *ingratitudo* 268,269 *ſeveritas* 229,230 *juſtitia* 343, 344 *neceßitas* 407, 408 *ira* 508,509 *error in C. Helvium* 527
*Populi Vticenſis ultio* 529
*Portius Cato* 114,433
*Porcia Catonis filia* 136,228
*Porſena Etruſcorum rex* 149
*Porta Rauduſcula* 292
*Poſticum, quid?* 358

*Poſtu-*

*Poſtumius Albinus* 334
*Poſtumius aruſpex* 26
*Poſtumius Cenſor* 113
*Poſtumius Comin.* 207
*Potitii* 10
*Præco, quis?* 116
*Præpetes aves, quæ?* 27
*Prænestinorum neceſſitas* 409
*Prætexta, quid?* 426. *nobilium propria* ibid.
*Prætor Rom. Siculo ſimilis cuidam* 551
*Praxitelis opera* 464
*Prienenſes* 24
*Prima aurata ſtatua Romæ* 82
*Primipilus* 30 *Primum pilum* ibid.
*Primi ſæculares ludi* 79
*Principes in ſecundâ acie locabantur* 30
*Privernat. princeps* 321
*Procella, unde dicta?* 212
*Prodigia multa*, à p. 25. uſque ad p. 34
*Pronuntiationis modus*, à pag. 459 uſque ad p. 461.
*Propulæa* 128
*Proſcribere, quid?* 212
*Proſcriptorum nomina, ſcripta in tabellâ, in foro exponebantur* ibid.
*Pruſias rex Bithyniæ* 60, 174, 249, 501 *ejus filia* 60
*Pſeudo-Philippus* 405
*Ptolomæus rex Ægypti* 55, 249, 350, 495, 502
*Ptolomęus, Cypriorum rex* 514
*Publicani, qui?* 121
*Publicum vectigal, quid?* 363
*Publicia* 334
*Publicius libertin.* 549
*P. Annius* 337
*P. Antronius* 457
*P. Aquilius Tr. pl.* 430
*P. Attilius Philiſcus* 315
*P. Aurelius Pecuniola* 97
*P. Cœlius* 237
*P. Cernius* 318
*P. Cethegus* 498
*P. Claudius* 18
*P. Claudius Pulcher* 424
*P. Clodius* 439 *ejus judicium* 492
*P. Clœlius Siculus* 4
*P. Cornelius conſul* 7
*P. Cornelius Scipio* 95
*P. Cornelius Scipio, Serapio cur dictus* 549
*P. Craſſus* 68, 135, 444
*P. Decius Mus* 37
*P. Dolabella Proconſ.* 431
*P. Furius* 429
*P. Furius Philus* 117, 168
*P. Lentulus* 271
*P. Lentulus Spinther* 82
*P. Licinius* 4 *Pontif. Max.* 361
*P. Manius* 315
*P. Mucius Trib. pleb.* 331
*P. Pulcher.* 202
*P. Rupilius* 97, 363
*P. Rutilius* 76, 121, 339
*P. Scipio* 25, 110, 178
*P. Scipio Æmilianus*: vide *Scipio Æmilianus*
*P. Scipio Africanus* 288, 322, 375
*P. Scipio Naſica* 56, 77, 137, 270, 480

*P. Sem-*

*P. Sempronius* 117
*P. Sempronius Sophus* 335
*P. Servilius Conſularis, &c.* 440
*P. Valerius Poplicola* 51, 81 187
*P. Vatinius* 48,202
*P. Ventidius* 364
*P. Villius Triumvir* 430
*P. Volumnius* 26
*Puber, quis?* 66
*Pudicitia* 65,313
*Pugiones, quid?* 513
*Pulcher Clodius infamis* 160
*Pullarius, quis?* 18
*Pulli in caveâ ſervati* 85 *pulte objectâ, ab iis auſpicia capta* ibid.
*Pulto, juvenis Pinnenſis* 287
*Pulvinaria loca in templis* 124
*Pylades* 232
*Pyrrhus* 12, 104, 170, 208, 212
*Pythagoras* 446, 485
*Pythica cortina* 486
*Pythius Apollo, undè ſic dictus* 14

## Q.

*Quæſtio, quid?* 355
*Quæſtiones habitæ* 434
*Quæſtores urbani, qui?* 108
*Qu. Ælius Tubero Catus* 208 219, 403
*Qu. Æmilius Papus* 217
*Qu. Antiſtius Vetus* 335
*Qu. Cæcilius* 419
*Qu. Cępio* 365
*Qu. Calidius* 263
*Qu. Caſsius* 513
*Qu. Catulus* 81, 111, 362, 484 539
*Qu. Claudię ſtatua* 56
*Qu. Conſidius* 243
*Qu. Cotius Achilles* 139
*Quinctius Criſpinus* 250
*Qu. Fabius* 288
*Qu. Fabius Gurges* 209
*Qu. Fabius Labeo* 388
*Qu. Fabius Maximus* 4, 68 74, 262, 362, 469, 481
*Qu. Fabius Maximus Q. F.* 160
*Qu. Fabianus Rullianus* 100 299
*Qu. Fabius Max. Servilianus* 315
*Qu. Flavius Augur* 425
*Qu. Fulvius Flaccus* 11, 97, 109
*Qu. Hortenſius* 161, 307, 439 460, 512
*Qu. Lutatius Conſ.* 344
*Qu. Lucretius* 354
*Qu. Marcius Rex* 310
*Qu. Metellus* 101, 119, 139, 168 252, 373, 375, 405, 509
*Qu. Metellus* 401, 439, 509
*Qu. Metellus Pius* 491
*Qu. Nęvius* 76
*Qu. Ogulnius* 50, 210
*Qu. Pomprjus* 160, 203, 509
*Qu. Petilius Cenſ.* 305
*Qu. Poppedius* 126
*Qu. Scęvola Augur.* 179, 193 224, 482
*Qu. Sertorius* 14 *ejus falſus filius* 553
*Qu. Servilius Cępio* 519

*Qu.*

*Qu. Terent. Culeo* 263

*Qu. Valerius Prętor.* 108

*Qu. Valerius Ibrida Tr. pl.* 441

*Quirinalis collis, quis?* 7

R.

REconciliatio *inter multos*, à p 200 uſque ad p. 204

*Referre acceptum, quid?* 72, 433

*Rei & ſupplices annulos ponebant more lugentium* 424

*Religio* 1 *ſimulata* 15 *peregrina rejecta* 17

*Remigis cujuſdam mirabilis caſus* 60

*Repetundæ, quid?* 119

*Repudium primum* 64

*Repudium, quid?* ibid.

*Repulſæ diverſorum*, à p. 403 uſque ad p. 407

*Reſtipulari, quid?* 108

*Retiarius* 40

*Reviviſcentes jam elati* 56

*Robur, locus in carcere* 331

*Regus, quid?* 56

*Romæ peſtilentia maxima* 49

*Romani undè ſacra & ceremonias ſumpſerint* 2 *nihil niſi captatis auguriis faciebant* 63, 64

*Romanorum Legatorum mira conſtantia* 72 *de Romanis plura require in popul. Rom. &c.*

*Romulus* 131 *cur Quirinus dictus* 6

*Roſcius* 460

*Roſtra, quę? undè dicta* ibid.

*Rubria falſa* 454

S.

SAcellum *Deę Viriplacę* 65

*Sacramentum, quid?* 75

*Sæculum, ſpatium C annorum* 79

*Sagulum, veſtis genus* 140

*Saguntinorum fides* 352

*Salii Sacerdotes à Numâ in urbe conſtituti, & Marti Gradivo conſecrati* 5

*Samii* 24

*Sapienter dicta aut facta*, à p. 374 uſque ad p. 386

*Sariaſter Tigranis regis F.* 535

*Satellitum Lartis Tolumnii regis error* 528

*Saturninus puer* 493

*Saturninus Tr. pl.* 137

*Saxum Tarpejum* 347

*Scęvola* 455

*Scęvę & Scęvolę qui dicti?* 149

*Scalę Gemonię* 332 *undè ſic dictę* ibid.

*Sceleratè facta*, à p. 531 uſque ad p. 537

*Scena duplex, verſatilis & ductilis* 82

*Scenici ludi* 77 *ſęculares* 79

*Scipio* 135, 194, 202, 205

*Scipio Æmilianus* 121, 132, 167, 180, 266, 338, 481

*Scipiones, qui?* 218

*Scipio Africanus* 15, 194, 534

*Scipio ſuperioris F.* 159

*Scipio Naſica* 137, 480

*Scipio ſuper.* 388, 480


*Scorta*

Scortæ meretrices, undè ſic dictæ? 95
Scytharum pietas 268 populi Septentrionales 285
Secta, undè dicta 96
Seditiones paſſim, à p. 521 uſque ad p. 524.
Segmentum, quid? 261
Sella curulis, quæ? 83
Semiramis, Aſſyr. regina 511
Sempronia, Gracchor. ſoror 180
Sempronius Aſellio 522
Sempronius Gracchus 295
Sempronius Muſca 318
Senatus, quid? 115
Senatus Campanus & Carthaginenſis 517
Senatus Carthaginenſis diſciplina militaris 106
Senatus Rom. religio 9 fides & taciturnitas 68, 69 Vigilantia 89 diſciplina militaris obſervata 103 fiducia ſui 170 humanitas & clementia 248 & ſeqq. Gratitudo 261 ingratitudo in Romulum 268 ſeveritas 330 fidei publicę rigida cuſtodia 350, 351 ſapientia in dictis & factis 377, 378
Senectus exemplũ juventuti 67
Senectus honorata. ibid.
Senectus memorabilis 468
Senex Athenienſis quidam 225
Sentina, quid? 60
Sentius Saturninus Vetulio 391
Seplaſia, platea Capuæ 494
Septem ſapientes Græciæ 199
Septitia. 414
Serapio victimarius. 550
Ser. Galba 423, 519
Serpentis mirabilis magnitudo & longitudo 62
Sertorius 389
Ser. Terentius 237
Ser. Tullius 25, 26
Ser. Sulpicius 27
Servorũ erga dominos fides 355
Servus M. Agrii 437
Servus Antii Reſtionis 358. 359
Servus M. Antonii 355
Servus Afer mire patiens 153
Servus Vrbinii Pampionis 357
Seſtertium, quid? 165
Severitas Cenſoria. Require, Cenſoria ſeveritas patrum erga filios 303, 304, 305, 306
Sextilius 271
Sex. Pompejus 91
Sex. Tarquin. 314. 398
Sibylla Cumana Tarquinio libros obtulit. 2
Sibylla & Sibyllinus quid ſint 484
Sica, quid? 135
Siculus quidam 551
Similitudo oris in multis, à p. 548. uſque ad p. 552
Simonides Poëta. 42, 58. 452
Simulacrum Fortunę mulieb. 51
Simulacra urbium devictarum in triumphi pompâ ducebantur 111
Sincerum, quid? 64
Sociale bellum 26
Socrates 14. 157. 183. 341 378. 450, 455
Solennis. 2
Solon 199. 275. 380. 452

*Somnia diverſorum*, à p. 35 uſque ad p. 47
*Sophiſta, quis?* 59
*Sophocles* 451,542
*Sophroniſcus, Socratis pater* 158
*Sophron. mimographus* 447
*Sordes, pro avaritiâ* 409
*Sortes, pro Oraculis* 26
*Spado, undè deducatur* 502
*Spartanorum frugalitas & militia* 86 *luxuriæ contemptores, & admodum laboris patientes* ibid. *fiducia ſui* 175 *ingratitudo* 274 *ſeveritas* 336 *graviter dictum* 342
*Spartanorum legatorum verecundia* 225
*Spes, quid ſit?* 360
*Spinther* 550
*Spolia opima, quæ?* 273
*Spurina* 32 *ejus aruſpicina* 463
*Spurinę formoſi juvenis factum* 225
*Sp. Albinus* 96
*Sp. Carvilius* 64
*Sp. Caſſius* 330
*Sp. Mœlius* 271,330
*Sp. Poſtumius Albinus Conſul.* 334
*Sp. Taſippus Tegeates* 198
*Sp. Tarpejus* 518
*Stationes, quid ſint?* 7,67
*Statua aurata prima* 82
*Stips nodoſa* 113
*Stiva, manubrium aratri* 218 434
*Stola, quid?* 65
*Stratagemata diverſorum*, à p. 397 uſque ad p. 403
*Stratonice, Antiochi noverca* 302
*Studium & induſtria multorum* à p. 442 uſque ad p. 453 *ut differant* 442
*Studia Sordida, quæ?* 476
*Subducere & deducere, quid ſint?* 348
*Sublicium, quid?* 16
*Subſellia* 73
*Subſeſſor, quis?* 65
*Subſidere.* ibid.
*Suffetius, dux Albanorum* 398
*Sulpitia Lentuli* 354 *Paterculi* 484
*Sulpicius* 4
*Sulpicius Rufus* 347
*Superbia & impotentia quorundam*, à p. 514 uſq; ad. p. 518
*Supercilium, pro ſeveritate* 97
*Supplicationes partâ victoriâ decernebantur* 539
*Suſpicere, pro venerari* 461
*Sylla* 162,264
*Syphax, Numidiæ rex* 370
*Syracuſana fœmina* 327,328

## T.

*Tabulę, ante papyri inventionem cerâ obducebantur* 119
*Tanaquil.* 25
*Tarquinius rex,* 8,216
*Tarquinius Priſcus* 155
*Tatia Cæſonis filia* 220
*Tatius* 518
*Taxillus Gymnaſiarcha* 530
*Temeritas, quid?* 28
*Temeritas multorum*, à p. 524 uſque

uſque ad pag. 526
Terentia Ciceronis 470
Terentius quidam 415
Terentius Varro 223
Tertia Æmilia 353
Teſtamenta rata & inſperata, à d. 417 uſque ad p. 421
Teutonorum uxores pudicæ 319
Thales Philoſophus 199
Thamyris regina 529
Theatra prima ædificata 77
Thebe Alexandri 547
Themiſtocles 276, 296, 348, 368, 452, 476
Theodectes 477
Theodorus Cyrenæus 328
Theodorus Syracuſan. 153, 197
Theogenes Numantinus 147
Theopompus Spartanor. rex 472
Theramenes 146
Theſeus 236, 274
Thracum opinio de vitæ calamitate 92
Thraſybulus Athen. 198, 296
Thraſymenus Lacus 245, 536
Thuribulum, quid? 150
Ti. Gracchus 3, 18, 29, 39, 111, 137, 191, 202, 226, 232, 259, 322, 345
Tigranes, Armeniæ rex 253
Timas pictor 465
Titinius Centurio 434
Ti. Barrulus 420
Ti. Clœlii filii 428
Ti. Flaminius 114
Ti. Haterius 540
T. Iubellius Laurea Camp. 144
T. Labienus 475
T. Livius 62
T. Longus Conſul 222, 417
T. Manlius Torquatus 37, 132, 304, 337, 361
T. Marius Vrbinas 419
T. Quinctius Flaminius 245
T. Veturius, Veturii F. 316
T. Volumnius 235
Trabea, quid? 74
Trebellius Calca 553
Tribunitia poteſtas, cur ſacroſancta 316
Tribunicius viator. 493
Tribb. pl. diligent. 72 quatuor Tribb. pl. juſtitia 344
Tribus Pollia 116, 529
Triclinium, quid? 58
Trigemina porta, undè ſic dicta? 234
Tripodes in templo Apollin. 199
Triumphandi jus. 107
Triumphantium convivia 111
Triumphum petentes extra urbem manebant 109
Triumphus, quid? 111
Triumphus à quo ſpretus, quibuſve negatus 110
Triumviri, qui? 283 eorum officium 308 nocturni. 430
Triumviri damnati 433
Tropæum, quid ſit? 96
Tuccia, virgo Veſtalis 425
Tuditani teſtamentum 417
Tullia 531
Tullus Hoſtilius rex 155, 397
Tullus Attius, Volſcor. dux 396
Turullius 11
Tuſculani ultores 529

Vacca

## V.

VAcca ęnea Syracuſis 464
Vades & Sponſores ut differant? 164
Vafrè dicta aut facta, à p. 386 uſque ad p. 397
M. Valerii eloquentia 456
Valerius Corvinus 132
Valerius Flaccus Trib. 139
P. Valerius Poplicola 51, 81, 186, 216 undè ſic dictus 187
Valeſius quidam 81
Varro 156
Velites, qui? 76 eorum primus uſus ibid.
Veneficii prima quæſtio 83
Venus Praxitelis 464
Venus Verticordia, undè dicta? 484
Verecundia multorum, à p. 222 uſque ad p. 226
Verna, quis? 156
Verriculum, genus retis 199
Veſtales virgines, quæ? 4
Veſtia Opidia 261
Veturia, Coriol. mater 261, 280
Via Latina 51
Via ſacra 430
Viatores, unde dicti? 493
Vibienus 318
Victimarius, quis? 550
Vicus ſceleratus 532
Vindices propriorum commiſſorum 440, 441
Vini uſus mulieribus Romanis interdictus 65
Virgo Æmilia 4
Viriatus 338
Viriplaca Dea 65
Vltio quorundam, à p. 529 uſque ad p. 531
Vlyſſes pictus 465
Vulcanis Alcamenis 464
Vmbo, propriè quid? 142
Vnguenta unicuiq; parti corporis idonea attributa 86 Nardinũ præſtantiſſimum ibid.
Volumen & liber ut differant? require in Prol.
Vomica, quid? 58
Volſinienſes 494
Votum duplex, Conceptivum & Nuncupativum 5
Ὑπόκρισις, ſimulatio vocis & geſtus 461
Vrna, quid? 258, 332
Vxores Teutonorum 319

## X.

XAnthippa 380
Xanthippus Lacedæmon. 8
Xenocrates 124, 197, 213, 367, 382
Xenophilus Chalcidenſis, Pythagoricus 471
Xenophon 311
Xerxes 124, 145, 277, 495, 517, 546

## Z.

ZAleucus Locrenſis 16, 349
Zenones 151, 152
Zeuxis pictor 172

FINIS.